ORTH. Genus appellamus animal : multa enim simul significat. Nam et ratione præditum et rationis expers complectitur : et rationis expertium rursus multæ sunt species. Alia enim sunt volatilia, alia amphibia : quædam pedibus gradiuntur, alia natant. Unumquodque porro istorum in multa dividitur. Pedestrium quippe aliud est leo, aliud pardus, aliud taurus, et mille alia. Sic etiam et volucrum, et reliquorum multæ sunt species; sed horum tamen omnium genus est animal, species autem, quas recensui. Sic hominis appellatio naturæ hujus commune nomen est. Significat enim et Romanum, et Atheniensem, et Persam, et Sauromatam, et Ægyptium, et, ut semel dicam, quotquot sunt hujus naturæ participes. Pauli vero et Petri nomen non communem naturam designat, sed quempiam hominem. Nemo enim Paulum audiens, ad Adamum, vel Abrahamum, vel Jacobum cogitationem convertit, sed eum solum cogitat, cujus appellationem audivit. At, si hominem simpliciter audivit, non in aliquod individuum cogitationem defigit, sed et Indum, et Scytham, 8 et Massagetam, et universum humanum genus animo comprehendit. Hoc porro nos non natura solum, sed divina etiam Scriptura docet. Dixit enim Deus, inquit : « Delebo hominem, quem formavi a facie terræ [a]. » Hoc vero dixit de hominibus numero infinitis. Cum enim anni post Adamum præteriissent plures quam bis mille ac ducenti, hominibus per inundationem exitium attulit. Eodemque modo beatus David loquitur : « Homo cum in honore esset, non intellexit [b], » non hunc vel illum, sed universe omnes homines accusans. Talia qui-

[a] Gen. VI, 7. [b] Psal. XLVIII, 21.

(6) Ed. Rom. et Lips. ἀκολουθοῦντες.
(7) κ. εἴδ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.
(8) τινά. Ita Rom. et Lips. Mallem δεῖνα.

(8*) πλειόνων — ἐπήνεγκεν. Ita fere calculum ducit Noster, quæst. 47 *in Gen.* Vid. t. I, p. 60. Sed repugnat *Chronologia sacra*.

Digitized by Google

dem innumerabilia sunt, sed producere sermonem nihil est opus.

ERAN. Communis et proprii discrimen aperte ostensum est : sed ad substantiam et hypostasin redeamus.

ORTH. Sicut ergo nomen *Homo* commune est toti huic naturæ : ita divinæ substantiæ nomen sanctam Trinitatem significare accepimus, ' hypostasin vero personam aliquam designare, nempe vel Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti. Nam hypostasin, et personam, et proprietatem idem significare dicimus, sanctorum Patrum doctrinam sequentes.

ERAN. Hæc ita se habere confitemur.

ORTH. Quæcunque ergo de natura divina dicuntur, communia sunt Patris et Filii et Spiritus sancti, B ut Deus, Dominus, conditor, omnipotens, et quæ his similia.

9 ERAN. Hæc citra controversiam Trinitatis sunt communia.

ORTH. Quæ autem hypostases seu personas designant, ea sanctæ Trinitati communia non sunt, sed illius sunt personæ, cujus sunt propria : ut nomen Pater, et Ingenitus, propria sunt Patris : nomen quoque Filius, et Unigenitus, et Deus Verbum, non Patrem significant, nec Spiritum sanctum, sed Filium. Spiritus vero sanctus, et Paracletus, Spiritus personam designant.

ERAN. An non igitur Spiritum vocat sacra Scriptura etiam Patrem et Filium?

ORTH. Spiritum vocavit et Patrem et Filium, ut significet divinam naturam esse incorpoream, et circumscribi non posse : Spiritum autem sanctum solam Spiritus personam appellat.

ERAN. Hoc quoque extra controversiam est positum.'

ORTH. Quoniam ergo aliqua diximus esse sanctæ Trinitatis communia, aliqua vero cujusque hypostaseos propria, nomen immutabile substantiæne commune dicimus esse, an alicujus personæ proprium?

ERAN. Commune est Trinitatis immutabile. Nec enim fieri potest, ut substantiæ aliud sit mutabile, D aliud immutabile.

ORTH. Præclare dixisti. Sicut enim mortale commune est hominum, ita sanctæ Trinitatis commune est immutabile, et alterationis expers. Immutabilis igitur etiam unigenitus Filius, sicut et Pater qui ipsum genuit, et Spiritus sanctus.

ERAN. Immutabilis.

10 ORTH. Quomodo igitur evangelicum illud dictum « Verbum caro factum est [5] » proferentes, mutationem immutabili naturæ tribuitis?

[5] Joan. I, 14.

κοινῇ πάντων ἀνθρώπων κατηγορῶν. Καὶ μυρία τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' οὐ χρὴ μηκύνειν.

EPAN. Δέδεικται σαφῶς ἡ διαφορὰ τοῦ κοινοῦ πρὸς τὸ ἴδιον· ἀλλ' εἰς τὸν περὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως ἐπανέλθωμεν λόγον.

ΟΡΘ. Ὅσπερ τοίνυν τὸ *ἄνθρωπος* ὄνομα κοινόν ἐστι ταύτης τῆς φύσεως ὄνομα, οὕτω τὴν θείαν οὐσίαν τὴν ἁγίαν Τριάδα σημαίνειν εἰλήφαμεν· τὴν δέ γε ὑπόστασιν, προσώπου τινὸς εἶναι δηλωτικήν, οἷον, ἢ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὴν γὰρ ὑπόστασιν, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν ἰδιότητα, ταὐτὸν σημαίνειν φαμὲν τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἀκολουθοῦντες.

EPAN. Συνομολογοῦμεν οὕτω ταῦτ' ἔχειν.

ΟΡΘ. Ὅσα τοίνυν περὶ τῆς θείας λέγεται φύσεως, κοινὰ ταῦτά ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἷον, τὸ Θεὸς, τὸ Κύριος, τὸ δημιουργὸς, τὸ παντοκράτωρ, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια.

EPAN. Ἀναμφισβητήτως κοινὰ τῆς Τριάδος ἐστίν.

ΟΡΘ. Ὅσα δ' αὖ τῶν ὑποστάσεων ὑπάρχει δηλωτικὰ, οὐκέτι ταῦτα τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὰ, ἀλλ' ἐκείνης ἐστὶ τῆς ὑποστάσεως, ἧς ἐστιν ἴδιον. Οἷον τὸ Πατὴρ ὄνομα, καὶ τὸ Ἀγέννητος, τοῦ Πατρός ἐστιν ἴδια, καὶ αὖ πάλιν, τὸ Υἱὸς ὄνομα, καὶ τὸ Μονογενὴς, καὶ τὸ Θεὸς Λόγος, οὐ τὸν Πατέρα δηλοῖ, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τὸν Υἱόν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, καὶ ὁ Παράκλητος, τῆς τοῦ Πνεύματος C ὑποστάσεως ὑπάρχει δηλωτικά.

EPAN. Οὐ καλεῖ τοίνυν ἡ θεία Γραφὴ Πνεῦμα καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν;

ΟΡΘ. Πνεῦμα κέκληκε καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, τὸ ἀσώματον καὶ ἀπερίγραφον τῆς θείας φύσεως διὰ τούτου σημαίνουσα· Πνεῦμα δὲ ἅγιον μόνην τοῦ Πνεύματος τὴν ὑπόστασιν ὀνομάζει.

EPAN. Ἀναμφίλεκτόν ἐστι καὶ τοῦτο.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν τινὰ μὲν ἔφαμεν τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὰ, τινὰ δὲ ἑκάστης ὑποστάσεως ἴδια, τὸ ἄτρεπτον ὄνομα κοινὸν εἶναι τῆς οὐσίας φαμὲν, ἢ τινος ὑποστάσεως ἴδιον;

EPAN. Κοινόν ἐστι τῆς Τριάδος το ἄτρεπτον. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε, τὸ μὲν εἶναι τῆς οὐσίας τρεπτὸν, τὸ δὲ ἄτρεπτον.

ΟΡΘ. Ἄριστα εἴρηκας. Ὅσπερ γὰρ τῶν ἀνθρώπων κοινόν ἐστι τὸ θνητὸν, οὕτω τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὸν τὸ ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. Ἄτρεπτος τοιγαροῦν καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς, καθὰ καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

EPAN. Ἄτρεπτος.

ΟΡΘ. Πῶς τοίνυν τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν παράγοντες, τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » τροπὴν (9) τῇ ἀτρέπτῳ προσάπτετε φύσει;

(9) τρ. Ex ed. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

ΕΡΑΝ. Οὐ κατὰ τροπὴν αὐτὸν λέγομεν γεγενῆσθαι σάρκα, ἀλλ' ὡς οἶδεν αὐτός.

ΟΡΘ. Εἰ μὴ σάρκα λαβὼν λέγεται γεγενῆσθαι σὰρξ, δυοῖν θάτερον ἀνάγκη λέγειν, ἢ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι, ἢ δοκῆσει τοιοῦτον ὀφθῆναι, κατὰ δὲ τὸν ἀληθῆ λόγον ἄσαρκον εἶναι Θεόν.

ΕΡΑΝ. Βαλεντινιανῶν αὕτη, καὶ Μαρκιωνιστῶν, καὶ Μανιχαίων ἡ δόξα. Ἡμεῖς δὲ ὁμολογουμένως ἐδιδάχθημεν σαρκωθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον.

ΟΡΘ. Τὸ σαρκωθῆναι τὲ νοοῦντες; τὸ σάρκα λαβεῖν, ἢ τὸ εἰς σάρκα τραπῆναι;

ΕΡΑΝ. Ἃ ἡμεῖς ἀκηκόαμεν τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. »

ΟΡΘ. Τὸ δὲ *Ἐγένετο* πῶς νοεῖτε;

ΕΡΑΝ. Ὁ τὴν εἰς σάρκα τροπὴν ὑπομείνας ἐγένετο σάρξ, καὶ ἤδη ἔφην, ὡς οἶδεν. Ἡμεῖς δὲ ἴσμεν ὅτι ἅπαντα αὐτῷ δυνατά. Καὶ γὰρ τὸ Νειλῷον ὕδωρ εἰς αἷμα μετέβαλε, καὶ τὴν ἡμέραν εἰς νύκτα, καὶ τὴν θάλατταν ἤπειρον ἔδειξε, καὶ τὴν ἄνυδρον ἔρημον ὑδάτων ἐπλήρωσεν. Ἀκούομεν δὲ καὶ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. »

ΟΡΘ. Τὴν κτίσιν ὁ Ποιητὴς ὡς ἂν ἐθέλῃ μεταskευάζει· τρεπτὴ γάρ ἐστι, καὶ τοῖς τοῦ δημιουργήσαντος ἀκολουθεῖ νεύμασιν. Αὐτὸς δὲ ἄτρεπτον ἔχει τὴν φύσιν καὶ ἀναλλοίωτον. Τούτου δὴ χάριν, περὶ μὲν τῆς κτίσεως ὁ προφήτης φησίν· « Ὁ ποιῶν πάντα καὶ μεταskευάζων· » περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὁ μέγας λέγει Δαβίδ· « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Θεὸς περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. »

ΕΡΑΝ. Τὰ κεκρυμμένα οὐ δεῖ ζητεῖν.

ΟΡΘ. Οὐδὲ τὰ δεδηλωμένα παντελῶς ἀγνοεῖν.

ΕΡΑΝ. Ἐμὲ λανθάνει ὁ τῆς σαρκώσεως τρόπος· ἤκουσα δὲ ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

ΟΡΘ. Εἰ τραπεὶς ἐγένετο σὰρξ, οὐ μεμένηκεν ὅπερ πρότερον ἦν· καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν εἰκόνων καταμαθεῖν εὐπετές. Καὶ γὰρ ἡ τοιάδε ἄμμος προσομιλοῦσα πυρὶ, πρῶτον μὲν ῥοώδης γίνεται, εἶτα εἰς ὕαλον μεταπήγνυται, καὶ ἅμα τῇ τροπῇ τὴν προσηγορίαν ἀμείβει. Οὐκ (10) ἔτι γὰρ ψάμμος, ἀλλ' ὕαλος ὀνομάζεται.

ΕΡΑΝ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘ. Καὶ τῆς ἀμπέλου τὸν καρπὸν σταφυλὴν ὀνομάζοντες, ὅταν ἀποθλίψωμεν, οὐ σταφυλὴν, ἀλλὰ οἶνον προσαγορεύομεν.

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Αὐτὸν δὲ τὸν οἶνον, ἐκτροπίαν γενόμενον, οὐκέτι οἶνον, ἀλλ' ὄξος ὀνομάζειν εἰώθαμεν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Οὕτω τὸν λίθον ἕψοντές τε καὶ διαλύοντες,

ERAN. Non per mutationem ipsum carnem factum esse dicimus, sed quomodo ipse novit.

ORTH. Si non carne assumpta caro factus dicitur, duorum alterum affirmari necesse est, vel ipsum in carnem mutatum esse, vel opinione tantum talem visum esse, revera autem carnis expertem esse Deum.

ERAN. Hæc Valentinianorum, et Marcionistarum, et Manichæorum est opinio. Nos vero sine controversia incarnatum esse Deum Verbum didicimus.

ORTH. Incarnatum esse quomodo intelligitis? carnemne assumpsisse, an in carnem conversum esse?

ERAN. Quæ nos evangelistam dicentem audivimus, « Verbum caro factum est[6]. »

ORTH. *Factum est* autem quomodo intelligitis?

ERAN. Qui mutationem in carnem sustinuit, caro factus est, et jam dixi, quomodo ipse novit. Nos autem scimus omnia ipsi possibilia esse. Nam et Nili aquam in sanguinem convertit, et diem in noctem, et mare terram continentem effecit, et solitudinem aquis carentem aquis replevit. Audimus etiam Prophetam dicentem : « Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo et in terra[7]. »

ORTH. Creaturam Conditor transformat ut vult : est enim mutabilis, et fabricatoris nutum sequitur. Ipse autem naturam immutabilem et alterationis expertem habet. Ideo 11 de creatura dicit propheta : « Qui facit omnia, et transformat[8]; » de Deo autem Verbo dicit magnus David : « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient[9]. » Et rursus Deus ipse de seipso : « Ego sum, et non mutor[10]. »

ERAN. Quæ abdita sunt exquiri non debent.

ORTH. Nec quæ patefacta penitus ignorari.

ERAN. Incarnationis modum ignoro : audivi autem quod Verbum caro factum sit.

ORTH. Si mutatione caro factum est, non mansit quod prius erat : quod quidem ex multis similitudinibus intelligi facile potest. Nam arena quædam igni admota primum fluida efficitur, deinde in vitrum concrescit, et una cum mutatione nomen commutat : non enim amplius arena, sed vitrum nominatur.

ERAN. Ita est.

ORTH. Vitis quoque fructum cum uvam appellemus, postquam expressa est, non uvam, sed vinum dicimus.

ERAN. Omnino.

ORTH. Ipsum vero vinum, cum mutatum fuerit, non amplius vinum, sed acetum solemus appellare.

ERAN. Verum est.

ORTH. Sic lapidem coctum et resolutum, non

[6] Joan. I. 14. [7] Psal. CXXXIV, 6. [8] Jerem. X, 16. [9] Psal. CI, 28. [10] Malach. III, 6.

(10) Ἔτι. Rom. et Lips. ἔστι.

Digitized by Google

amplius lapidem, sed calcem appellamus. Innumera quoque ejus generis reperire licet, quæ una cum mutatione nomen commutant.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Si ergo Deum Verbum in carnem mutatum dicitis, **12** cur Deum et non carnem potius ipsum appellatis? Congruit enim naturæ mutationi nominis mutatio. Nam si, ubi ea quæ mutantur aliquam retinent cum iis quæ prius erant cognationem (habet enim acetum cum vino aliquam propinquitatem, et vinum cum fructu vitis, et vitrum cum arena), post mutationem alia nomina sortiuntur : ubi infinita est differentia, et tanta, quanta culicis ad universam creaturam, visibilem et invisibilem (tantum enim est ac longe majus discrimen inter naturam carnis et divinitatis), quomodo fieri potest ut post mutationem prior maneat appellatio?

ERAN. Sæpe dixi quod non per mutationem (Verbum) factum sit caro : sed manens quod erat factum sit quod non erat.

ORTH. Sed illud *factum est*, nisi declaretur, mutationem innuit et alterationem. Nisi enim carne assumpta caro factum est, mutationem subeundo factum est caro.

ERAN. *Assumere* istud inventum vestrum est. Evangelista enim dicit : « Verbum caro factum est [11]. »

ORTH. Videris aut divinam Scripturam ignorare, aut sciens improbe agere. Ego vero te vel ignarum docebo, vel improbum convincam. Responde ergo, divini Pauli doctrinam faterisne spiritualem?

ERAN. Omnino.

ORTH. Eumdem Spiritum per evangelistas et apostolos operatum esse dicis?

ERAN. Sic existimo. Ita enim me docuit Scriptura apostolica : « Divisiones enim, inquit, donorum gratiæ **13** sunt, idem autem Spiritus [12]. » Et rursus : « Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens privatim unicuique sicut vult [13]. » Et rursus : « Habentes autem eumdem Spiritum fidei [14]. »

ORTH. Opportune apostolica citasti testimonia. Si ergo ejusdem Spiritus esse dicimus evangelistarum et apostolorum doctrinam, audi Apostolum Evangelii verba interpretantem. Nam ad Hebræos scribens sic ait : « Non enim angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit [15]. » Dic igitur, quid intelligis per *semen Abrahæ* ? An non id quod habuit Abraham secundum naturam, habuit etiam semen Abrahæ ?

ERAN. Non omnia. Christus enim peccatum non fecit.

ORTH. Peccatum non est naturæ, sed malæ voluntatis. Ideo non indefinite dixi : quod habuit

A οὐκέτι λίθον, ἀλλ' ἄσβεστον ἢ τίτανον καλοῦμεν· καὶ μυρία δὲ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, ἃ σὺν τῇ προπῇ μεταβάλλει τὴν κλῆσιν.

EPAN. Συνωμολόγηται.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν τὴν εἰς σάρκα τροπὴν τὸν Θεὸν Λόγον ὑπομεμενηκέναι φατὲ, τί δήποτε Θεὸν αὐτὸν ἀλλὰ μὴ σάρκα προσαγορεύετε ; Ἁρμόττει γὰρ τῇ ἀλλοιώσει τῆς φύσεως ἡ τῆς προσηγορίας ἐναλλαγή. Εἰ γὰρ ἔνθα τὰ μεταβαλλόμενα ἔχει τινὰ πρὸς ἃ πρότερον ἦν συγγένειαν (πελάζει γάρ πως καὶ τὸ ὄξος τῷ οἴνῳ, καὶ ὁ οἶνος τῷ τῆς ἀμπέλου καρπῷ, καὶ τῇ ψάμμῳ ἡ ὕαλος), ἑτέρας ταῦτα μετὰ τὴν ἀλλοίωσιν μεταλαγχάνει προσηγορίας· ὅπου τὸ διάφορον ἄπειρον, καὶ τοσοῦτον ὅσον ἐμπίδος πρὸς τὴν κτίσιν ἅπασαν τὴν ὁρατὴν καὶ ἀόρατον (τοσοῦτον γὰρ, B μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον, τὸ μέσον φύσεως σαρκὸς καὶ θεότητος)· πῶς οἷόν τε μετὰ τὴν τροπὴν τὴν προτέραν μεῖναι προσηγορίαν;

EPAN. Πολλάκις ἔφην, ὅτι οὐ κατὰ τροπὴν ἐγένετο σὰρξ, ἀλλὰ μένων ὅ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ *γέγονεν*, εἰ μὴ σαφὲς γένοιτο, τροπὴν αἰνίττεται καὶ ἀλλοίωσιν. Εἰ μὴ γὰρ σάρκα λαβὼν ἐγένετο σὰρξ, τραπεὶς ἐγένετο σάρξ.

EPAN. Τοῦτο τὸ *Ἔλαβεν* ὑμέτερόν ἐστιν εὕρημα. Ὁ γὰρ εὐαγγελιστὴς, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » λέγει.

ΟΡΘ. Ἔοικας ἢ τὴν θείαν Γραφὴν ἀγνοεῖν, ἢ ἐπιστάμενος κακουργεῖν. Ἐγὼ δέ σε, ἢ ἀγνοοῦντα διδάξω, ἢ κακουργοῦντα ἐλέγξω. Ἀπόκριναι τοίνυν, C τοῦ θείου Παύλου πνευματικὴν τὴν διδασκαλίαν ὁμολογεῖς ;

EPAN. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διά τε τῶν εὐαγγελιστῶν, διά τε τῶν ἀποστόλων ἐνεργῆσαι λέγεις ;

EPAN. Οὕτω φημί· οὕτω γὰρ παρὰ τῆς ἀποστολικῆς ἐδιδάχθην Γραφῆς· « Διαιρέσεις γὰρ, φησὶ, χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. » Καὶ πάλιν· « Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Καὶ αὖθις· « Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως. »

ΟΡΘ. Εἰς καιρὸν τὰς ἀποστολικὰς παρήγαγες D μαρτυρίας. Εἰ τοίνυν τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος εἶναί φαμεν τά τε τῶν εὐαγγελιστῶν, τά τε τῶν ἀποστόλων παιδεύματα, ἄκουσον τοῦ Ἀποστόλου τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν ἑρμηνεύοντος. Ἑβραίοις γὰρ ἐπιστέλλων οὕτως ἔφη· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. » Ἀπόκριναι τοίνυν, τί νοεῖς τὸ *σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ;* οὐκοῦν ὅπερ εἶχε κατὰ φύσιν Ἀβραὰμ, εἶχε καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ;

EPAN. Οὐ πάντα. Ἁμαρτίαν γὰρ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐποίησεν.

ΟΡΘ. Ἡ ἁμαρτία οὐκ ἔστι τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς κακῆς προαιρέσεως. Τούτου δὴ χάριν, οὐκ ἀορίστως

[11] Joan. I, 14. [12] I Cor. XII, 4. [13] Ibid. 11. [14] II Cor. IV, 13. [15] Hebr. II, 16.

Digitized by Google

ἔφην, ὅπερ εἶχεν Ἀβραάμ, ἀλλ' ὅπερ εἶχε κατὰ φύσιν, τουτέστι σῶμα καὶ ψυχὴν λογικήν. Εἰπὲ τοίνυν σαφῶς, εἰ συνομολογεῖς τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ καὶ σῶμα εἶναι καὶ ψυχὴν λογικήν. Εἴπερ ἄρα μὴ, καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς Ἀπολιναρίου συμφέρῃ ληρήμασιν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἑτέρωθέν σε τοῦτο συνομολογῆσαι καταναγκάσω. Εἰπὲ τοίνυν, οἱ Ἰουδαῖοι σῶμα ἔχουσι καὶ ψυχὴν λογικήν;

A Abraham, sed, quod habuit secundum naturam, hoc est corpus et animam ratione præditam. Dic ergo aperte, utrum semen Abrahæ fatearis esse corpus et animam ratione præditam? Sin minus enim, in hoc etiam Apollinarii deliria sectaris. Verum hoc ego te alia etiam ratione fateri compellam. Dic ergo: Habentne Judæi corpus et animam ratione præditam?

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἔχουσιν.

ERAN. Clarum est eos habere.

ΟΡΘ. Ὅταν τοίνυν ἀκούσωμεν τοῦ προφήτου λέγοντος, « Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ ὁ παῖς μου, Ἰακὼβ ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα, » μὴ μόνον σάρκας τοὺς Ἰουδαίους νοοῦμεν, οὐ νοοῦμεν ἀνθρώπους ἐκ σωμάτων καὶ ψυχῶν συνεστῶτας;

ORTH. Quando ergo prophetam audierimus dicentem: « Et tu, Israel serve mi, Jacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei [16], » num carnes solum Judæos arbitramur, an homines ex corporibus animisque conflatos?

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

14 ERAN. Vera dicis.

B ΟΡΘ. Καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, οὐκ ἄψυχον, οὐδὲ ἄνουν, ἀλλὰ πάντα ἔχον, ὁπόσα τὴν φύσιν χαρακτηρίζει τοῦ Ἀβραάμ;

ORTH. Et semen Abrahæ, non animæ nec mentis expers, sed omnia habens quæ Abrahæ naturam exprimunt?

ΕΡΑΝ. Ὁ ταῦτα λέγων δύο πρεσβεύει υἱούς.

ERAN. Qui hæc dicit, duos inducit filios.

ΟΡΘ. Ὁ δὲ τὸν Θεὸν Λόγον εἰς σάρκα τετράφθαι λέγων, οὐδὲ ἕνα λέγει Υἱόν. Σὰρξ γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐχ Υἱός. Ἡμεῖς δὲ ἕνα Υἱὸν ὁμολογοῦμεν, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβανόμενον κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενον σωτηρίαν. Εἰ δὲ μὴ στέργεις τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ἀντίκρυς ὁμολόγησον.

ORTH. At qui Deum Verbum in carnem conversum esse dicit, nullum dicit Filium. Caro enim ipsa per se non est Filius. Nos autem unum Filium confitemur qui semen Abrahæ assumpsit, ut divinus ait Apostolus [17], et qui hominum salutem procuravit. Quod si tibi non placet doctrina apostolica, aperte profitere.

ΕΡΑΝ. Ἐναντία τοίνυν φαμὲν εἰρηκέναι τοὺς ἀποστόλους. Ἐναντίον γὰρ εἶναί πως δοκεῖ τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » τῷ, « Σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο. »

ERAN. Pugnantia ergo locutos dicimus apóstolos. Contrarium enim quodammodo videtur, « Verbum caro factum est [18], » ei quod est, « Semen Abrahæ apprehendit [19]. »

C ΟΡΘ. Σοὶ τῷ μὴ νοοῦντι, ἢ μάτην φιλονεικοῦντι, ἐναντία δοκεῖ τὰ σύμφωνα. Τοῖς γὰρ σώφρονι λογισμῷ κεχρημένοις οὐ φαίνεται. Διδάσκει γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς οὐ τραπεὶς ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος. Κατὰ ταὐτὸν δὲ, καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένης ἐπαγγελίας ἀναμιμνήσκει. Ἢ οὐ μέμνησαι τῶν τῷ πατριάρχῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δοθεισῶν ὑποσχέσεων;

* ORTH. Tibi fortasse non intelligenti vel temere contendenti, pugnare videntur quæ omnino consentiunt. Iis enim qui sana mente prædíti sunt non videntur. Docet enim divinus Apostolus, non per mutationem Deum Verbum carnem factum esse, sed semine Abrahæ apprehenso. Simul etiam datam Abrahæ promissionem in memoriam revocat. An vero non meministi promissionum quas Deus universorum patriarchæ dedit?

ΕΡΑΝ. Ποίων;

ERAN. Quarumnam?

ΟΡΘ. Ἡνίκα αὐτὸν ἐκ τῆς πατρῴας ἐξήγαγεν οἰκίας, καὶ εἰς τὴν Παλαιστίνην ἐλθεῖν παρηγγύησεν, οὐκ ἔφη πρὸς αὐτὸν, « Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς; »

ORTH. Quando ex paterna ipsum domo eduxit et in Palæstinam venire jussit, nonne dixit ei: « Benedicentibus tibi benedicam, et maledicentibus tibi maledicam, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [20]? »

D

ΕΡΑΝ. Μέμνημαι τῶνδε τῶν ὑποσχέσεων.

15 ERAN. Memoria teneo has promissiones.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἀναμνήσθητι καὶ τῶν πρὸς Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ γεγενημένων παρὰ τοῦ Θεοῦ συνθηκῶν. Τὰς αὐτὰς γὰρ καὶ τούτοις δέδωκεν ὑποσχέσεις, βεβαιῶν τοῖς δευτέροις καὶ τρίτοις τὰ πρότερα.

ORTH. Recordare igitur etiam fœderum quæ a Deo cum Isaaco et Jacobo facta sunt. Nam easdem promissiones his quoque dedit, secundis et tertiis priores confirmans.

ΕΡΑΝ. Μέμνημαι καὶ τούτων.

ERAN. Harum etiam memini.

ΟΡΘ. Ταύτας δὲ τὰς συνθήκας ἑρμηνεύων ὁ θεῖος Ἀπόστολος, οὕτως ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας φησί· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ πολλοῖς, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, ὅς ἐστι Χριστός·

ORTH. Hæc autem fœdera enarrans divinus Apostolus, sic in Epistola ad Galatas dicit: « Abrahæ autem dictæ sunt promissiones et semini ejus. Non dicit, Et seminibus ejus, tanquam de multis, sed tanquam de uno, qui est Christus [21]: apertissime

[16] Isa. XLI, 8. [17] Hebr. II, 16. [18] Joan. I, 14. [19] Hebr. II, 16. [20] Gen. XII, 3. [21] Galat. III, 16

Digitized by Google

ostendens humanitatem Christi ex semine Abrahæ germinasse, et Abrahæ factam promissionem implevisse.

ERAN. Dicta sunt hæc ab Apostolo.

ORTH. Poterant hæc quidem satis esse ad tollendam omnem controversiam quæ hac de re agitatur. Ego tamen aliam quoque prædictionem tibi in memoriam revocabo. Jacob patriarcha benedictionem hanc sibi et patri et avo datam soli Judæ filio dedit, dicens : « Non deficiet princeps de Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [15]. » An prædictionem istam non admittis tanquam de Christo Salvatore prænuntiatam?

ERAN. Judæi tales prophetias perperam interpretantur; ego vero Christianus sum, divinis credens Scripturis, et (probatas) de Salvatore nostro prophetias sine ulla dubitatione recipio.

ORTH. Quoniam ergo fateris te credere prophetiis, et quæ prædicta **16** sunt de Salvatore nostro edita esse dicis, hinc verborum Apostoli scopum considera. Patriarchis enim factas promissiones ad exitum perductas fuisse ostendens, admirabilem illam vocem emisit : « Non enim angelos utique assumit [16-21]. » Quasi diceret: Vera est promissio, imposuit Dominus promissionibus finem, apertus est gentibus benedictionis fons, Deus semen Abrahæ assumpsit, per hoc promissam salutem præstat, per hoc gentium exspectationem confirmat.

ERAN. Præclare cum apostolicis prophetica connexa sunt.

ORTH. Idem rursus divinus Apostolus, de Judæ benedictione nos admonens et huic quoque respondisse eventum ostendens, exclamat : « Manifestum est enim, ex Juda ortum esse Dominum [22]. » Hoc ipsum et propheta Michæas, et Matthæus evangelista fecerunt. Ille enim vaticinium edidit, hic vero historiæ propheticum testimonium adjunxit. Et quod admiratione dignum est, manifestos veritatis hostes Herodi aperte dixisse ait, fore ut Christus in Bethleem nasceretur. « Scriptum enim est, inquit : Et tu, Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es in principibus Judæ. Ex te enim mihi prodibit dux, qui reget populum meum Israel [23]. » Nos autem id quoque adjungamus quod Judæi maligne omiserunt, dum imperfectum proferunt testimonium. Cum enim dixisset propheta : « Ex te egredietur mihi dux, » adjecit : « Et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis. »

17 ERAN. Optime fecisti totum prophetæ proferens testimonium; ostendit enim Deum esse, qui in Bethleem natus est.

ORTH. Non Deum modo, verum etiam hominem.

A ἐναργέστατα δεικνὺς τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκ σπέρματος βλαστήσασαν Ἀβραὰμ, καὶ τὴν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένην ἐπαγγελίαν πληρώσασαν.

EPAN. Εἴρηται ταῦτα τῷ Ἀποστόλῳ.

ΟΡΘ. Ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα πᾶσαν τὴν περὶ τούτου κινουμένην ἀμφισβήτησιν λῦσαι. Ἐγὼ δὲ ὅμως καὶ ἑτέρας σε προρρήσεως ἀναμνήσω. Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης τήνδε τὴν εὐλογίαν αὐτῷ καὶ τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ πάππῳ δοθεῖσαν, Ἰούδᾳ τῷ παιδὶ δέδωκε μόνῳ. Ἔφη δὲ οὕτως· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Ἢ οὐ δέχῃ τήνδε τὴν πρόρρησιν, ὡς περὶ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένην Χριστοῦ;

B EPAN. Ἰουδαῖοι τὰς τοιαύτας παρερμηνεύουσι προφητείας· ἐγὼ δὲ Χριστιανός εἰμι, τοῖς θείοις πιστεύων λόγοις, καὶ τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείας ἀνενδοιάστως δέχομαι.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν πιστεύειν ταῖς προφητείαις ὁμολογεῖς, καὶ τὰ προρρηθέντα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τεθεσπίσθαι λέγεις, νόησον (11) ἐντεῦθεν τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν τὸν σκοπόν. Τὰς γὰρ πρὸς τοὺς πατριάρχας γεγενημένας ἐπαγγελίας πεπερασμένας ἐπιδεικνὺς, τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται· » μονονουχὶ λέγων, Ἀψευδὴς ἡ ὑπόσχεσις, ἐπέθηκε ταῖς ἐπαγγελίαις ὁ Δεσπότης πέρας, ἀνεῴγει τοῖς ἔθνεσιν ἡ τῆς εὐλογίας πηγὴ, τοῦ Ἀβραμιαίου σπέρ-
C ματος ὁ Θεὸς ἐπείληπται, διὰ τούτου τὴν ἄνωθεν ἐπηγγελμένην πραγματεύεται σωτηρίαν, διὰ τούτου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐμπεδοῖ προσδοκίαν.

EPAN. Ἄριστα τοῖς ἀποστολικοῖς τὰ προφητικὰ συνηρμόσθη.

ΟΡΘ. Οὕτω πάλιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῆς τοῦ Ἰούδα ἡμᾶς ἀναμιμνήσκων εὐεργεσίας, καὶ δεικνὺς καὶ ταύτην δεξαμένην τὸ πέρας, βοᾷ· « Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος. » Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Μιχαίας, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος πεποίηκεν. Ὁ μὲν γὰρ εἶπε τὴν πρόρρησιν, ὁ δὲ τῇ ἱστορίᾳ τὴν μαρτυρίαν συνέταξε. Καὶ τὸ παράδοξον, ὅτι τοὺς προδηλοτάτους τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς ἔφη τῷ Ἡρῴδῃ σαφῶς εἰπεῖν, ὡς ἐν τῇ Βηθλεὲμ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. « Γέγραπται γὰρ,
D φησὶ, Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. » Ἐπαγάγωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ ὅπερ Ἰουδαῖοι κακοήθως παρέλιπον, ἀτελῆ προσενεγκόντες τὴν μαρτυρίαν. Εἰρηκὼς γὰρ ὁ προφήτης, « Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, » ἐπήγαγε· « Καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. »

EPAN. Ἄριστα πεποίηκας, πᾶσαν τεθεικὼς τοῦ προφήτου τὴν μαρτυρίαν. Δείκνυσι γὰρ τὸν ἐν Βηθλεὲμ τεχθέντα Θεόν.

ΟΡΘ. Οὐ Θεὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον. Ἀν-

[15] Gen. XLIX, 10. [16-21] Hebr. II, 16. [22] Hebr. VII, 14. [23] Matth. II, 5, 6; coll. Mich. V, 2.

(11) Ed. Rom. et Lips. νόησαι.

Digitized by Google

θρωπον μὲν, ὡς ἐξ Ἰούδα κατὰ σάρκα βλαστήσαντα, καὶ ἐν Βηθλεὲμ γεννηθέντα· Θεὸν δὲ, ὡς πρὸ αἰώνων ὑπάρχοντα. Τὸ γὰρ, « Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, » τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τὴν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γεγενημένην δηλοῖ· τὸ δὲ, « Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος, » τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν κηρύττει σαφῶς. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ, τῆς παλαιᾶς Ἰουδαίων εὐκληρίας ὀλοφυρόμενος τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν, καὶ τῆς θείας ἐπαγγελίας καὶ νομοθεσίας μνημονεύσας, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· « Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Καὶ κατὰ ταὐτὸν, καὶ τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν, καὶ Δεσπότην, καὶ πρύτανιν ὡς Θεὸν, καὶ ἐξ Ἰουδαίων βεβλαστηκότα ὡς ἄνθρωπον ἔδειξεν. A B

ΕΡΑΝ. Ἰδοὺ ταῦτα ἡρμήνευσας· πρὸς τὴν Ἱερεμίου προφητείαν τί ἂν εἴποις; Ἐκείνη γὰρ αὐτὸν Θεὸν μόνον κηρύττει.

ΟΡΘ. Ποίαν λέγεις προφητείαν;

ΕΡΑΝ. « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Ἐν τούτοις ὁ προφήτης οὔτε περὶ σαρκὸς, οὔτε περὶ ἀνθρωπότητος, οὔτε περὶ ἀνθρώπου, ἀλλὰ περὶ μόνου Θεοῦ προηγόρευσεν.

ΟΡΘ. Ποῦ τοίνυν χρεία συλλογισμῶν; Τὴν θείαν φύσιν ἀόρατον εἶναί φαμεν, ἢ οὐ πειθόμεθα τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι, « Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ Θεῷ; »

ΕΡΑΝ. Ἀναμφιλέκτως ἡ θεία φύσις ἀόρατος.

ΟΡΘ. Πῶς τοίνυν οἷόν τε ἦν ὀφθῆναι δίχα σώματος τὴν ἀόρατον φύσιν; Ἢ οὐ μέμνησαι τῶν ἀποστολικῶν ἐκείνων ῥητῶν, ἃ διδάσκει σαφῶς τῆς θείας φύσεως τὸ ἀθέατον; Λέγει δὲ οὕτως· « Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται. » Εἰ τοίνυν ἀδύνατος ἀνθρώποις, ἐγὼ δέ φημι καὶ ἀγγέλοις, ἡ τῆς θείας φύσεως θεωρία, εἰπὲ πῶς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ ἀθέατος καὶ ἀόρατος ὤφθη. C

ΕΡΑΝ. Ὁ προφήτης εἶπεν, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη. D

ΟΡΘ. Καὶ ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, « Ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ Θεῷ· » καὶ, « Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται. »

ΕΡΑΝ. Τί οὖν; ψεύδεται ὁ προφήτης;

ΟΡΘ. Μὴ γένοιτο! τοῦ θείου γὰρ Πνεύματος καὶ ταῦτα κἀκεῖνα τὰ ῥήματα.

ΕΡΑΝ. Ζητήσωμεν (12) τοίνυν πῶς ὁ ἀόρατος ὤφθη.

ΟΡΘ. Μή μοι λογισμοὺς καὶ συλλογισμοὺς (13)

Hominem quidem, tanquam ex Juda secundum carnem propagatum et in Bethleem natum : Deum vero, tanquam ante sæcula exsistentem. Hoc enim : « Ex te mihi egredietur dux, » nativitatem secundum carnem, quæ in novissimis diebus facta est, ostendit : illud vero : « Egressus ejus ab initio *, a diebus æternitatis, » eum ante sæcula exstitisse aperte declarat. Sic etiam divinus Apostolus in Epistola ad Romanos, veterem Judæorum felicitatem in deterius mutatam deflens, divinamque promissionem et legem eis datam commemorans, hoc tandem subjecit : « Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen [27]. » Isdemque verbis et omnium Conditorem, Dominum, ac gubernatorem esse ostendit ut Deum, et ex Judæis ortum ut hominem.

ERAN. Ecce ista interpretatus es : ad Jeremiæ prophetiam quid dices? Illa enim eum solum Deum esse prædicat.

ORTH. Quam dicis prophetiam?

ERAN. « Hic Deus noster, non reputabitur alius præter ipsum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacobo filio suo, et Israeli dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [28]. » In his propheta nec de carne, nec de humanitate, **18** nec de homine, sed de solo Deo vaticinatus est.

ORTH. Ubinam ergo ratiocinationis est usus? Divinam naturam invisibilem esse dicimus, aut Apostolo non assentimur dicenti : « Immortali, invisibili, soli Deo [29]? »

ERAN. Citra controversiam divina natura invisibilis est.

ORTH. Quomodo ergo sine corpore cerni poterat invisibilis natura? An illorum verborum Apostoli non meministi, quæ perspicue docent divinam naturam conspici non posse? Sic enim dicit : « Quem nullus hominum vidit, imo ne videre quidem potest [30]. » Si ergo nec ab hominibus, dico ego nec ab angelis, conspici potest divina natura, dic quomodo in terra is visus est qui cerni et conspici non potest.

ERAN. Propheta dixit, quod in terra visus sit [31].

ORTH. Et Apostolus dixit, « Immortali, invisibili, soli Deo; » et : « Quem nullus hominum vidit, imo non videre potest. »

ERAN. Quid ergo? falsumne dicit propheta?

ORTH. Absit! divini enim Spiritus et hæc et illa sunt verba.

ERAN. Quæramus * igitur, quo pacto invisibilis visus sit.

ORTH. Ne mihi cogitationes et ratiocinationes

[27] Rom. IX, 5. [28] Baruch III, 35-37. [29] I Tim. I, 17. [30] I Tim. VI, 16. [31] Baruch III, 38.

(12) Sequimur edit. Rom. et Lips. quæ hæc Eranistæ, proxima autem Μή μοι — γραφῇ Orthodoxo recte tribuunt, et quæ deinceps sequuntur, Μηδένα — μαρτυρίᾳ, proximis Ἐάν μοι, κ. τ. λ. adjungunt. Inversum ordinem tenuit Sirmondus.

(13) κ. συλλ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.

Digitized by Google

humanas adduxeris. Ego enim in sola divina Scriptura acquiesco.

19 ERAN. Nullam rationem admittes, quæ divinæ Scripturæ testimonio non confirmetur. Si mihi ex divina Scriptura dubitationis solutionem attuleris, admittam et minime contradicam.

ORTH. Scis quod paulo ante dictum evangelicum per Apostoli testimonium declaraverimus, nobisque exposuit divinus Apostolus quomodo Verbum caro factum sit, diserte dicens : « Non enim angelos utique assumit, sed semen Abrahæ assumit [21]. » Idem igitur et nunc docebit nos magister quomodo Deus Verbum in terra visus sit et cum hominibus conversatus.

ERAN. Ego et apostolicis et propheticis assentior sermonibus. Profer igitur quam pollicitus es prophetiæ interpretationem.

ORTH. Ad Timotheum scribens divinus Apostolus hæc etiam adjecit : « Manifeste magnum est pietatis mysterium; Deus manifestatus est in carne, justificatus in spiritu, visus angelis, prædicatus gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria [22]. » Manifestum est ergo, quod invisibilis quidem sit divina natura, visibilis autem caro, et quod per hanc visibilem invisibilis illa conspecta sit, per eam edens miracula et suam revelans potentiam. Nam oculorum sensum manu fabricavit, et cæcum a nativitate sanavit, et surdo auditum restituit, et linguam **20** vinctam solvit, digitorum utens instrumento, et tanquam salutare quoddam pharmacum adhibens sputum. Ita rursus in mari ambulans divinitatis omnipotentiam patefecit. Apte ergo divinus dixit Apostolus : « Deus manifestatus est in carne. » Siquidem per hanc apparuit natura, quæ cerni non poterat : per hanc illam quoque viderunt angelorum turmæ : « Visus est enim, inquit, angelis. » Nobiscum igitur hujus doni particeps facta est etiam incorporea natura.

ERAN. Angeli ergo ante Salvatoris adventum Deum non videbant?

ORTH. Apostolus dixit, quod manifestatus in carne angelis visus sit.

ERAN. Atqui Dominus dixit : « Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis minimis : dico enim vobis, quod angeli eorum semper videant faciem Patris nostri qui in cœlis est [24]. »

ORTH. Sed Dominus rursus dixit : « Non quod Patrem quis viderit, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem [25]. » Ideo etiam Evangelista aperte clamat : « Deum nemo vidit unquam, » et confirmat quod a Domino dictum est : « Unigenitus enim, inquit, Fi-

ἀνθρωπίνους προσενέγκῃς. Ἐγὼ γὰρ μόνῃ πείθομαι τῇ θείᾳ Γραφῇ.

EPAN. Μηδένα δέξῃ λόγον (14), ἥκιστα βεβαιούμενον Γραφικῇ μαρτυρίᾳ. Ἐάν μοι τῆς ἀμφιβολίας τὴν λύσιν ἐκ τῆς θείας προσενέγκῃς Γραφῆς, δέξομαι καὶ οὐκ ἀντιφθέγξομαι.

ΟΡΘ. Οἶσθ' ὅτι καὶ πρὸ βραχέος τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν διὰ τῆς ἀποστολικῆς μαρτυρίας σαφῆ πεποιήκαμεν, καὶ δεδήλωκεν ἡμῖν (15) ὁ θεῖος Ἀπόστολος, πῶς ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, διαῤῥήδην εἰπών, « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. » Ὁ αὐτὸς τοίνυν καὶ νῦν (16) ἡμᾶς διδάξει διδάσκαλος πῶς ὁ Θεὸς Λόγος ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

EPAN. Ἐγὼ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ τοῖς προφητικοῖς πείθομαι λόγοις. Δεῖξον τοίνυν, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, τῆς προφητείας τὴν ἑρμηνείαν.

ΟΡΘ. Τιμοθέῳ γράφων ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ ταῦτα τέθεικεν· « Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. » Δῆλον τοίνυν, ὡς ἀόρατος μὲν ἡ θεία φύσις, ὁρατὴ δὲ ἡ σὰρξ, καὶ διὰ τῆς ὁρατῆς ἡ ἀόρατος ὤφθη, δι' αὐτῆς ἐνεργήσασα τὰ θαύματα, καὶ τὴν οἰκείαν ἀποκαλύψασα δύναμιν. Τῇ μὲν γὰρ χειρὶ τὴν ὀπτικὴν ἐδημιούργησεν αἴσθησιν καὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἐθεράπευσε. Καὶ αὖ πάλιν, τὴν ἀκουστικὴν ἐνέργειαν ἀπέδωκε τῷ κωφῷ, καὶ τὴν πεπεδημένην ἔλυσε γλῶτταν, ἀντὶ μὲν ὀργάνου τοῖς δακτύλοις χρησάμενος, οἷον δέ τι φάρμακον ἀλεξίκακον τὸ πτύσμα προσενεγκών. Οὕτω πάλιν ἐπὶ θαλάττης βαδίσας, τὸ τῆς θεότητος ὑπέφηνε παντοδύναμον. Ἁρμοδίως τοίνυν ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἶπε, « Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. » Δι' ἐκείνης γὰρ ἡ ἀθέατος ἐπεφάνη φύσις, δι' ἐκείνης αὐτὴν εἶδον καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι· « Ὤφθη γὰρ, φησὶν, ἀγγέλοις. » Μεθ' ἡμῶν οὖν ἄρα τῆς δωρεᾶς ταύτης καὶ τῶν ἀσωμάτων ἡ φύσις ἀπέλαυσεν.

EPAN. Οὐκοῦν καὶ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας, οὐχ ἑώρων οἱ ἄγγελοι τὸν Θεόν;

ΟΡΘ. Ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, ὅτι φανερωθεὶς ἐν σαρκὶ ὤφθη ἀγγέλοις.

EPAN. Ἀλλ' ὁ Κύριος ἔφη· « Ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ἡμῶν (17) τοῦ ἐν οὐρανοῖς. »

ΟΡΘ. Ἀλλ' ὁ Κύριος πάλιν εἶπεν, « Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἀντίκρυς βοᾷ, « Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, » καὶ βεβαιοῖ τοῦ Κυρίου τὸν λόγον· « Ὁ μονο-

[21] Hebr. II, 16. [22] I Tim. III, 16. [24] Matth. XVIII, 10. [25] Joan. VI, 46.

(14) Utraque ed. habet δόξῃ λόγων. Mallem autem legere δέξομαι λόγον, quam lectionem prodit versio Lat. a Strigelio Lips., ann. 1591, in-8 edita.

(15) Ed. Rom. et Lips. ὑμῖν.
(16) νῦν. Ex utraque edit. insertum.
(17) ἡμ. Infra leg. ὑμῶν. Utraque lectio insolens.

Digitized by Google

γενὴς γὰρ, φησὶν, Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. » Καὶ Μωϋσῆς ὁ μέγας, ποθήσας ἰδεῖν τὴν ἀόρατον φύσιν, ἤκουσεν αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Δεσπότου Θεοῦ, « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. »

A lius, qui est in sinu Patris ipse narravit[36]. » Et magnus Moses, cupiens invisibilem naturam videre, audivit ipsum Dominum Deum dicentem : « Non videbit faciem meam homo, et vivet[37]. »

EPAN. Πῶς οὖν νοήσωμεν (18) ὅτι « Οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν ; »

ERAN. Quomodo ergo intelligemus illud, « Angeli eorum semper vident faciem Patris vestri? »

ΟΡΘ. Ὡς νοεῖν εἰώθαμεν τὰ περὶ τῶν ἑωρακέναι τὸν Θεὸν νομισθέντων ἀνθρώπων.

21 ORTH. Sicut ea intelligere solemus quæ de hominibus dicuntur, qui Deum vidisse existimati sunt.

EPAN. Εἰπὲ σαφέστερον· οὐ νενόηκα γάρ. Μὴ (19) καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁρατὸς ὁ Θεός;

ERAN. Dic clarius, non enim intellexi. An etiam ab hominibus cerni potest Deus?

ΟΡΘ. Οὐδαμῶς.

ORTH. Nequaquam.

EPAN. Ἀλλ' ὅμως ἀκούομεν τῆς θείας Γραφῆς λεγούσης· « Ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ· » καὶ Ἡσαΐου λέγοντος· « Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. » Καὶ ὁ Μιχαίας δὲ ταὐτὸ τοῦτο λέγει, καὶ ὁ Δανιὴλ, καὶ ὁ Ἰεζεκιήλ. Περὶ δὲ τοῦ Μωσέως τοῦ νομοθέτου φησὶν ἡ ἱστορία, ὅτι ἐλάλησε Κύριος τῷ Μωϋσῇ, ἐνώπιος ἐνωπίῳ, ὡς εἴ τις λαλήσει πρὸς φίλον αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεὸς, ὅτι « Στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. » Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι τὴν θείαν ἐθεάσαντο φύσιν;

B ERAN. Attamen divinam Scripturam audimus dicentem : « Apparuit Deus Abrahæ ad quercum Mambræ[38]; » et Isaiam dicentem : « Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum[39]. » Eodemque modo loquuntur Michæas, et Daniel, et Ezechiel. De Mose vero legislatore narrat historia[40], quod locutus sit Dominus cum Mose de facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Et ipse quoque universorum Deus dicit : « Ore ad os loquar ei palam et non per ænigmata[41]. » Quid ergo dicemus? quod divinam contemplati sint naturam?

ΟΡΘ. Οὐδαμῶς. Αὐτὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἔφη· « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. »

ORTH. Minime. Ipse enim Deus dixit : « Nemo videbit faciem meam, et vivet. »

EPAN. Ψεύδονται τοίνυν οἱ τὸν Θεὸν ἑωρακέναι φήσαντες;

ERAN. Mentiuntur ergo qui se Deum vidisse dixerunt?

C ΟΡΘ. Μὴ γένοιτο! Εἶδον γὰρ ἅπερ ἰδεῖν αὐτοὺς οἷόν τε ἦν.

ORTH. Absit! Viderunt enim quæ ipsos cernere fas erat.

EPAN. Τῇ δυνάμει ἄρα τῶν ὁρώντων ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης τὰς ἀποκαλύψεις μετρεῖ;

ERAN. Ad spectantium ergo captum benignus Dominus revelationes attemperat?

ΟΡΘ. Πάνυ γε. Καὶ τοῦτο (20) δῆλον διὰ τοῦ προφήτου πεποίηκεν. « Ἐγὼ γάρ, ἔφη, ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Οὐκ εἶπεν, Ὤφθην, ἀλλ', « Ὡμοιώθην. » Ἡ δὲ ὁμοίωσις οὐκ αὐτὴν δηλοῖ τοῦ ὁρωμένου τὴν φύσιν. Οὐδὲ γὰρ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν αὐτοῦ δείκνυσι τοῦ βασιλέως τὴν φύσιν, κἂν ἐναργεῖς διασώζῃ τοῦ βασιλέως τοὺς χαρακτῆρας.

ORTH. Omnino. Et hæc ita se habere per prophetam testatur. « Ego, » inquit, visiones multiplicavi, et in prophetarum **22** manibus assimilatus sum[42.43]. » Non ait, Visus sum, sed, « Assimilatus sum. » Similitudo autem non ipsam ostendit rei quæ cernitur naturam. Neque enim regis imago ipsius regis demonstrat naturam, etiamsi distincte expressam referat regis effigiem.

EPAN. Ἄδηλόν ἐστι τοῦτό γε καὶ ἀσαφές. Οὐκοῦν (21) οὐδὲ τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν εἶδον οἱ τὰς ἀποκαλύψεις ἐκείνας θεασάμενοι;

ERAN. Hoc obscurum est, et non satis explicatum. Ergo nec Dei essentiam viderunt qui revelationes illas contemplati sunt?

D ΟΡΘ. Τίς γὰρ οὕτω μέμηνεν ὥστε τοῦτο φάναι τολμῆσαι;

ORTH. Quis adeo mente captus est, ut hoc affirmare audeat?

EPAN. Εἴρηται δὲ ὅμως ὡς ἑωράκασιν.

ERAN. Et tamen dictum est quod viderint.

ΟΡΘ. Εἴρηται. Ἡμεῖς δὲ καὶ λογισμοῖς εὐσεβέσι χρησάμενοι, καὶ ταῖς ἀποφάσεσι ταῖς θείαις πιστεύοντες, αἳ βοῶσι διαῤῥήδην, « Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, »

ORTH. Dictum est. Nos vero, et piis cogitationibus utentes, et divinis asseverationibus credentes, quæ diserte affirmant quod Deum nemo viderit un-

[36] Joan. I, 18. [37] Exod. XXXIII, 20. [38] Gen. XVIII, 1. [39] Isai. VI, 1. [40] Exod. XXXIII, 11. [41] Num. XII, 8. [42.43] Ose. XII, 10.

(18) νοήσ. Ita ed. Rom. et Lips. νοήσωμεν. Sirm. νοήσομεν.

(19) Μὴ — ὁ Θεός. Hæc in ed. Rom. et Lips. nomen Orthodoxi præ se ferunt. Οὐδαμῶς Eranistæ tribuitur. Sicque mutato ordine oratio procedit usque ad Πάνυ γε, post ἀποκαλ. μετρεῖ. Eumdem ordinem tenet versio Strigelii.

(20) Καὶ τοῦτο, κ. τ. λ. Ab his verbis incipit sermo Orthodoxi in editt. jam commemoratis.

(21) Οὐκοῦν — θεασάμενοι. Hæc ll. cc. Orthodoxo, Τίς — τολμῆσαι autem Eranistæ tribuuntur. Proxima ad Orthodoxum referuntur, sequens εἴρηται Eranistæ est. Reliqua consentiunt.

Digitized by Google

quam, dicimus ipsos non divinam naturam vidisse, sed visiones quasdam ipsorum captui accommodatas.

ERAN. Ita dicimus.

ORTH. Sic ergo de angelis intelligamus, audientes quod « Semper vident faciem Patris vestri [44]. » Non enim vident divinam substantiam, quæ nec circumscribi, nec comprehendi, nec mente percipi potest, et quæ universa comprehendit, sed splendorem quemdam ipsorum naturæ accommodatum.

ERAN. Hæc ita se habere in confesso est.

ORTH. Post incarnationem vero, visus est etiam angelis, secundum divinum Apostolum non in similitudine gloriæ, sed vero ac vivo utens, quasi velamine, carnis **23** integumento. « Manifestatus est enim, inquit, Deus in carne, justificatus in spiritu, visus angelis [45]. »

ERAN. Hoc quidem tanquam Scripturæ testimonium admisi : vocum vero novitates non recipio.

ORTH. Quodnam novum nomen excogitavimus?

ERAN. Velaminis nomen. Quænam enim Scriptura carnem Domini velamen appellavit?

ORTH. Videris parum diligenter divinam legere Scripturam : alioqui non reprehendisses propositam a nobis similitudinem. Primum enim, quod per carnem manifestatam esse naturam invisibilem dixit Apostolus, permittit ut carnem divinitatis velamen esse intelligamus. Deinde divinus Apostolus in Epistola ad Hebræos aperte hoc nomine usus est. Sic enim dicit : « Habentes itaque, fratres, fiduciam ad introitum sanctorum, in sanguine Jesu, quam initiavit nobis viam novam et viventem, per velamen, id est, carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei, accedentem cum veritate, ingredientem cum vero corde, in plenitudine fidei, » et quæ sequuntur [46].

ERAN. Demonstratio hæc est, cui contradici non potest. Apostolico enim testimonio confirmatur.

ORTH. Ne nos ergo rerum novarum accuses. Tibi enim aliud etiam proponemus propheticum testimonium, quod carnem Domini stolam et pallium aperte nominat.

24 ERAN. Si perplexum et ambiguum non videbitur, minime contradicemus, et gratiam habebimus.

ORTH. Efficiam ut veritati promissi tu ipse perhibeas testimonium. Nosti Jacobum patriarcham, cum Judæ benediceret, Judæ principatum Domini nativitate circumscripsisse? « Non deficiet, inquit, princeps ex Juda, nec dux e femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio

φαμὲν αὐτοὺς οὐ τὴν θείαν φύσιν ἑωρακέναι, ἀλλ' ὄψεις τινὰς τῇ σφῶν δυνάμει συμμέτρους.

EPAN. Οὕτως φαμέν.

ΟΡΘ. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τῶν ἀγγέλων νοήσωμεν, ἀκούοντες ὅτι « Καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. » Οὐ γὰρ τὴν θείαν οὐσίαν ὁρῶσι, τὴν ἀπερίγραπτον, τὴν ἀκατάληπτον, τὴν ἀπερινόητον, τὴν περιληπτικὴν τῶν ὅλων, ἀλλὰ δόξαν τινὰ τῇ αὐτῶν φύσει συμμετρουμένην.

EPAN. Ὁμολόγηται ταῦτα οὕτως ἔχειν.

ΟΡΘ. Μετὰ μέντοι τὴν ἐνανθρώπησιν, ὤφθη καὶ τοῖς ἀγγέλοις, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, οὐχ ὁμοιώματι δόξης, ἀλλ' ἀληθεῖ καὶ ζῶντι χρησάμενος, οἱόν τινι παραπετάσματι, τῷ τῆς σαρκὸς προκαλύμματι. « Θεὸς ἐφανερώθη γὰρ, φησὶν, ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις. »

EPAN. Τοῦτο μὲν ὡς Γραφικὸν ἐδεξάμην, τὰς δὲ τῶν ὀνομάτων καινοτομίας οὐ δέχομαι.

ΟΡΘ. Ποῖον ἡμεῖς κεκαινοτομήκαμεν ὄνομα ;

EPAN. Τὸ τοῦ παραπετάσματος. Ποία γὰρ Γραφὴ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα παραπέτασμα προσηγόρευσεν;

ΟΡΘ. Ἔοικας μὴ μάλα σπουδαίως τὴν θείαν ἀναγινώσκειν Γραφήν. Ἤ γὰρ ἂν, οὐκ ἂν ἐμέμψω τῷ παρ' ἡμῶν ὡς ἐν εἰκόνι ῥηθέντι. Πρῶτον μὲν γὰρ καὶ τὸ διὰ σαρκὸς φανερωθῆναι τὴν ἀόρατον φύσιν φάναι τὸν θεῖον Ἀπόστολον, παραπέτασμα τῆς θεότητος ἐπιτρέπει τὴν σάρκα νοεῖν. Ἔπειτα δὲ σαφῶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, ἣν ἐκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσερχόμενον (22) μετὰ ἀληθείας, εἰσερχόμενον μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, » καὶ τὰ ἑξῆς.

EPAN. Ἀναντίῤῥητος ἡ ἀπόδειξις· ἀποστολικῇ γὰρ κεκύρωται μαρτυρίᾳ.

ΟΡΘ. Μὴ τοίνυν ἡμᾶς γράφου καινοτομίας. Παρεξόμεθα γάρ σοι καὶ ἑτέραν προφητικὴν μαρτυρίαν, στολὴν ἄντικρυς τοῦ Κυρίου τὴν σάρκα καὶ περιβολὴν ὀνομάζουσαν.

EPAN. Εἰ μὴ αἰνιγματώδης ὀφθείη καὶ ἀμφίβολος, οὐκ ἀντιλέξομεν, καὶ χάριν ὁμολογήσομεν.

ΟΡΘ. Αὐτόν σε τῇ ἀληθείᾳ τῆς ἐπαγγελίας παρασκευάσω μαρτυρῆσαι. Οἶσθα ὅτι τὸν Ἰούδαν εὐλογῶν Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης, ταῖς Δεσποτικαῖς περιέγραψε γοναῖς τὴν Ἰούδα ἡγεμονίαν; « Οὐκ ἐκλείψει γὰρ, ἔφη, ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ (23) ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσ-

[44] Matth. XVIII, 10. [45] I Tim. III, 16. [46] Hebr. X, 19-22.

(22) πρ. Hanc lectionem rarius obviam tuetur ed. Rom. et Lips. Strigelii versio exprimit receptam lectionem προσερχώμεθα, κ. τ. λ. quam etiam Noster alibi sequutus est. Vid. tom. III, p. 607.

(23) Ed. Rom. et Lips. ἀνέλθῃ.

Digitized by Google

δοκία ἐθνῶν. » Ταύτην δέ γε τοῖς ἔμπροσθεν ὡμολόγησας περὶ τοῦ Σωτῆρος τεθεσπίσθαι τὴν προφητείαν.

EPAN. Ὡμολόγησα.

ORTH. Ἀναμνήσθητι τοιγαροῦν τῶν ἑξῆς. Λέγει γὰρ ὡσαύτως· « Οὗ τὴν παρουσίαν τὰ ἔθνη προσδέχεται· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. »

EPAN. Περὶ ἱματίων εἴρηκεν ὁ πατριάρχης, οὐ περὶ σώματος.

ORTH. Δεῖξον οὖν πηνίκα ἢ ποῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς ἔπλυνε τὴν περιβολήν.

EPAN. Σὺ δεῖξον ὅτι τὸ σῶμα τούτοις ἐφοίνιξεν.

ORTH. Ἀξιῶ σε μυστικώτερον ἀποκρίνασθαι. Τινὲς γὰρ ἴσως παρεστήκασιν ἀμύητοι.

EPAN. Οὕτως ἀκούσομαι, καὶ οὕτως ἀποκρινοῦμαι.

ORTH. Οἶσθ' ὅτι ἄμπελον ὁ Κύριος ἑαυτὸν προσηγόρευσεν;

EPAN. Οἶδα ὡς εἴρηκεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. »

ORTH. Ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου καρπὸς πιεσθεὶς ποίαν ἔχει προσηγορίαν;

EPAN. Οἶνος προσαγορεύεται.

ORTH. Ἡνίκα δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Σωτῆρος ἔτρωσαν οἱ στρατιῶται τῇ λόγχῃ, τί προχεθῆναί φασιν ἐκ ταύτης οἱ συγγεγραφότες τὰ εὐαγγέλια;

EPAN. Αἷμα καὶ ὕδωρ.

ORTH. Αἷμα ἄρα σταφυλῆς τὸ τοῦ Σωτῆρος προσηγόρευσεν αἷμα. Εἰ γὰρ ἄμπελος ὁ Δεσπότης ὠνόμασται, ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου καρπὸς οἶνος προσαγορεύεται, αἷματος δὲ καὶ ὕδατος ἐκ τῆς τοῦ Δεσπότου πλευρᾶς κρουνοὶ προχεθέντες (24) διὰ τοῦ λοιποῦ σώματος ἐπὶ τὰ κάτω διῆλθον, εἰκότως ἄρα καὶ προσφόρως προεῖπεν ὁ πατριάρχης· « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. » Ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸν μυστικὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν, αἷμα Δεσποτικὸν ὀνομάζομεν, οὕτω τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸ αἷμα σταφυλῆς ὠνόμασεν αἷμα.

EPAN. Μυστικῶς ἅμα καὶ σαφῶς ὁ προκείμενος ἀποδέδεικται λόγος.

ORTH. Εἰ καὶ αὐτάρκη σοι εἰς πίστιν τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ὅμως καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας προσθήσω.

EPAN. Χαριῇ μοι τοῦτο δρῶν· τὴν γὰρ ὠφέλειαν αὐξήσῃς.

ORTH. Οἶσθα ὅτι ἄρτον ὁ Θεὸς τὸ οἰκεῖον προσηγόρευσε σῶμα;

EPAN. Οἶδα.

ORTH. Καὶ ἑτέρωθι δὲ τὴν σάρκα σῖτον ὠνόμασεν;

EPAN. Οἶδα καὶ τοῦτο. Ἤκουσα γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· « Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ

A gentium [47]. » Hanc autem prophetiam de Christo editam esse antea confessus es.

ERAN. Confessus sum.

ORTH. Repete igitur memoria etiam illa quæ sequuntur. Sic enim dicit: « Cujus adventum gentes exspectant. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum [48]. »

ERAN. De vestimentis locutus est patriarcha, non de corpore.

ORTH. Ostende igitur, ubi aut quando in sanguine uvæ laverit pallium?

ERAN. Tu vero demonstra, eum corpus his tinxisse.

B ORTH. Oro te ut obscurius respondeas. Adsunt enim fortasse aliqui mysteriis non initiati.

ERAN. Sic audiam, et sic respondebo.

ORTH. Scis quod vitem Dominus seipsum appellaverit?

ERAN. Scio eum dixisse: « Ego sum vitis vera [49]. »

ORTH. Fructus vero vitis expressus quomodo appellatur?

ERAN. Vinum nuncupatur.

25 ORTH. Quando autem Salvatoris latus milites lancea sauciarunt, quid inde manasse dicunt Evangeliorum scriptores [50-51]?

ERAN. Sanguinem et aquam.

C ORTH. Sanguinem igitur uvæ Salvatoris appellavit sanguinem. Si enim Dominus vitis appellatus est, et fructus vitis vinum appellatur, sanguinis vero et aquæ rivi ex Domini latere profusi per reliquum corpus deorsum manarunt, jure omnino et apposite vaticinatus est patriarcha: « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum. » Sicut enim nos mysticum vitis fructum post sanctificationem sanguinem Dominicum appellamus, sic veræ vitis sanguinem uvæ sanguinem nominavit.

ERAN. Mystice quidem, sed simul et dilucide quod propositum fuerat demonstratum est.

D ORTH. Etsi hæc tibi ad fidem faciendam sufficiunt, ad veritatem tamen confirmandam aliam etiam probationem adjiciam.

ERAN. Si hoc feceris, rem mihi gratam facies: utilitatem enim auxeris.

ORTH. Scis, quod panem Deus proprium corpus appellaverit?

ERAN. Scio.

ORTH. Anne etiam alibi carnem frumentum nominavit?

ERAN. Hoc etiam scio. Audivi enim illum dicentem: « Venit hora ut glorificetur Filius homi-

[47] Gen. XLIX, 10. [48] Ibid. 2. [49] Joan. XV, 1. [50-51] Joan. XIX, 34.

(24) Ed. Rom; et Lips. προχεθέντος κρουνοί.

Digitized by Google

nis [54]; » et : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert [55]. »

26 ORTH. In mysteriorum vero institutione panem appellavit corpus, et quod mistum erat, sanguinem [56].

ERAN. Sic nominavit.

ORTH. Atqui secundum naturam, et corpus jure corpus vocabitur, et sanguis sanguis.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Salvator autem noster nomina permutavit et corpori quidem id quod erat symboli nomen imposuit : symbolo vero quod erat corporis. Sic vitem seipsum qui nominavit, sanguinis nomen symbolo tribuit.

ERAN. Hoc quidem vere dixisti. Vellem autem permutationis nominum causam ediscere.

ORTH. Manifestus est scopus iis qui divinis mysteriis sunt initiati. Volebat enim eos, qui divinis mysteriis participant, non attendere ad naturam eorum quæ cernuntur, sed per nominum mutationem mutationi quæ ex gratia facta est fidem adhibere. Qui enim corpus naturale frumentum et panem appellavit, et vitem rursus se ipsum nominavit, is visibilia symbola corporis et sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans, sed naturæ gratiam addens.

ERAN. Et mystice mystica dicta sunt, et perspicue declarata quæ non omnibus sunt nota.

ORTH. Quoniam igitur constat et stolam et pallium a patriarcha corpus Dominicum appellari [57], atque in sermonem de divinis mysteriis ingressi sumus, dic per veritatem, cujus putas symbolum et figuram esse cibum sanctissimum? divinitatisne **27** Christi Domini, an corporis et sanguinis?

ERAN. Non dubium quin illorum, quorum et nomina acceperunt.

ORTH. Corporis et sanguinis dicis?

ERAN. Ita dico.

ORTH. Ut veritatis amicum decet, locutus es. Nam Dominus accepto symbolo non dixit : Hæc est divinitas mea, » sed, « Hoc est corpus meum ; » et rursus : « Hic est sanguis meus [58] ; » et alibi : « Panis vero quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita [59]. »

ERAN. Vera sunt hæc, divina enim sunt oracula.

ORTH. Si ergo vera, corpus utique habuit Dominus.

ERAN. Ego vero ipsum corporis expertem aio fuisse.

ORTH. Sed confiteris ipsum habuisse corpus.

ERAN. Ego dico quod Verbum caro factum sit. Sic enim didici.

ἀνθρώπου ·,» καί· « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. »

ΟΡΘ. Ἐν δέ γε τῇ τῶν μυστηρίων παραδόσει, σῶμα τὸν ἄρτον ἐκάλεσε, καὶ αἷμα τὸ κρᾶμα.

ΕΡΑΝ. Οὕτως ὠνόμασεν.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ καὶ κατὰ φύσιν, τὸ σῶμα σῶμα ἂν εἰκότως (25) κληθείη, καὶ τὸ αἷμα αἷμα (26).

ΕΡΑΝ. Ὁμολόγηται.

ΟΡΘ. Ὁ δέ γε Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος ἐνήλλαξε τὰ ὀνόματα, καὶ τῷ μὲν σώματι τὸ τοῦ συμβόλου τέθεικεν ὄνομα, τῷ δὲ συμβόλῳ τὸ τοῦ σώματος· οὕτως ἄμπελον ἑαυτὸν ὀνομάσας, αἷμα τὸ σύμβολον προσηγόρευσεν.

ΕΡΑΝ. Τοῦτο μὲν ἀληθῶς εἴρηκας. Ἐβουλόμην δὲ τὴν αἰτίαν μαθεῖν τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς.

ΟΡΘ. Δῆλος ὁ σκοπὸς τοῖς τὰ θεῖα μεμυημένοις. Ἠβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς, πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. Ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλών, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς.

ΕΡΑΝ. Καὶ μυστικῶς ἐῤῥέθη τὰ μυστικά, καὶ σαφῶς ἐδηλώθη τὰ πᾶσιν οὐ γνώριμα.

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν συνωμολόγηται, καὶ στολὴν καὶ περιβολὴν ὑπὸ τοῦ πατριάρχου τὸ Δεσποτικὸν ὠνομάσθαι σῶμα, εἰς δὲ τὸν περὶ τῶν θείων μυστηρίων εἰσεληλύθαμεν λόγον, εἰπὲ πρὸς τῆς ἀληθείας, τίνος ἡγῇ σύμβολόν τε καὶ τύπον τὴν παναγίαν τροφήν; τῆς θεότητος τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ἐκείνων, ὧν καὶ τὰς προσηγορίας ἐδέξαντο.

ΟΡΘ. Τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος λέγεις;

ΕΡΑΝ. Οὕτω λέγω.

ΟΡΘ. Φιλαλήθως εἴρηκας. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος τὸ σύμβολον λαβὼν, οὐκ εἶπε· Τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης μου· ἀλλὰ, « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· » καὶ πάλιν· « Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· » καὶ ἑτέρωθι· « Ὁ δὲ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. »

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ ταῦτα, θεῖα γάρ ἐστι λόγια.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν ἀληθῆ, σῶμα δήπου εἶχεν ὁ Κύριος.

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸν ἀσώματον λέγω.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ὁμολογεῖς αὐτὸν ἐσχηκέναι σῶμα.

ΕΡΑΝ. Ἐγὼ λέγω ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὕτως γὰρ ἐδιδάχθην.

[54] Joan. XII, 23. [55] Ibid. 24. [56] Matth. XXVI, 26-28. [57] Gen. XLIX, 2. [58] Matth. XXVI, 26-28. [59] Joan. VI, 51.

(25) ἂν εἰκ. Ex ed. Rom. et Lips. suppletum.

(26) αἷμα. Des. ll. cc.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἔοικεν, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλοῦμεν· μετὰ γὰρ ἐκείνας ἁπάσας τὰς ἀποδείξεις, καὶ τὰς τῶν ἀντιθέσεων λύσεις, τοὺς αὐτοὺς λόγους ἀνακυκλεῖς. A

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἐμαυτοῦ σοι λόγους, ἀλλ' εὐαγγελικοὺς προσφέρω.

ΟΡΘ. Ἐγὼ δὲ τῶν εὐαγγελικῶν τὴν ἑρμηνείαν οὐκ ἐκ προφητικῶν σοι καὶ ἀποστολικῶν προσενήνοχα λόγων;

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἀποχρῶσιν ἐκεῖνοι τὸ ζητούμενον λῦσαι.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ἐδείξαμεν ὡς, ἀόρατος ὤν, ἐφανερώθη διὰ σαρκός. Καὶ αὐτῆς (27) δὲ τῆς σαρκὸς τὴν συγγένειαν παρὰ τῶν θείων ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. « Σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. » Καὶ ὁ Δεσπότης Θεὸς πρὸς τὸν πατριάρχην ἔφη· « Ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσεται πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· » καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Πρόδηλον γάρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος. » Καὶ ἑτέρας δὲ πολλὰς τοιαύτας παρηγάγομεν μαρτυρίας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἑτέρων ἀκοῦσαι ποθεῖς, ἄκουσον τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς, ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα καὶ θυσίας καθίσταται. » Ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ. B

ΕΡΑΝ. Δεῖξον τοίνυν ὅτι σῶμα λαβὼν προσήνεγκεν.

ΟΡΘ. Αὐτὸς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν αὐτῷ γε τῷ χωρίῳ διδάσκει σαφῶς. Μετ' ὀλίγα γὰρ οὕτω φησί· « Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. » Οὐκ εἶπεν, Εἰς σῶμα μεταβέβληκας, ἀλλὰ, « Σῶμα κατηρτίσω μοι. » Δηλοῖ δὲ τὴν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ σώματος γεγενημένην διάπλασιν, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν· « Μὴ φοβηθῇς γάρ, φησὶ, παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » C

ΕΡΑΝ. Σῶμα τοίνυν ἡ Παρθένος μόνον ἐγέννησεν.

ΟΡΘ. Οὐδὲ αὐτὴν, ὡς ἔοικε, κατενόησας τῶν συλλαβῶν τὴν συνθήκην, ἤπου γε τὴν διάνοιαν. Τὸν γὰρ τῆς συλλήψεως, οὐ τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον, διδάσκει τὸν Ἰωσήφ. Οὐ γὰρ εἶπε· Τὸ ἐξ αὐτῆς γεννηθὲν, τοῦτ' ἔστι ποιηθὲν, ἢ πλασθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἰωσὴφ, ἀγνοῶν τὸ μυστήριον, μοιχείαν ὑπώπτευσεν, ἐδιδάχθη σαφῶς τοῦ Πνεύματος τὴν διάπλασιν. Ταῦτα διὰ τοῦ Προφήτου μηνύων, D εἴρηκε· « Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. » Πνευματικὸς δέ γε ὢν, ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἡρμήνευσε τὴν πρόρρησιν. Εἰ τοίνυν ἴδιον ἱερέων τὸ δῶρα προσφέρειν, ἱερεὺς δὲ ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐχρημάτισε, προσενήνοχε δὲ οὐκ ἄλλην τινὰ θυσίαν, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, σῶμα ἄρα εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστός.

ΕΡΑΝ. Πολλάκις εἰπὼν, ὡς οὐδὲ ἐγὼ ἀσώματον φανῆναι τὸν Θεὸν Λόγον φημί· οὐ μὴν δὲ αὐτὸν σῶμα ἀνειληφέναι, ἀλλὰ σάρκα γενέσθαι λέγω.

ORTH. In pertusum, quod aiunt, dolium, ut apparet, infundimus. Nam post omnes illas demonstrationes, et objectionum solutiones, eodem revolveris.

ERAN. Non ego tibi verba mea, sed evangelica profero.

ORTH. Ego vero nonne evangelicorum dictorum interpretationem tibi ex propheticis et apostolicis verbis attuli?

ERAN. Non sufficiunt illa ad dirimendam quæstionem.

ORTH. Atqui ostendimus, quod cum invisibilis esset, manifestatus sit per carnem. Ipsius vero carnis cognationem a divinis viris didicimus. **28** « Semen enim Abrahæ assumit [58]. » Et Dominus Deus patriarchæ dixit: « In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ [59]; » et Apostolus: « Manifestum est enim, quod ex Juda ortus sit Dominus [60]. » Et alia multa ejusmodi adduximus testimonia. Quoniam autem alia etiam audire cupis, audi Apostolum dicentem: « Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus constituitur, ut offerat dona et sacrificia [61]. » Unde etiam necesse est hunc quoque habere aliquid quod assumat.

ERAN. Ostende ergo, quod assumpto corpore obtulerit.

ORTH. Hoc ipse divinus Apostolus in eodem loco aperte docet. Paulo post enim sic dicit: « Ideo ingrediens in mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi [62]. » Non dixit, In corpus convertisti, sed, « Corpus adaptasti mihi. » Significat autem a Spiritu profectam corporis formationem, ut est in Evangelio: « Ne timeas assumere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est [63]. »

ERAN. Solum ergo corpus Virgo genuit.

ORTH. Nec ipsas, ut apparet, verborum syllabas, nedum sententiam, assecutus es. Modum enim conceptionis, non generationis Josephum docet. Non enim dixit, Quod ex ea natum, hoc est factum vel formatum, ex Spiritu sancto est. Quia enim Joseph, ignarus mysterii, adulterium suspicabatur, de formatione a Spiritu sancto facta perspicue edoctus est. Hæc **29** per Prophetam significans, dixit, « Corpus autem adaptasti mihi [64]. » Divinus autem Apostolus, Spiritu plenus, prædictionem interpretatus est. Si ergo sacerdotum proprium est offerre munera, Christus autem secundum humanitatem sacerdos appellatus est, hostiam porro aliam, quam corpus suum, non obtulit, sequitur Christum Dominum corpus habuisse.

ERAN. Quod sæpe jam dixi, neque ego incorporeum apparuisse Deum Verbum dico: ipsum tamen non corpus assumpsisse, sed carnem factum esse affirmo.

[58] Hebr. II, 16. [59] Gen. XXII, 18. [60] Hebr. VII, 14. [61] Hebr. V, 1. [62] Hebr. X, 5. [63] Matth. I, 20. [64] Psal. XL, 7.

(27) Ed. Rom. et Lips. αὐτήν.

Digitized by Google

* ORTH. Quantum video, cum Valentini, et Marcionis, et Manetis sodalibus nobis certamen est. Imo nec illi unquam dicere ausi sunt immutabilem naturam in carnem fuisse conversam.

ERAN. Convitiis lacessere a Christianis alienum est.

ORTH. Non lacessimus convitiis, sed pro veritate pugnamus, et ægre admodum ferimus, quod de rebus minime dubiis tanquam de dubiis litigatis. Ego vero illiberalem hanc pertinaciam tuam compescere conabor. Responde igitur, an promissionum, quæ Davidi a Deo factæ sunt, memineris?

ERAN. Quarum?

ORTH. Quas in octogesimo octavo psalmo Propheta posuit.

ERAN. Multas scio Davidi promissiones factas esse. Quasnam ergo in præsentia requiris?

ORTH. Quæ de Christo Domino factæ sunt.

ERAN. Tu ipse (psalmi) verba revoca in memoriam. Demonstrationes enim te allaturum pollicitus es.

30 ORTH. Audi ergo Prophetam Deum statim in principio psalmi collaudantem. Nam cum propheticis oculis prævideret populi iniquitatem atque hujus comitem futuram captivitatem, promissionum minime fallentium auctorem Deum suum celebravit. Sic autem dixit: « Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo; in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam ore meo. Quoniam dixisti: in æternum misericordia ædificabitur, in cœlis parabitur veritas tua [66]. » Per hæc autem omnia docet Propheta, et promissionem Dei benignitate factam et promissionis veritatem. Deinde addit, quænam et quibus promiserit, ipsum Deum loquentem inducens. « Disposui enim, inquit, testamentum electis meis [66]. » *Electos* vero vocavit patriarchas. Postea subjungit: « Juravi Davidi servo meo [67]. » Dicit porro qua de re juraverit: « Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam [68]. » Dic ergo quemnam *semen Davidis* appellatum existimes?

ERAN. De Salomone hæc promissio facta est.

* ORTH. Ergo etiam de Salomone cum patriarchis fœdera constituit. Ante illa enim, quæ ibi de Davide dicta sunt, promissionum illis factarum mentionem fecit. « Disposui enim, **31** inquit, testamentum electis meis. » Promisit autem patriar-

A ΟΡΘ. Ὡς ὁρῶ, πρὸς τοὺς Βαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ Μάνητος συστασιώτας ἔχομεν τὸν ἀγῶνα. Μᾶλλον δὲ οὔτε ἐκεῖνοι τραπῆναι εἰς σάρκα τὴν ἄτρεπτον φύσιν εἰπεῖν ἐτόλμησαν πώποτε.

ΕΡΑΝ. Τὸ λοιδορεῖν, Χριστιανῶν ἀλλότριον.

ΟΡΘ. Οὐ λοιδοροῦμεν, ἀλλ' ἀληθείας ὑπερμαχοῦμεν, καὶ λίαν ἀσχάλλομεν, ὅτι τοῖς ἀναμφιλέκτοις ὡς ἀμφιλέκτοις ζυγομαχεῖτε. Ἐγὼ μέντοι τὸ ἀγεννές σου καὶ φιλόνεικον διαλῦσαι πειράσομαι. Ἀπόκριναι τοίνυν, τῶν πρὸς τὸν Δαβὶδ παρὰ Θεοῦ γεγενημένων ὑποσχέσεων εἰ μέμνησαι;

ΕΡΑΝ. Ποίων;

ΟΡΘ. Ἃς ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ συν-
B ἥρμοσεν ὁ Προφήτης.

ΕΡΑΝ. Πολλὰς οἶδα πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας γεγενημένας· ποίας οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιζητεῖς;

ΟΡΘ. Τὰς περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ.

ΕΡΑΝ. Αὐτὸς ἀνάμνησον τῶν ῥητῶν· αὐτὸς γὰρ ὑπέσχου προσφέρειν (28) τὰς ἀποδείξεις.

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοίνυν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ τοῦ Προφήτου τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντος. Προφητικοῖς γὰρ προϊδὼν ὀφθαλμοῖς τὴν ἐσομένην τοῦ λαοῦ παρανομίαν καὶ τὴν διὰ ταύτην γενησομένην αἰχμαλωσίαν, τῶν ἀψευδῶν ὑποσχέσεων τὸν οἰκεῖον ἀνύμνησε (29) Δεσπότην. Ἔφη δὲ οὕτως· « Τὰ ἐλέη
C σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου. Ὅτι εἶπας· εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. » Διὰ δὲ τούτων πάντων ὁ Προφήτης διδάσκει, καὶ τὴν διὰ φιλανθρωπίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην ἐπαγγελίαν, καὶ τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀψευδές. Εἶτα λέγει τίνα τε καὶ τίσιν ὑπέσχετο, αὐτὸν φθεγγόμενον ἐπιδεικνὺς τὸν Θεόν. « Διεθέμην γάρ, φησί, διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. » Ἐκλεκτοὺς δὲ τοὺς πατριάρχας ἐκάλεσεν (30). Ἔπειτα ἐπιφέρει· « Ὤμοσα Δαβὶδ, τῷ δούλῳ μου. » Λέγει δὲ καὶ περί τίνος ὤμοσεν· « Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. » Εἰπὲ τοίνυν τίνα *τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ*
D ὑπολαμβάνεις κεκλῆσθαι;

ΕΡΑΝ. Περὶ τοῦ Σολομῶντος ἡ ἐπαγγελία γεγένηται.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τοὺς πατριάρχας περὶ τοῦ Σολομῶντος ἐποιήσατο τὰς συνθήκας. Πρὸ γὰρ τῶν περὶ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένων, τῶν ὑποσχέσεων τῶν πρὸς ἐκείνους ἀνέμνησε. « Διεθέμην γάρ, φησί, διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. » Ὑπέσχετο δὲ τοῖς πατριάρ-

[66] Psal. LXXXVIII, 2-3. [66] Ibid. 4. [67] Ibid, [68] Ibid. 5.

(28) Ed. Rom. et Lips. προφέρειν.

(29) *Promissionum — celebravit.* Editio Sirm. habebat: *Domino suo vera ipsius promissa commemoravit.* Sic vero legendum esset ἀνέμνησε pro ἀνύμνησε, cum tamen posterior lectio omnium, quas vidimus, antiquiorum editionum auctoritate muniatur. Emendavimus itaque interpretationem latinam ex Strigelii editione.

(30) Plura de hoc loco vide supra t. I, p. 1250, seqq.

Digitized by Google

χαις ἐν τῷ σπέρματι αὐτῶν εὐλογήσειν πάντα τὰ ἔθνη. Δεῖξον τοίνυν εὐλογημένα διὰ Σολομῶντος τὰ ἔθνη.

EPAN. Ταύτην τοίνυν τὴν ἐπαγγελίαν, οὐ διὰ τοῦ Σολομῶντος, ἀλλὰ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πεπλήρωκεν ὁ Θεός;

ΟΡΘ. Καὶ τοίνυν ταῖς πρὸς τὸν Δαβὶδ γεγενημέναις ἐπαγγελίαις ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὸ πέρας ἐπέθηκεν.

EPAN. Ἐγὼ ταύτας ἡγοῦμαι τὰς ὑποσχέσεις ἢ περὶ τοῦ Σολομῶντος, ἢ περὶ τοῦ Ζοροβάβελ τὸν Θεὸν πεποιηκέναι.

ΟΡΘ. Πρὸ βραχέος, τοῖς Μαρκίωνος, καὶ Βαλεντίνου, καὶ Μάνητος ἐκέχρησο λόγοις· νῦν δὲ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου συμμορίαν μεταβέβηκας, καὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀναιδείᾳ συνηγορεῖς. Ἴδιον δὲ τοῦτο τῶν τῆς εὐθείας ἐκτρεπομένων ὁδοῦ· τῇδε γὰρ κἀκεῖσε περιπλανῶνται, ἀτριβῆ πορείαν ὁδεύοντες.

EPAN. Τοὺς λοιδορίᾳ χρωμένους ὁ Ἀπόστολος ἐξελαύνει τῆς βασιλείας.

ΟΡΘ. Ἐὰν μάτην λοιδορῶσιν. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰς καιρὸν ἔστιν ὅτε κέχρηται τῷ εἴδει, καὶ Γαλάτας μὲν ἀνοήτους ὀνομάζει, περὶ δὲ ἄλλων φησίν· « Ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν· » καὶ αὖ πάλιν περὶ ἑτέρων· « Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς.

EPAN. Ἐγὼ τοίνυν ποίαν σοι παρέσχον λοιδορίας ἀφορμήν;

ΟΡΘ. Τὸ τοῖς προδηλοτάτοις τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς εὐθύμως συνηγορεῖν, ἢ οὐ δοκεῖ σοι πρόφασις εὐλογωτάτη τοῖς εὐσεβέσιν εἶναι πρὸς ἀγανάκτησιν αὕτη;

EPAN. Καὶ τίσιν ἐγὼ συνηγόρησα παρατattομένοις πρὸς τὴν ἀλήθειαν;

ΟΡΘ. Νῦν Ἰουδαίοις.

EPAN. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ;

ΟΡΘ. Ἰουδαῖοι τῷ Σολομῶντι καὶ τῷ Ζοροβάβελ τὰς τοιαύτας προσαρμόττουσι προφητείας, ἵνα τὸ χριστιανικὸν ἀσύστατον ἀποδείξωσι ζήτημα. Ἀπόχρη δὲ καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα διελέγξαι αὐτῶν τὴν παρανομίαν. « Ἕως γάρ, φησὶ, τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸν θρόνον σου. » Οὐ μόνον δὲ Σολομὼν καὶ Ζοροβάβελ, οἷς τὰς τοιαύτας προσαρμόττουσι προφητείας, τὸν ὡρισμένον βιώσαντες χρόνον, τοῦ βίου τὸ τέρμα κατέλαβον, ἀλλὰ καὶ ἅπαν ἀπέσβη τοῦ Δαβὶδ τὸ γένος. Τίς γὰρ ἐπίσταται σήμερον ἐκ τῆς Δαυϊτικῆς τινα καταγόμενον ῥίζης;

EPAN. Οἱ καλούμενοι οὖν τῶν Ἰουδαίων πατριάρχαι, οὐκ ἐκ τῆς Δαυϊτικῆς ὑπάρχουσι συγγενείας;

ΟΡΘ. Οὐδαμῶς.

EPAN. Ἀλλὰ πόθεν ὁρμῶνται;

ΟΡΘ. Ἐξ Ἡρῴδου τοῦ ἀλλοφύλου, ὃς πατρόθεν μὲν Ἀσκαλωνίτης ἐτύγχανεν ὤν, μητρόθεν δὲ Ἰδουμαῖος. Ἄλλως τε καὶ αὐτοὶ παντελῶς ἠφανίσθησαν, καὶ χρόνος διελήλυθεν, ἐξ οὗ καὶ ἡ τούτων ἡγεμονία

chis se in eorum semine benedicturum omnibus gentibus. Ostende igitur, per Salomonem benedictas esse gentes.

ERAN. Promissionem hanc ergo, non per Salomonem, sed per Salvatorem nostrum, implevit Deus?

ORTH. Promissis itaque, quæ Davidi facta sunt, Christus Dominus finem imposuit.

ERAN. Ego has promissiones vel de Salomone, vel de Zorobabele a Deo factas puto.

ORTH. Paulo ante Marcionis, et Valentini, et Manetis verbis utebare: nunc ad contrariam ex diametro factionem te contulisti. Judæorum enim impudentiæ patrocinaris. Est autem hoc proprium eorum qui a recta via deflectunt. Huc enim et illuc oberrant, per viam minime tritam ingredientes.

ERAN. Convitiatores Apostolus ejicit [69] ex regno cœlorum.

ORTH. Si temere convitientur Nam et ipse divinus Apostolus opportune nonnunquam hoc genere usus est, et Galatas quidem stultos vocat [70]; de aliis vero dicit: « Homines mente corrupti [71]; » et de aliis rursus: « Quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, » et cætera [72].

ERAN. Quam vero tibi convitiandi occasionem præbui?

ORTH. Apertissimis hostibus veritatis libenter patrocinari, annon tibi videtur justissima occasio ista piis esse ut indignentur?

32 ERAN. Quorumnam ego patrocinium suscepi, qui veritati bellum inferant?

ORTH. Nunc Judæorum.

ERAN. Quomodo et qua ratione?

ORTH. Judæi Salomoni et Zorobabeli tales prophetias accommodant, ut Christianorum quæstionem consistere non posse ostendant. Sufficiunt autem vel ipsa verba ad confutandam illorum perversitatem. Nam « usque in æternum, inquit, præparabo sedem tuam [73]. » Non solum enim Salomon et Zorobabel, quibus tales prophetias accommodant, expleto vitæ cursu præscripto, vitæ finem habuerunt, sed universum quoque Davidis genus exstinctum est. Quis enim novit hodie aliquem ex Davidica stirpe prognatum?

ERAN. Qui ergo Judæorum patriarchæ dicuntur, an ex Davidica stirpe non sunt?

ORTH. Nequaquam.

ERAN. Unde igitur orti sunt?

ORTH. Ex Herode alienigena, qui paterna quidem origine Ascalonites fuit, materna vero Idumæus. Quanquam hi quoque omnino interierunt, et dudum est ex quo horum quoque principatus finem cepit.

[69] Cor. IV, 10. [70] Galat. III, 1. [71] II Tim. III, 8. [72] Philipp. III, 19. [73] Psal. LXXXVIII, 5.

Digitized by Google

Dominus autem Deus, non solum Davidis semen in æternum servaturum, sed ejus etiam regnum sine fine conservaturum promisit. « Ædificabo enim, inquit, in generationem et generationem sedem tuam [74]. » Videmus autem et genus ejus periisse, et regnum finem cepisse. Atque hæc cernentes scimus tamen universorum Deum veracem esse.

ERAN. Constat Deum minime mentiri.

33 ORTH. Si ergo Deus verax est, ut reipsa verax est, Davidi autem promisit, fore ut et genus ipsius et regnum in perpetuum servaret, neque tamen aut genus aut regnum videmus (utrumque enim cessavit), quomodo adversariis Deum veracem esse persuadebimus ?

ERAN. Dubium itaque non est, quin hæc prophetia Christum designet.

ORTH. Quoniam igitur hoc concedis, age, mediam quoque psalmi partem una consideremus : prophetiæ enim sententiam facilius assequemur.

ERAN. Præi indagationi : ego enim vestigiis tuis insistam.

ORTH. Cum multa de hoc filio (Davidis) promisisset Deus, quod et terræ et mari dominaturus sit, et excelsior futurus regibus terræ, et primogeniti Dei nomen habiturus, Deumque cum fiducia Patrem vocaturus, hæc quoque adjecit : « In æternum servabo illi misericordiam meam, et fœdus meum fidele erit ipsi : et ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli [75]. »

ERAN. Superat naturam humanam hæc promissio. Immortalitatem enim et æternitatem habet, tum vita, tum gloria : homines vero exigui sunt temporis. Nam et natura brevis est vitæ, et regnum, etiam in vita, multiplices et varias habet mutationes. Quare soli Christo Salvatori congruit hujus promissi magnitudo.

ORTH. Perge itaque etiam ad reliqua, quæ hanc tibi opinionem 34 magis confirmabunt. Dicit enim rursus universorum Deus : « Semel juravi sancto meo, si Davidi mentiar. Semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum. » Et ut veritatem promissionis ostenderet, subjecit : « Et testis in cœlo fidelis [76]. »

ERAN. Oportet iis quæ a fideli teste promissa sunt sine dubitatione credere. Nam si hominibus qui polliciti sunt se vera dicturos esse, etiamsi non addant verbis suis juramentum, fidem adhibere solemus, quis est adeo vecors et attonitus, ut rerum omnium Conditori juramentum interponenti fidem non habeat ? Qui enim alios jurare vetat, ut consilii sui immobilitatem ostenderet, sicut etiam dicit Apostolus, jusjurandum interposuit, « Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum,

A τὸ πέρας ἐδέξατο. Ὁ δὲ Δεσπότης Θεὸς, οὐ μόνον τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ εἰς τὸν αἰῶνα τηρήσειν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἀκατάλυτον φυλάξειν ὑπέσχετο. « Οἰκοδομήσω γὰρ, ἔφη, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. » Ὁρῶμεν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ γένος φροῦδον, καὶ τὴν βασιλείαν δεξαμένην τὸ πέρας. Καὶ ταῦτα δὲ ὁρῶντες, ἴσμεν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὸ ἀψευδές.

EPAN. Δῆλον ὡς ἀψευδὴς ὁ Θεός

ORTH. Εἰ τοίνυν ἀληθὴς ὁ Θεὸς, ὥσπερ οὖν ἀληθὴς, ὑπέσχετο δὲ τῷ Δαβὶδ καὶ τὸ γένος εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξειν, καὶ τὴν βασιλείαν ἀδιάδοχον τηρήσειν, οὔτε δὲ τὸ γένος ὁρῶμεν, οὔτε τὴν βασιλείαν· ἀμφότερα γὰρ ἐπαύσατο· πῶς πείσομεν τοὺς ἀντιλέγοντας ὡς ἀψευδὴς ὁ Θεός,

B EPAN. Ἆρα ὄντως ἡ προφητεία τὸν Δεσπότην κηρύττει Χριστόν.

ORTH. Ἐπεὶ τοίνυν συνωμολόγησας, δεῦρο δὴ καὶ τὰ μέσα τοῦ ψαλμοῦ κοινῇ διασκοπήσωμεν· εἰσόμεθα γὰρ σαφέστερον τῆς προφητείας τὸν νοῦν.

EPAN. Ἡγοῦ τῆς ἐρεύνης· ἕψομαι γὰρ ἐχνηλατήσων κἀγώ.

ORTH. Πολλὰ περὶ τοῦδε τοῦ σπέρματος ὑποσχόμενος ὁ Θεὸς, ὡς καὶ κατὰ θάλατταν καὶ κατὰ γῆν κρατήσει, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλευόντων ὑπέρτερος ἔσται, καὶ πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ κληθήσεται, καὶ τὸν Θεὸν σὺν παῤῥησίᾳ κάλέσει Πατέρα, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· « Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ· καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. »

C EPAN. Ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπείαν ἡ ἐπαγγελία. Τὸ ἀνώλεθρον γὰρ καὶ αἰώνιον ἔχει καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ τιμή· οἱ δὲ ἄνθρωποι πρόσκαιροι. Ἥ τε γὰρ φύσις ὀλιγόβιος, καὶ βασιλεία, κἂν τῇ ζωῇ, πολλὰς ἔχει καὶ ἀγχιστρόφους μεταβολάς. Τοιγάρτοι μόνῳ προσήκει τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τῆς ἐπαγγελίας τὸ μέγεθος.

ORTH. Ἔτι (31) τοιγαροῦν καὶ πρὸς τὰ λοιπά. Βεβαιοτέρα γάρ σοι πάντως ἡ περὶ τούτου δόξα γενήσεται. Λέγει γὰρ πάλιν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. Τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ τὸ ἀληθὲς τῆς

D ἐπαγγελίας δεικνὺς ἐπήγαγε· « Καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. »

EPAN. Χρὴ τοῖς παρὰ τοῦ πιστοῦ μάρτυρος ἐπηγγελμένοις ἀνενδοιάστως πιστεύειν. Εἰ γὰρ ἀνθρώποις ἀληθεύειν ἐπηγγελμένοις, κἂν μὴ βεβαιῶσιν ὅρκῳ τοὺς λόγους, πιστεύειν εἰώθαμεν, τίς οὕτως ἐμβρόντητος, ὡς ἀπιστῆσαι τῷ Ποιητῇ τοῦ παντὸς, ὅρκον ἐπιτιθέντι τοῖς λόγοις ; Ὁ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀπαγορεύων ὀμνύναι, τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, καθά φησι καὶ ὁ Ἀπόστολος, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, « Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν

[74] Psal. LXXXVIII, 5. [75] Ibid. 29-30. [76] Ibid. 36-38.

(31) Ed. Rom. et Lips. Ἔσθι.

Digitized by Google

ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. »

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν ἀναμφιλέκτως ἀληθὴς ἡ ὑπόσχεσις, οὐχ ὁρῶμεν δὲ παρὰ Ἰουδαίοις, οὔτε τὸ γένος, οὔτε τὴν βασιλείαν τοῦ προφήτου Δαβίδ, πιστεύσωμεν ἀριδήλως τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν σπέρμα τοῦ Δαβὶδ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ὀνομάζεσθαι. Αὐτὸς γὰρ ἔχει καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν αἰώνιον.

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἐνδοιάζομεν, ἀλλ' οὕτω ταῦτ' ἔχειν ὁμολογοῦμαι.

ΟΡΘ. Ἀπόχρη μὲν οὖν καὶ ταῦτα δεῖξαι σαφῶς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ἣν ἀνείληφεν ἐκ σπέρματος Δαβίδ, ἀνθρωπότητα. Ἵνα δὲ τῇ τῶν πλειόνων μαρτυρίᾳ πᾶσαν διχόνοιαν ἐξελάσωμεν, ἀκούσωμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου φωνῆς τῶν πρὸς τὸν Δαβὶδ ὑποσχέσεων μνημονεύοντος. « Διαθήσω γάρ, φησὶν, ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον. » Καὶ δεικνὺς τὸν νομοθέτην ἐπήγαγε· « Τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. » Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα τῷ Δαβὶδ ὑπέσχετο, καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἐφθέγξατο, καὶ περανεῖ τὴν ὑπόσχεσιν. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς προφητείας τούτοις ἐστὶ συνῳδά. Λέγει γάρ· « Ἰδοὺ μαρτύριον ἐν ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἐν ἔθνεσιν. Ἰδοὺ ἔθνη ἃ οὐκ οἴδασί σε ἐπικαλέσονταί σε, καὶ λαοὶ οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε ἐπὶ σὲ καταφεύξονται. » Ταῦτα δὲ οὐδενὶ τῶν ἐκ Δαβὶδ ἁρμόττει. Τίς γὰρ τῶν ἐκ Δαβὶδ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἄρχων ἐθνῶν ἀνεδείχθη; Ποῖα δὲ ἔθνη τινὰ τῶν ἐκ Δαβὶδ οἷα δὴ Θεὸν ἐπεκαλέσαντο προσευχόμενα;

ΕΡΑΝ. Περὶ τῶν ἐναργῶν οὐ προσήκει μηκύνειν· καὶ ταῦτα γὰρ ἀληθῶς τῷ Δεσπότῃ προσῆκε Χριστῷ.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν εἰς ἑτέραν μεταβῶμεν προφητικὴν μαρτυρίαν, καὶ τοῦ αὐτοῦ προφήτου λέγοντος ἐπακούσωμεν· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ (32), καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. »

ΕΡΑΝ. Ταύτην οἶμαι τὴν προφητείαν περὶ τοῦ Ζοροβάβελ γεγενῆσθαι.

ΟΡΘ. Ἐὰν (33) καὶ τῶν ἑξῆς ἐπακούσῃς, οὐκ ἐμμενεῖς σου τῇ δόξῃ. Οὕτω γὰρ οὔτε Ἰουδαῖοι τήνδε τὴν πρόῤῥησιν νενοήκασιν. Ἐπάγει γὰρ ὁ προφήτης· « Καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν. » Ταῦτα δὲ οὐκ ἄν τις ἀνθρώπῳ φιλῷ προσαρμόσειε· καὶ γὰρ τοῖς ἅγαν ἁγίοις κατὰ διαίρεσιν δίδοται τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα. Καὶ μάρτυς ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγων· « Ὧ μὲν γὰρ δίδοται διὰ τοῦ Πνεύματος λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνταῦθα δὲ ὁ προφήτης τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ βλαστήσαντα πάσας εἰρηκεν ἔχειν τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος.

ΕΡΑΝ. Ταύτοις ἀντιτείνειν μανίᾳ σαφῆς.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἄκουσον καὶ τῶν ἑξῆς· ἄφει γὰρ

A validam consolationem habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem [77]. »

ORTH. Si ergo sine controversia vera est promissio, et apud Judæos nec genus, nec regnum Davidis prophetæ cernimus, credamus haud dubie, Dominum nostrum Jesum Christum semen Davidis secundum humanam naturam appellari. Ipse enim et vitam et regnum habet æternum.

ERAN. Non dubitamus, sed hæc ita se habere confiteor.

ORTH. Sufficiebant igitur hæc quidem ad demonstrandam Dei et Salvatoris nostri, quam ex semine Davidis assumpsit, humanitatem. Tamen ut plurium testimonio omnem dubitationem tollamus, Deum audiamus, dum 35 Isaiæ prophetæ voce * factas
B Davidi pollicitationes commemorat. « Feriam enim, inquit, vobiscum pactum sempiternum [78]. » Et ostendens legislatorem, addit, « Sancta Davidis fidelia [78*]. » Quia hæc Davidi promisit, et per Isaiam locutus est, promissionem reipsa perficiet. Sed et quæ deinceps in prophetia sequuntur his congruunt. Dicit enim : « Ecce testimonium inter populos constitui eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentes quæ non noverunt te invocabunt te, et populi qui te nesciunt ad te confugient [79]. » Hæc autem nulli ex posteris Davidis conveniunt. Quis enim ex prosapia Davidis dux gentium, ut scribit Isaias, constitutus est ? quæ porro gentes aliquem a Davide oriundum orando tanquam Deum invocarunt ?

C ERAN. De rebus manifestis non est pluribus disserendum; hæc enim verissime Christo Domino congruunt.

ORTH. Ad aliud ergo propheticum testimonium transeamus, eumdemque prophetam dicentem audiamus : « Egredietur virga e radice Jesse et flos e radice proveniet [80]. »

ERAN. Hanc ego prophetiam de Zorobabele editam esse arbitror.

ORTH. Si etiam sequentia audiveris, non permanebis in tua opinione. Sic enim nec ipsi Judæi hanc prædictionem intellexere. Addit enim propheta : « Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et 36 pietatis,
D et replebit eum spiritus timoris Domini [81]. » Hæc vero nemo unquam nudo homini tribuerit : nam etiam valde sanctis per divisionem dantur dona Spiritus, ut testatur divinus Apostolus, dicens : « Etenim alii datur per Spiritum sermo sapientiæ alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum [82], » et cætera. Hic vero propheta eum qui e radice Jesse germinavit, omnes Spiritus operationes habere affirmat.

ERAN. His adversari aperta est insania.

ORTH. Audi ergo etiam sequentia. Videbis enim

[77] Hebr. VI, 17-18. [78] Isa. LV, 3. [78*] Ibid. [79] Ibid. 4, 5. [80] Isa. II, 1. [81] Ibid. 2-3 [82] I Cor. XII, 8.

32) Ἰεσσαὶ — ῥίζης. Des. in ed. Rom. et Lips. quæ comma ad ῥάβδος ponunt.

(33) Ἐὰν, κ. τ. λ. Conf. tom. II, p. 253 seq.

Digitized by Google

in his quædam humanam naturam excedentia. Sic autem dicit : « Non secundum opinionem judicabit, neque secundum famam arguet : sed in justitia jus dicet humili, et arguet in rectitudine nobiles terræ, et percutiet terram sermone oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium [83]. » Harum prædictionum partes quædam humanæ sunt naturæ, quædam divinæ : justitia enim, et veritas et rectitudo, et immota in judicando constantia humanam virtutem declarant.

ERAN. Ex his aperte didicimus, quod Christi Salvatoris nostri adventum propheta prædixerit.

ORTH. Quæ subsequuntur interpretationis veritatem evidentius te docebunt. Addit enim : « Tunc simul pascetur lupus cum agno [84], » et quæ sequuntur ; quibus docet tum morum discrepantiam, tum fidei concordiam. Ac testem prædictionis habemus rerum experientiam. Nam et eos qui divitiis affluunt, et eos qui cum paupertate **37** conflictantur, servos ac dominos, magistratus et subditos, milites et privatos, et eos qui orbis terrarum sceptra tenent, unum excipit lavacrum, una omnibus offertur doctrina, una omnibus mystica mensa instruitur, et quilibet credentium æquali parte fruitur.

ERAN. Sed hæc Deum esse, de quo propheta loquitur, ostendunt.

ORTH. Non solum Deum, sed etiam hominem. Ideo statim ab initio hujus prophetiæ virgam ex radice Jesse germinaturam dixit [85], et prædictionem claudens exordium repetiit. Sic enim ait : « Et erit radix Jesse, et exsurgens ad imperandum gentibus. In eo gentes sperabunt, et erit requies ejus honor [86]. » Jesse autem fuit pater Davidis ; Davidi vero facta est cum jurejurando promissio. Nec vero virgam germinantem ex Jesse appellasset Christum Dominum, si Deum tantum agnovisset. Prædixit autem prophetia etiam orbis terrarum mutationem. « Impleta enim est, inquit, universa terra cognitione Domini, et quasi aqua multa operit maria [87]. »

ERAN. Audivi prophetica vaticinia. Vellem nunc distincte scire, an divinus quoque apostolorum chorus Christum Dominum ex semine Davidis germinasse dicat secundum carnem.

ORTH. Rem postulasti minime arduam, sed valde facilem et expeditam. Audi ergo principem apostolorum clamantem : « Propheta cum esset David, et sciret jurejurando jurasse illi Deum, futurum ut de fructu lumbi ejus **38** secundum carnem exoriretur Christus qui sederet super sedem ejus, providens locutus est de resurrectione ejus, quod neque derelicta est in inferno anima ejus, neque caro ejus vidit corruptionem [88]. » Ex his facile intelligere potes, ex semine Davidis etiam secundum

A αὐτῶν ἔνια καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβαίνοντα φύσιν. Λέγει δὲ οὕτως· « Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ἀλλὰ κρινεῖ ἐν δικαιοσύνῃ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει ἐν εὐθύτητι τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς, καὶ πατάξει τὴν γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ τῷ πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ τὸν ἀσεβῆ. » Τούτων δὲ τῶν προῤῥήσεων, τὰ μὲν ἔστιν ἀνθρώπεια, τὰ δὲ θεῖα· ἡ μὲν γὰρ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ εὐθές τε καὶ ἀκλινὲς ἐν τῷ κρίνειν δηλοῖ τὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἀρετήν.

EPAN. Σαφέστερον διὰ τούτων ἐμάθομεν, ὡς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὴν παρουσίαν ὁ προφήτης ἐθέσπισεν.

ΟΡΘ. Ἐναργέστερόν σε διδάξει τὰ τούτων ἀκόλουθα τὴν τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν. Ἐπάγει γάρ· B « Τότε συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν διδάσκει καὶ τῶν ἠθῶν τὸ διάφορον, καὶ τὸ τῆς πίστεως σύμφωνον. Καὶ μάρτυρα τῆς προῤῥήσεως ἔχομεν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν. Καὶ γὰρ τοὺς πλούτῳ κομῶντας, καὶ τοὺς πενίᾳ συζῶντας, οἰκέτας τε καὶ δεσπότας, καὶ ἀρχομένους καὶ ἄρχοντας, καὶ στρατιώτας καὶ ἰδιώτας, καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα τῆς οἰκουμένης κατέχοντας, μία ὑποδέχεται κολυμβήθρα, μία πᾶσι διδασκαλία προσφέρεται, μία πᾶσι μυστικὴ προτίθεται τράπεζα καὶ τῶν πιστευόντων ἕκαστος ἴσης ἀπολαύει μερίδος.

EPAN. Ἀλλὰ ταῦτα Θεὸν τὸν προφητευόμενον δείκνυσιν.

ΟΡΘ. Οὐ Θεὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον. Τούτου δὴ χάριν, καὶ εὐθὺς τῆσδε τῆς προφητείας ἀρξάμενος, ῥάβδον βλαστήσειν ἐκ τῆς ῥίζης εἴρηκεν Ἰεσσαί· καὶ τὴν προῤῥήσιν συμπεράνας, ἀνέλαβε τὸ προοίμιον. Ἔφη γάρ· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. » Ἰεσσαὶ δὲ ὁ πατὴρ τοῦ Δαβίδ, πρὸς δὲ τὸν Δαβὶδ γέγονεν ἡ μεθ' ὅρκων ὑπόσχεσις. Οὐκ ἂν δὲ ῥάβδον βλαστήσουσαν ἐξ Ἰεσσαὶ προσηγόρευσε τὸν Δεσπότην Χριστὸν, εἰ μόνον ἤδει Θεόν. Προεῖρηκε δὲ ἡ πρόῤῥησις καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης μεταβολήν. « Ἐνεπλήσθη γὰρ, φησὶν, ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. »

EPAN. Τῶν μὲν προφητικῶν ἐπήκουσα θεσπισμάτων. Ἐβουλόμην δὲ γνῶναι σαφῶς, εἰ καὶ τῶν ἀπο- D στόλων ὁ θεῖος χορὸς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ βεβλαστηκέναι κατὰ σάρκα ἔφη τὸν Δεσπότην Χριστόν.

ΟΡΘ. Οὐδὲν ἐπήγγειλας δυσχερὲς, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐπετές τε καὶ ῥᾴδιον. Ἄκουσον τοίνυν τοῦ πρώτου τῶν ἀποστόλων βοῶντος, ὅτι « Προφήτης ὢν ὁ Δαβὶδ, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστήσειν τὸ κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν, καθίσαι (34) ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, ὅτι οὔτε ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, οὔθ' ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. » Ἐκ τούτων διαγνῶναί σοι δυνατὸν, ὅτι καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα βεβλάστηκεν

[83] Isa. II, 3, 4. [84] Ibid. 6. [85] Isa. XI, 1. [86] Ibid. 10. [87] Ibid. 9. [88] Act. II, 30-31; Matth. XVI, 16.

(34) καθ. Ed. prior habebat καθῆσαι.

Digitized by Google

ὁ Δεσπότης Χριστὸς, καὶ οὐ σάρκα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν εἶχεν.

A carnem germinasse Christum Dominum, eumque non solum carnem, sed etiam animam habuisse.

EPAN. Τίς ἕτερος ταῦτα τῶν ἀποστόλων ἐκήρυξεν;

ERAN. Quis reliquorum apostolorum eadem prædicavit?

ΟΡΘ. Ἤρκει μὲν καὶ μόνος ὁ μέγας Πέτρος τῇ ἀληθείᾳ συμμαρτυρῶν· καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης παρὰ (35) τούτου μόνου τὴν τῆς ἀληθείας (36) ὁμολογίαν δεξάμενος, ἐβεβαίωσε ταύτην τῷ ἀοιδίμῳ μακαρισμῷ. Ἐπειδὴ δὲ (37) ἑτέρων τοῦτο κηρυττόντων ἀκοῦσαι ποθεῖς, ἄκουσον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Πισιδίας Παύλου καὶ Βαρνάβα δημηγορούντων. Οὗτοι γὰρ, τοῦ Δαβὶδ μνημονεύσαντες, ταῦτα ἐπήγαγον· « Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ Σωτῆρα Ἰησοῦν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ ἐπιστέλλων ὁ θεσπέσιος Παῦλος καὶ ταῦτα B τέθεικε· « Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » Καὶ Ῥωμαίοις γράφων εὐθὺς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς Δαυϊτικῆς ἐμνημόνευσε συγγενείας. Ἔφη δὲ οὕτως· « Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, » καὶ τὰ ἑξῆς.

ORTH. Satis quidem foret solius magni Petri testimonium ad confirmandam veritatem : nam et Dominus ab hoc solo editam veritatis confessionem recipiens insigni hanc approbatione ornavit. Sed quoniam alios hac de re testificantes audire cupis, audi Paulum et Barnabam in Antiochia Pisidiæ concionantes. Hi enim, cum Davidis mentionem fecissent, hæc addiderunt : « Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israeli Salvatorem Jesum [89], » et quæ sequuntur. Et ad Timotheum scribens divinus Apostolus hæc inter cætera posuit : « Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Davidis secundum Evangelium meum [90]. » Et ad Romanos scribens statim in principio meminit Davidicæ cognationis. Sic enim dicit : « Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus ad Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui natus est ex semine Davidis secundum carnem [91], » et quæ sequuntur.

EPAN. Συχναὶ μὲν αἱ ἀποδείξεις καὶ ἀληθεῖς. Εἰπὲ δέ μοι, τί δήποτε τὰ ἑξῆς τῆς μαρτυρίας παρέλιπες;

39 ERAN. Confertæ quidem sunt hæ ac veræ demonstrationes. Dic mihi autem, cur reliquam testimonii partem omiseris?

ΟΡΘ. Ὅτι περὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὐ περὶ τῆς θεότητος ἀμφιβάλλεις. Εἰ δέ γε περὶ τῆς θεότητος ἠμφισβήτεις, περὶ ταύτης ἂν σοι τὰς ἀποδείξεις προσήνεγκα. Πλὴν ἀρκεῖ τὸ φάναι « κατὰ σάρκα, » παραδηλῶσαι τὴν σεσιγημένην θεότητα. Κοινοῦ γὰρ ἀνθρώπου διδάσκων συγγένειαν, οὐ λέγω, Τοῦ δεῖνος ὁ δεῖνα κατὰ σάρκα υἱὸς, ἀλλ' ἁπλῶς, υἱός. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς τὴν γενεαλογίαν ἔγραψεν· « Ἀβραὰμ γὰρ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, » καὶ οὐ προστέθεικε *κατὰ σάρκα*· μόνον γὰρ ἄνθρωπος ὑπῆρχεν ὁ Ἰσαάκ. Παραπλησίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐμνημόνευσεν· ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν, οὐδὲν ἔξω τῆς φύσεως ἔχοντες. Περὶ μέντοι τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ διαλεγόμενοι τῆς ἀληθείας οἱ κήρυκες, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐπιδεικνύντες τὴν κάτω συγγένειαν, τὸ *κατὰ σάρκα* συνάπτουσι, ταύτῃ σημαίνοντες τὴν θεότητα, καὶ διδάσκοντες ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ (38) Θεὸς προαιώνιος ὁ Δεσπότης Χριστός.

ORTH. Quia de humana natura, non de divina C ambigis. Quod si de divinitate dubitares, de ea tibi demonstrationes protulissem. Sufficit tamen dicere, « secundum carnem, » ad declarandam divinitatem quæ non exprimitur. De communis enim hominis cognatione verba faciens non dico : Hic illius secundum carnem filius, sed simpliciter dico : filius. Sic et divinus evangelista genealogiam describens : « Abraham enim, inquit, genuit Isaacum [92], » et non adjecit *secundum carnem*, quia Isaac homo tantum erat. Eodemque modo alios etiam commemorat : homines enim erant, nec quidquam habebant præter (humanam) naturam. At de Christo Domino disserentes veritatis præcones, et ignaris cognationem cum inferiore natura ostendentes, addunt *secundum carnem*, hac ratione divinitatem indicantes, et docentes non hominem solum, sed etiam Deum æternum esse Christum Dominum.

EPAN. Πολλὰς μὲν καὶ ἀποστολικὰς καὶ προφητικὰς παρήγαγες μαρτυρίας· ἐγὼ δὲ τῷ Εὐαγγελιστῇ πείθομαι λέγοντι· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. »

ERAN. Multa sane et apostolica et prophetica protulisti testimonia : ego vero Evangelistæ credo dicenti : « Verbum caro factum est [93]. »

ΟΡΘ. Κἀγὼ πείθομαι τῇ θείᾳ ταύτῃ διδασκαλίᾳ, νοῶ δὲ αὐτὴν εὐσεβῶς ὅτι σάρκα λαβὼν καὶ ψυχὴν λογικὴν, λέγεται γεγενῆσθαι σάρξ. Εἰ δὲ μηδὲν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἔλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀληθεῖς μὲν αἱ πρὸς τοὺς πατριάρχας παρὰ τοῦ Θεοῦ

ORTH. Ego quoque assentior huic divinæ doctrinæ, sed pie illam intelligo, quod carnem assumens, et animam rationalem, caro factum esse dicitur. Quod si nihil ex nostra natura assumpsit Deus Verbum, veræ non sunt patriarchis a Deo universo-

[89] Act. XIII, 23. [90] II Tim. II, 8. [91] Rom. I. 1-3. [92] Matth. I, 2. [93] Joan. I, 14.

(35) Ed. Rom. et Lips. περί.
(36) ἀλ. Utraque editio habet εὐσεβείας.
(37) Δέ. Locis cit. sequitur καί.
(38) καί. Ex ed. Rom. et Lips. suppletum.

Digitized by Google

rum jurejurando sancitæ promissiones, inutilis autem 40 Judæ benedictio, et falsa quæ Davidi facta est promissio. Supervacanea vero etiam Virgo, quæ Deo incarnato nihil naturæ nostræ contulit. Prophetarum quoque prædictiones finem non habent. Quare inanis quoque est prædicatio nostra, inanis fides nostra, vana quoque spes resurrectionis. Mentitur enim, ut videtur, Apostolus dicens : « Una resuscitavit et sedere nos fecit in cœlestibus cum Christo Jesu [94]. » Si enim nostræ naturæ Christus Dominus nihil habuit, falso primitiæ nostræ appellatus est : corporis porro natura ex mortuis excitata non est, neque in cœlo sedem a dexteris consecuta. Quod si vero nihil horum obtinuit, quomodo nos Deus una resuscitavit et cum Christo sedere fecit, qui nihil ad eum secundum naturam attinemus? Sed impium est hæc dicere. Nam divinus Apostolus, licet nondum facta sit communis resurrectio, nec regnum cœlorum credentibus exhibitum, clamat tamen : « Una resuscitavit et sedere nos fecit in cœlestibus cum Christo Jesu, » docens, cum primitiæ nostræ resurrexerint [95], et ad dexteram consederint, nos quoque resurrectionem omnino consecuturos esse; et primitiarum gloriæ participes esse futuros qui naturam participant, fidemque susceperunt.

ERAN. Et multa et vera enarrasti : sed ego dicti evangelici sententiam scire velim.

ORTH. Interpretatione peregrina tibi non est opus : Evangelista enim scipsum interpretatur. Cum enim dixisset : « Verbum caro factum est, » subjunxit : « Et habitavit in nobis [95-96]; » hoc est, 41 fixo in nobis tabernaculo carneque ex nobis assumpta quasi templo quodam utens, caro factum dicitur. Et docens eum immutabile mansisse adjecit : « Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [97]. » Etenim carne amictus paternam nobilitatem præ se ferebat, divinitatisque radios spargebat, et Dominicæ potestatis fulgorem evibrabat, latentem naturam miraculis patefaciens. His similia sunt quæ ad Philippenses scripsit divinus Apostolus : « Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi assumens, ad similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [98]. » Vide prædicationis consonantiam. Evangelista dixit : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; » Apostolus : « Servi formam accipiens. » Rursus dixit Evangelista : « Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre; » Apostolus : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. » Et, ut paucis dicam, ambo docent, eum,

A τῶν ὅλων μεθ' ὅρκων γεγενημέναι συνθῆκαι, ἀνόνητος δὲ τοῦ Ἰούδα ἡ εὐλογία, ψευδὴς δὲ ἡ πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελία, περιττὴ δὲ καὶ ἡ Παρθένος, οὐδὲν τῆς ἡμετέρας φύσεως τῷ σαρκωθέντι προσενεγκοῦσα Θεῷ. Αἱ δὲ τῶν προφητῶν προρρήσεις τὸ πέρας οὐκ ἔχουσι. Κενὸν οὖν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, ματαία δὲ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡ ἐλπίς. Ψεύδεται γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Εἰ γὰρ μηδὲν τῆς ἡμετέρας φύσεως εἶχεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ψευδῶς μὲν ἡμῶν ἀπαρχὴ προσηγόρευται· σώματος δὲ φύσις ἐκ νεκρῶν οὐκ ἐγήγερται, οὔτε μὴν ἐν οὐρανῷ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας τετύχηκεν. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων τετύχηκε, πῶς ἡμᾶς ὁ Θεὸς συνήγειρέ τε καὶ συν- B εκάθισε τῷ Χριστῷ, τοὺς μηδὲν αὐτῷ κατὰ φύσιν προσήκοντας; Ἀλλὰ δυσσεβὲς τὸ ταῦτα λέγειν. Ὁ γὰρ θεῖος Ἀπόστολος, μηδέπω μηδὲ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως γενομένης, μήτε τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τοῖς πεπιστευκόσι παρασχεθείσης, βοᾷ· « Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » διδάσκων ὡς τῆς ἀπαρχῆς τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν γενομένης καθέδρας, τευξόμεθα καὶ ἡμεῖς πάντως τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῇ ἀπαρχῇ κοινωνοῦσι τῆς δόξης οἱ κοινωνοῦντες τῆς φύσεως καὶ μετειληφότες τῆς πίστεως

EPAN. Καὶ πολλοὺς καὶ ἀληθεῖς διεξελήλυθας λόγους· ἀλλ' ἐβουλόμην γνῶναι τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν.

C ΟΡΘ. Οὐ δεῖ σοι ξένης ἑρμηνείας· αὐτὸς γὰρ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἑαυτὸν ἑρμηνεύει. Εἰπὼν γὰρ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἐπήγαγε· « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » τοῦτ' ἔστιν, ἐν ἡμῖν σκηνώσας, καὶ οἱόν τινι ναῷ χρησάμενος τῇ ἐξ ἡμῶν ληφθείσῃ σαρκὶ, λέγεται γεγενῆσθαι σάρξ. Καὶ διδάσκων ὡς ἀναλλοίωτος ἔμεινεν, ἐπήγαγε· « Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Καὶ σάρκα γὰρ περιβεβλημένος, ἐδείκνυ τὴν πατρῴαν εὐγένειαν, καὶ τῆς θεότητος τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμπε, καὶ τῆς Δεσποτικῆς ἐξουσίας ἤφιει τὴν αἴγλην, ταῖς θαυματουργίαις ἀποκαλύπτων τὴν λανθάνουσαν φύσιν. Τούτοις ἔοικεν ἃ Φιλιππησίοις ἔγραψεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Τοῦτο D φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Βλέπε τὴν τῶν κηρυγμάτων συγγένειαν. Ὁ Εὐαγγελιστὴς εἶπεν· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » ὁ Ἀπόστολος· « Μορφὴν δούλου λαβών. » Ὁ Εὐαγγελιστὴς πάλιν ἔφη· « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· » ὁ Ἀπόστολος· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Καὶ,

[94] Ephes. II, 6. [95-96] Joan. I, 14. [97] Ibid. [98] Philipp. II, 5-8.

Digitized by Google

συλλήβδην εἰπεῖν, ἀμφότεροι διδάσκουσιν ὅτι Θεὸς ὢν, καὶ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς περικείμενος δόξαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχων φύσιν καὶ δύναμιν τῷ γεννήτορι, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὤν, καὶ Θεὸς ὢν, καὶ τὴν κτίσιν δημιουργήσας, μορφὴν ἔλαβε δούλου. Καὶ ἐδόκει μὲν τοῦτο μόνον εἶναι ὃ ἑωρᾶτο· ἦν δὲ Θεὸς, ἀνθρωπείαν περικείμενος φύσιν, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενος σωτηρίαν. Τοῦτο δηλοῖ τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » καὶ τὸ, « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Τοῦτο γὰρ μόνον ἔβλεπον οἱ Ἰουδαῖοι, διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Καὶ πάλιν· « Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἀπὸ Θεοῦ, ὅτι τὸ Σάββατον οὐ τηρεῖ. »

A cum Deus esset Deique Filius, et Patris gloria ornatus, eamdemque haberet cum Genitore naturam et potentiam, et cum esset in principio, et esset apud Deum, et Deus esset, creaturasque esset fabricatus, servi formam assumpsisse. Et videbatur quidem hoc solum esse quod cernebatur; erat autem Deus humana natura indutus, et hominum 42 reparans salutem. Hoc significat illud : « Verbum caro factum est, » et illud, « Ad similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Hoc enim solum videbant Judæi, et ideo dicebant illi : « Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quod, cum sis homo, facias te ipsum Deum [39]. » Et rursus : « Hic homo non est ex Deo, quia Sabbatum non servat [1]. »

B

ΕΡΑΝ. Ἰουδαῖοι διὰ τὴν σφετέραν ἐτύφλωττον ἀπιστίαν, καὶ τούτου χάριν τούτοις ἐχρῶντο τοῖς λόγοις.

ERAN. Judæi propter infidelitatem suam cæcutiebant, et hanc ob causam his verbis utebantur.

ΟΡΘ. Εἰ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους εὕροις πρὸ τῆς ἀναστατάσεως ταῦτα λέγοντας, δέχῃ τὴν ἑρμηνείαν; Ἀκούω (39) τοίνυν αὐτῶν ἐν τῷ πλοίῳ, μετὰ τὴν μεγίστην τῆς γαλήνης θαυματουργίαν, λεγόντων· « Ποταπός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὅτι καὶ ἡ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; »

ORTH. At si etiam apostolos ante resurrectionem talia dixisse inveneris, recipisne interpretationem? Audio itaque illos in navi, post redditam ingenti miraculo tranquillitatem dicentes : « Qualis est hic homo, siquidem et mare et venti obediunt ei [2]? »

ΕΡΑΝ. Τοῦτο μὲν ἀποδέδεικται· ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ· ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν ὁμοιώματι αὐτὸν ἀνθρώπου γεγενῆσθαι λέγει.

ERAN. Hoc quidem demonstratum est : illud vero explica mihi, quomodo divinus Apostolus eum ad similitudinem hominis factum dicat

ΟΡΘ. Τὸ ληφθὲν, οὐχ ὁμοίωμα ἀνθρώπου, ἀλλὰ φύσις ἀνθρώπου. Μορφὴ γὰρ δούλου [φύσις δούλου (40)], καθάπερ καὶ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ φύσις νοεῖται Θεοῦ. Αὐτὸς μέντοι ὁ ταύτην λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἐγένετο, καὶ ἐν σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος. Θεὸς γὰρ ὢν, ἐδόκει ἄνθρωπος εἶναι δι' ἣν ἀνείληφε φύσιν. Ὁ μέντοι εὐαγγελιστὴς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι, σάρκα ἔφη γενέσθαι. Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι τοῦ ἐναντίου πνεύματός εἰσι μαθηταὶ οἱ τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, ἄκουσον τοῦ μεγάλου Ἰωάννου ἐν τῇ Καθολικῇ λέγοντος· « Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου. »

ORTH. Id quod assumpsit non similitudo hominis est, sed hominis natura. Nam forma servi [natura servi], sicut et forma Dei natura Dei intelligitur. Ipse vero hac assumpta ad similitudinem hominis factus est, et habitu inventus ut homo. Cum enim Deus esset, homo esse videbatur propter assumptam naturam. Evangelista autem illud, ad similitudinem hominis factum esse, dicit carnem factum esse. Ut autem agnoscas 43 contrarii spiritus discipulos esse, qui Salvatoris nostri carnem negant, audi magnum Joannem in Catholica dicentem : « Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis spiritus qui non confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo non est, et hic est spiritus Antichristi [4]. »

C

ΕΡΑΝ. Πιθανῶς μὲν ἠρμήνευσας. Ἐγὼ δὲ μαθεῖν ἐβουλόμην, ὅπως οἱ παλαιοὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » νενοήκασιν.

ERAN. Probabiliter hoc enarrasti. Ego autem scire velim, quomodo antiqui Ecclesiæ doctores illud, « Verbum caro factum est [5], » intellexerint.

D

ΟΡΘ. Ἔδει μέν σε πεισθῆναι ταῖς ἀποστολικαῖς καὶ προφητικαῖς ἀποδείξεσιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων ἑρμηνείας ἐπιζητεῖς, ἐγώ σοι καὶ ταύτην, σὺν Θεῷ φάναι, προσοίσω τὴν θεραπείαν.

ORTH. Decebat quidem te in apostolicis et propheticis probationibus acquiescere. Quia vero etiam sanctorum Patrum interpretationes requiris, ego hanc quoque tibi, Deo juvante, adhibebo medicinam.

ΕΡΑΝ. Μή μοι παραγάγῃς ἄνδρας ἀσήμους ἢ ἀμφιβόλους· τῶν γὰρ τοιούτων τὴν ἑρμηνείαν οὐ δέξομαι.

ERAN. Ne mihi obscuros viros vel ambiguos adduxeris. Talium enim interpretationes non recipiam.

[39] Joan. x, 33. [1] Joan. ix, 16. [2] Matth. viii, 27. [3] Philipp. ii, 7. [4] I Joan. iv, 2, 3. [5] Joan. i, 14.

(39) ἀκούω — ὑπακ. αὐτῷ. Hæc una cum seq. Τοῦτο — λέγει Eranistæ tribuuntur in edit. Rom. et Lips.

(40) φύσ. δ. Desid. ll. cc. Abest etiam a versione Lat. Strigelii.

Digitized by Google

ORTH. Videturne tibi fide dignus celeberrimus ille Athanasius, clarissimum lumen Ecclesiæ Alexandrinæ ?

ERAN. Omnino, ut qui veritatis [a] doctrinam ærumnis quas perpessus est confirmavit.

ORTH. Audi ergo ipsum scribentem ad Epictetum. Sic autem dicit : « Id quod a Joanne dicitur : *Verbum caro factum est*, hanc habet sententiam, quatenus ex simili exemplo elici potest. Pauli enim verba sunt : *Christus factus est pro nobis maledictio* [b]. **44** Quemadmodum non quod ipse maledictio factus sit, sed quod pro nobis maledictionem suscepit, factus dicitur maledictio : ita non quod conversus sit in carnem, sed quod pro nobis carnem assumpsit, dicitur factus caro. » Hæc quidem divinissimus Athanasius. Gregorius vero (Nazianzenus), cujus apud omnes illustre nomen est, qui olim regiam urbem in Bospori ostio sitam rexit, et postea Nazianzum incoluit, contra Apollinaris præstigias sic ad Cledonium scripsit.

ERAN Clarus vir, et veritatis propugnator fuit.

ORTH. Audi ergo ipsum dicentem : « Hoc igitur, *Verbum caro factum est*, simile videtur illi, quod et peccatum factus esse dicitur, et maledictio : non quod Dominus in hæc mutatus sit, (qui enim id fieri posset ?) sed quia per id quod hæc suscepit, iniquitates nostras sustulit, et morbos portavit [a-b].

ERAN. Congruit utriusque interpretatio.

ORTH. Quoniam ergo tibi australium et borealium partium pastores consentire ostendimus, age ad celeberrimos quoque occidentis episcopos te velut hospitem deducamus, qui alia quidem lingua, sed non alia sententia, enarrationem conscripserunt.

ORTH. Furiosum et temerarium est adversus insignes illos viros fideique duces linguam movere. Ut autem scias etiam Apollinarium inconfusam dicere factam fuisse unionem, hujus quoque tibi verba proponam. Audi igitur ipsum loquentem.

Ἀπολιναρίου, ἐκ τοῦ κατὰ κεφάλαιον βιβλίου.

Ἑνοῦται ἄρα τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ σώματος, δημιουργὸς προσκυνητὸς, σοφία καὶ δύναμις ὑπάρχων αἰώνιος· ἀπὸ θεότητος ταῦτα· υἱὸς Μαρίας ἐπ' ἐσχάτου χρόνου τεχθεὶς, προσκυνῶν Θεὸν, σοφίᾳ προκόπτων, δυνάμει κραταιούμενος· ταῦτα ἀπὸ σώματος. Τὸ μὲν ὑπὲρ ἁμαρτίας πάθος, καὶ ἡ κατάρα προῆλθεν, οὐδὲ παρελεύσεται, οὐδὲ εἰς ἀσώματον μεταβληθήσεται. — *Καὶ αὖθις μετὰ βραχέα.* Οἱ ἄνθρωποι τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁμοούσιοι κατὰ τὸ σῶμα τὸ ἄλογον, ἑτεροούσιοι δὲ καθὸ λογικοί. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀνθρώποις ὁμοούσιος ὢν κατὰ τὴν σάρκα, ἑτεροούσιός

Apollinarii, ex libro compendiario.

Uniuntur ergo Deus et corpus, adorandus opifex, qui est sapientia et potentia æterna : hæc ex divinitate ; filius Mariæ in novissimo tempore natus, adorans Deum, sapientia proficiens, et virtute confirmatus : hæc ex corpore. Passio quidem pro peccato, et maledictum processit, nec præteribit, nec in incorporeum mutabitur. — *Et rursus, post pauca.* Homines brutis animalibus consubstantiales sunt secundum corpus rationis expers : alterius autem sunt substantiæ, quatenus ratione sunt præditi. Sic etiam Deus, cum hominibus consubstantialis

[92] Schol. c. 13. [93] Schol. c. 25.

(93) περὶ τ. ἐνανθρ. Idem est liber qui Scholiorum nomine modo allegatus erat.
(94) οὖν. Des. l. c. p. 787.
(95) Ib. ἐστὶν ὁ.
(96) ἀλ. Ed. Rom. et Lips. ἀληθής.
(97) διαιρ. Ed. Auberti l. c. διοριστέον.
(98) Ib. εἰς ἰδικῶς ἄνθρωπον.
(99) Ib. Ἰησοῦν Χριστὸν φαμὲν εἶναι.

(1) διατ. Ib. τηροῦντες.
(2) Νοεῖται κ. τ. λ. Iisdem verbis hæc Græce (reliqua Latine) leguntur in edit. Auberti, l. c. p. 794. Sed ed. Rom. et Lips. habent νόει.
(3) τ. εἰς ὅπ. Ed. Rom. et Lips. ἦν, ὅπερ.
(4) ἐνοικ. Ib. οἰκεῖν.
(5) ἐστ. τ. Utraque editio, ἐστίν.
(6) τ. φύσ. τὸ διάφ. Des, in utraque edit

Digitized by Google

sit secundum carnem, alterius est substantiæ quatenus Verbum et homo est. — *Et alibi sic dicit.* Mistarum rerum qualitates commiscentur, non intereunt. Quo fit ut nonnulla a mistis separentur, ut vinum ab aqua. Nec commistio cum corpore, nec qualis est corporum cum corporibus, sed segregata ab **171** omni mistione, ita ut, sicut res postulat, semper divinitatis operatio vel sola sit, vel carni adjuncta, quemadmodum factum est in jejunio Domini. Admista enim divinitate, quod ea nullius egeat, arcebatur fames : cum autem non opponeret indigentiæ suam nullius rei indigentiam, exorta est fames ad diaboli destructionem. Quodsi corporum mistio nequaquam mutata est, quanto magis divinitatis? — *Et in alio loco hæc dicit.* Si (ignis) cum ferro commistio, quæ ferrum ipsum ignem facit, ita ut ea faciat quæ ignis sunt, ejus naturam non mutat; nec Dei cum corpore unio, mutatio corporis est, etiamsi corpus divinas præbeat operationes iis qui attingere possunt. — *His statim adjungit.* Si homo habet animam et corpus, manentque illa in unione, multo magis Christus, divinitatem habens cum corpore, utraque habet permanentia et inconfusa. — *Et rursus, post pauca.* Particeps enim est, quoad capere potest, humana natura * divinæ operationis; alia autem est, ut minima ratione maximæ : et servus est quidem homo Dei, Deus autem servus non est hominis, nec suus. Et ille quidem creatura est Dei, hic vero nec hominis, nec sui ipsius est creatura. — *Et paulo post.* Si quis secundum divinitatem de Christo accipit illud ; « Quæ videt Patrem (facere), et ipse facit [84], » et non secundum carnem, secundum quam differt incarnatus a Patre non incarnato, dividit duas operationes divinas : at non dividuntur : non dicit ergo divinitatem. — **172** *Deinde rursus hæc quoque posuit.* Quemadmodum homo non est rationis expers, propter conjunctionem partis ratione præditæ cum ea quæ ratione caret : ita nec Salvator est creatura, licet increato Deo creatura sit adjuncta. — *His quoque et illa adjicit.* Quod sub aspectum non cadit, et copulatum est cum corpore quod est aspectabile, ac per hoc conspicitur, manet nihilominus invisibile; manet vero etiam incompositum, quatenus non una cum corpore circumscribitur. Et corpus in sua manens mensura, unionem cum Deo suscipit, et vivificatur, neque vivificatum vivificat. — *Et paulo post sic iterum dicit.* Si nec animæ cum corpore conjunctio, quamvis ab initio una coaluerint, facit ut illa propter corpus sit visibilis, neque ut alias corporis proprietates induat, ita ut secari ac minui possit : quanto magis Deus, qui eamdem cum corpore naturam non habet, corpori unitur immutabiliter! Quod si hominis corpus manet in propria natura, idque ani-

A ἐστι καθὸ Λόγος καὶ ἄνθρωπος. — *Καὶ ἑτέρωθι δὲ οὕτω φησί.* Τῶν συγκιρναμένων αἱ ποιότητες κεράννυνται, οὐκ ἀπόλλυνται. Ὥστε τινὰ καὶ διίστανται ἀπὸ τῶν συγκερασθέντων, καθάπερ οἶνος ἀπὸ ὕδατος. Οὐδὲ πρὸς σῶμα σύγκρασις, οὐδὲ οἵα σωμάτων πρὸς σώματα· ἀλλ' ἔχουσα καὶ τὸ ἀμιγὲς, ὥστε καὶ πρὸς τὸ δέον ἑκάστοτε τὴν τῆς θεότητος ἐνέργειαν, ἢ ἰδιάζειν, ἢ ἐπιμίγνυσθαι, καθὰ γέγονεν ἐπὶ τῆς νηστείας τοῦ Κυρίου. Ἐπιμιγνυμένης μὲν τῆς θεότητος κατὰ τὸ ἀπροσδεὲς, ἡ πεῖνα ἐκωλύετο· οὐκ ἀντιθείσης δὲ τῇ ἐνδείᾳ τὸ ἀπροσδεὲς, ἡ πεῖνα ἐγένετο, πρὸς τὴν τοῦ διαβόλου κατάλυσιν. Εἰ δὲ τῶν σωμάτων ἡ μίξις οὐκ ἠλλάγη, πόσῳ μᾶλλον ἡ τῆς θεότητος; — *Καὶ ἐν ἑτέρῳ δέ χωρίῳ ταῦτά φησιν.* Εἰ ἡ πρὸς σίδηρον ἀνάκρασις, πῦρ ἀποδεικνῦσα αὐ-
B τὸν (7) σίδηρον, ὡς καὶ τὰ πυρὸς ἐργάζεσθαι, οὐ μετέβαλε τὴν φύσιν αὐτοῦ, οὐδὲ ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ σῶμα ἕνωσις μεταβολὴ σώματός ἐστιν, καίτοι τοῦ σώματος τὰς θείας ἐνεργείας παρεχομένου τοῖς ἐφάψασθαι δυναμένοις. — *Τούτοις εὐθὺς συνεπισυνάπτει.* Εἰ ἄνθρωπος καὶ ψυχὴν ἔχει καὶ σῶμα, καὶ μένει ταῦτα ἐν ἑνότητι ὄντα· πολλῷ μᾶλλον ὁ Χριστὸς θεότητα ἔχων μετὰ σώματος, ἔχει ἑκάτερα διαμένοντα καὶ μὴ συγχεόμενα. — *Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν.* Μετέχει μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη τῆς θείας ἐνεργείας, καθόσον ἐφικνεῖται· ἑτέρα δέ ἐστιν ὡς ἐλαχίστη μεγίστης. Καὶ δοῦλος μὲν ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ Θεὸς οὐ δοῦλος τοῦ ἀνθρώπου, οὐδὲ ἑαυτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ποίημα τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ οὔτε ἀνθρώπου ποίημα, οὐδὲ ἑαυτοῦ. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Εἰ κατὰ θεότητα ἐπὶ
C Χριστοῦ λαμβάνει τις τὸ, « Ἃ βλέπει τὸν Πατέρα (8) καὶ αὐτὸς ποιεῖ, » καὶ μὴ κατὰ σάρκα καθ' ἣν ἰδιάζει ὁ σαρκωθεὶς παρὰ τὸν μὴ σαρκωθέντα Πατέρα, διαιρεῖ δύο θείας ἐνεργείας· οὐ διαιρεῖται δέ· οὐκ ἄρα θεότητα λέγει. — *Εἶτ' αὖθις καὶ ταῦτα τέθεικεν.* Ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἄλογος προσκειμένου τοῦ λογικοῦ τῷ ἀλόγῳ, οὕτως οὐδὲ ὁ Σωτὴρ κτίσμα προσκειμένου τῷ ἀκτίστῳ Θεῷ τοῦ κτίσματος. — *Τούτοις καὶ ταῦτα ἐπισυνάπτει.* Τὸ ἀόρατον καὶ συντεθὲν πρὸς σῶμα ὁρατὸν, καὶ διὰ τούτου θεωρηθὲν, μένει καὶ ἀόρατον· μένει δὲ καὶ ἀσύνθετον, καθὸ οὐ συμπεριορίζεται τῷ σώματι. Καὶ τὸ σῶμα, μένον ἐπὶ τοῦ ἰδίου μέτρου, προσλαμβάνει τὴν πρὸς Θεὸν ἕνωσιν κατὰ τὸ ζωοποιεῖσθαι, οὔτε τὸ
D ζωοποιούμενον ζωοποιεῖ. — *Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν οὕτως εἴρηκεν.* Εἰ μηδὲ (9) ἡ ψυχῆς πρὸς σῶμα κρᾶσις, καίτοι ἐξ ἀρχῆς κατὰ συμφυΐαν οὖσα, ὁρατὴν αὐτὴν διὰ τὸ σῶμα ποιεῖ, μηδὲ εἰς τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ἰδιώματα μεταβάλλει, ὥστε καὶ τέμνεσθαι, καὶ ἐλαττοῦσθαι· πόσῳ μᾶλλον ὁ μὴ σώματι συμφυὴς ὁ Θεὸς ἀμελετήτως ἑνοῦται πρὸς σῶμα; Καὶ εἰ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς ἰδίας φύσεως μένει, καὶ τοῦτό γε ἐψυχωμένον, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα ἡ σύγκρασις μήτε μετέβαλεν ὡς μὴ εἶναι σῶμα. — *Καὶ μετὰ πλεῖστα πάλιν ταῦτα τέθεικεν.*

[84] Joan. v, 19.

(7) αὐτόν. Ed. Rom. et Lips. αὖ τόν.
(8) Hæc. Excidisse videtur ποιοῦντα.
(9) μηδέ. Edit. Rom. et Lips. μὴ δεῖν.

Digitized by Google

Ὁ ψυχὴν καὶ σῶμα ὁμολογῶν ὡς ἐν ὑπὸ τῆς Γραφῆς παρίστασθαι, ἑαυτῷ μάχεται, τὴν τοιαύτην ἕνωσιν τοῦ Λόγου πρὸς σῶμα μεταβολὴν εἶναι φάσκων, ταύτην οὐδὲ ἐπὶ ψυχῆς θεωρουμένην. — *Ἀκουσον αὐτοῦ πάλιν διαῤῥήδην βοῶντος.* Εἰ οἱ μὴ λέγοντες παραμένειν τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου δυσσεβοῦσι, πολλῷ μᾶλλον οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν σεσαρκῶσθαι ὁμολογοῦντες. — *Καὶ ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λογιδίῳ πάλιν ταῦτα γέγραφε.* Τὸ μὲν οὖν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » ὡς πρὸς ἄνθρωπον λέγει· οὐ γὰρ τῷ ἀεὶ καθημένῳ ἐπὶ θρόνου δόξης, καθὸ Θεὸς Λόγος, εἴρηται μετὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἐκ γῆς· ἀλλὰ τῷ νῦν εἰς τὴν ἐπουράνιον ὑψωθέντι δόξαν καθὸ ἄνθρωπος, ὡς οἱ ἀπόστολοι λέγουσιν· « Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτὸς, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Ἀνθρώπινον μὲν τὸ πρόσταγμα, ἀρχὴν τῇ καθέδρᾳ διδοῦν· θεῖον δὲ τὸ ἀξίωμα τὸ συγκαθῆσθαι Θεῷ, ᾧ λειτουργοῦσιν αἱ χίλιαι χιλιάδες, καὶ παραστήκουσιν αἱ μύριαι μυριάδες. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Οὐ γὰρ ὡς Θεῷ ὑποτάσσει τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ· ὥστε τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ Θεὸν ὁρώμενον, καὶ ἄνθρωπον. Ὅτι δὲ ὡς ἀνθρώπῳ λέγεται τὸ, « Ἕως θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, » διδάσκει Παῦλος, ἴδιον αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα λέγων, κατὰ τὸ θεῖκὸν δηλαδή· « Κατὰ τὴν ἐνεργείας φύσιν, κατὰ τὸ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ πάντα. » Ὅρα ἀχωρίστως ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα. — *Καὶ μετὰ βραχέα.* « Δόξασόν με σὺ (10), παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Τὸ μὲν γὰρ *δόξασον*, ὡς ἄνθρωπος λέγει· τὸ δὲ ἔχειν πρὸ αἰῶνος τὴν δόξαν ὡς Θεὸς ἀποκαλύπτει. — *Καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα.* Ἀλλ' ἡμεῖς μὴ ταπεινωθῶμεν ταπεινὴν ἡγησάμενοι τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προσκύνησιν, καὶ μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης ὁμοιώσεως, ἀλλ' ὡς τινα βασιλέα καὶ ἐν εὐτελεῖ φανέντα στολῇ τῇ βασιλικῇ δόξῃ δοξάζοντες, καὶ μάλιστα ὁρῶντες καὶ αὐτὸ τὸ ἔνδυμα δοξασθὲν, ὡς ἥρμοττε σώματι Θεοῦ καὶ Σωτῆρι κόσμου, καὶ σπέρματι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ὀργάνῳ θείων ἐνεργειῶν, καὶ λυτικῷ κακίας ἁπάσης, καὶ θανάτου καθαιρετικῷ, καὶ ἀναστάσεως ἀρχηγῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὴν φύσιν ἐξ ἀνθρώπων ἔσχεν, ἀλλὰ τὴν ζωὴν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν δύναμιν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὴν ἀρετὴν θείαν. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Ὅθεν ἡμεῖς τὸ σῶμα προσκυνοῦμεν, ὡς τὸν Λόγον, τοῦ σώματος μετέχομεν, ὡς τοῦ πνεύματος.

A matum, neque in Christo commistio mutavit corpus, ut non sit corpus. — *Et post plurima hæc rursus posuit.* Qui animam et corpus confitetur tanquam unum a Scriptura statui, secum ipse pugnat, talem Verbi cum corpore unionem mutationem esse dicens, quæ nec in anima cernitur. — *Audi rursus ipsum diserte clamantem.* Si impii sunt, qui dicunt carnem Domini non manere, multo magis qui omnino incarnatum fuisse negant. — *Et in libello de incarnatione iterum hæc scripsit.* Illud ergo, **173** « Sede a dexteris meis [55], » tanquam homini dicit : neque enim ei qui semper sedet in throno gloriæ, quatenus Deus Verbum, dictum est post ascensionem e terra : sed ei qui nunc in cœlestem gloriam fuit exaltatus quatenus homo, ut dicunt B apostoli : « Non enim David ascendit in cœlum ; dicit autem ipse : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dexteris meis [56]. » Ad hominem pertinet hoc mandatum, sessioni dans principium : divina vero est dignitas cum Deo considere, cui ministrant millia millium, et assistunt decies centena millia [57]. — *Et paulo post.* Non enim ut Deo subjicit inimicos, sed ut homini, sic tamen ut idem sit Deus qui conspicitur, et homo. Quod autem ut homini dicatur, « donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [58], » docet Paulus, proprium ejus factum, juxta divinitatem scilicet, commemorans : « Secundum naturam operationis, qua etiam possit subjicere sibi omnia [59]. » Vide inseparabiles in una persona divinitatem et humanitatem. — *Et post pauca.* « Glorifica me, tu (Pater), apud temetipsum C claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te [60]. » Verbum enim *glorifica*, usurpat ut homo : gloriam autem ante sæcula se habere ut Deum declarat. — *Et iterum post pauca.* Nos vero non abjiciamus animos abjectam putantes Filii Dei adorationem, etiam in humana similitudine : sed tanquam regem aliquem etiam in vili veste regio honore afficientes, maxime cum videamus ipsum quoque indumentum glorificatum, sicut conveniebat corpori Dei, et Salvatori mundi, **174** et semini vitæ æternæ, et divinarum actionum instrumento, et vitiorum omnium destructori, et mortis peremptori, et resurrectionis principi. Etsi enim naturam habuit ex hominibus, tamen vitam habuit ex Deo, et potentiam e cœlo, divinamque virtutem. D — *Et post pauca.* Ideo nos corpus adoramus, tanquam Verbum : corporis sumus participes, tanquam spiritus.

Ἰδοὺ σοι καὶ ὁ πρῶτος τῶν φύσεων τὴν κρᾶσιν εἰσάγων, ἀναφανδὸν τῇ διαιρέσει χρώμενος ἀπεδείχθη. Οὗτος καὶ στολὴν τὸ σῶμα, καὶ κτίσμα, καὶ ὄργανον προσηγόρευσε. Καὶ μέντοι καὶ δοῦλον ὠνόμασεν, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν εἰπεῖν ἐτόλμησε πώποτε. Τοῦτο καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν εἰρῆκεν ἀξιωθῆναι καθέδρας,

Ecce tibi demonstratum est, eum qui primus naturarum confusionis auctor fuit, ipsum naturarum aperte usum esse distinctione. Hic et stolam corpus, et creaturam, et instrumentum appellavit. Quin etiam servum quoque nuncupavit, quod nemo nostrum dicere unquam est ausus. Dixit præterea

[55] Psal. cix, 1. [56] Act. II, 34. [57] Dan. VII 10. [58] Act. II, 35. [59] Philipp. III, 21. [60] Joan. XVII, 5.

(10) σύ. Omissum est Πάτερ, quod l. c. sequitur.

Digitized by Google

sit secundum carnem, alterius est substantiæ quatenus Verbum et homo est. — *Et alibi sic dicit.* Mistarum rerum qualitates commiscentur, non intereunt. Quo fit ut nonnulla a mistis separentur, ut vinum ab aqua. Nec commistio cum corpore, nec qualis est corporum cum corporibus, sed segregata ab **171** omni mistione, ita ut, sicut res postulat, semper divinitatis operatio vel sola sit, vel carni adjuncta, quemadmodum factum est in jejunio Domini. Admista enim divinitate, quod ea nullius egeat, arcebatur fames : cum autem non opponeret indigentiæ suam nullius rei indigentiam, exorta est fames ad diaboli destructionem. Quodsi corporum mistio nequaquam mutata est, quanto magis divinitatis? — *Et in alio loco hæc dicit.* Si (ignis) cum ferro commistio, quæ ferrum ipsum ignem facit, ita ut ea faciat quæ ignis sunt, ejus naturam non mutat; nec Dei cum corpore unio, mutatio corporis est, etiamsi corpus divinas præbeat operationes iis qui attingere possunt. — *His statim adjungit.* Si homo habet animam et corpus, manentque illa in unione, multo magis Christus, divinitatem habens cum corpore, utraque habet permanentia et inconfusa. — *Et rursus, post pauca.* Particeps enim est, quoad capere potest, humana natura ' divinæ operationis; alia autem est, ut minima ratione maximæ : et servus est quidem homo Dei, Deus autem servus non est hominis, nec suus. Et ille quidem creatura est Dei, hic vero nec hominis, nec sui ipsius est creatura. — *Et paulo post.* Si quis secundum divinitatem de Christo accipit illud ; « Quæ videt Patrem (facere), et ipse facit [84], » et non secundum carnem, secundum quam differt incarnatus a Patre non incarnato, dividit duas operationes divinas : at non dividuntur : non dicit ergo divinitatem. — **172** *Deinde rursus hæc quoque posuit.* Quemadmodum homo non est rationis expers, propter conjunctionem partis ratione præditæ cum ea quæ ratione caret : ita nec Salvator est creatura, licet increato Deo creatura sit adjuncta. — *His quoque et illa adjicit.* Quod sub aspectum non cadit, et copulatum est cum corpore quod est aspectabile, ac per hoc conspicitur, manet nihilominus invisibile; manet vero etiam incompositum, quatenus non una cum corpore circumscribitur. Et corpus in sua manens mensura, unionem cum Deo suscipit, et vivificatur, neque vivificatum vivificat. — *Et paulo post sic iterum dicit.* Si nec animæ cum corpore conjunctio, quamvis ab initio una coaluerint, facit ut illa propter corpus sit visibilis, neque ut alias corporis proprietates induat, ita ut secari ac minui possit : quanto magis Deus, qui eamdem cum corpore naturam non habet, corpori unitur immutabiliter! Quod si hominis corpus manet in propria natura, idque ani-

A ἐστι καθὸ Λόγος καὶ ἄνθρωπος. — *Καὶ ἑτέρωθι δὲ οὕτω φησί.* Τῶν συγκιρναμένων αἱ ποιότητες κεράννυνται, οὐκ ἀπόλλυνται. Ὥστε τινὰ καὶ διίστανται ἀπὸ τῶν συγκερασθέντων, καθάπερ οἶνος ἀπὸ ὕδατος. Οὐδὲ πρὸς σῶμα σύγκρασις, οὐδὲ οἷα σωμάτων πρὸς σώματα· ἀλλ' ἔχουσα καὶ τὸ ἀμιγὲς, ὥστε καὶ πρὸς τὸ δέον ἑκάστοτε τὴν τῆς θεότητος ἐνέργειαν, ἢ ἰδιάζειν, ἢ ἐπιμίγνυσθαι, καθὰ γέγονεν ἐπὶ τῆς νηστείας τοῦ Κυρίου. Ἐπιμιγνυμένης μὲν τῆς θεότητος κατὰ τὸ ἀπροσδεὲς, ἡ πεῖνα ἐκωλύετο· οὐκ ἀντιθείσης δὲ τῇ ἐνδείᾳ τὸ ἀπροσδεὲς, ἡ πεῖνα ἐγένετο, πρὸς τὴν τοῦ διαβόλου κατάλυσιν. Εἰ δὲ τῶν σωμάτων ἡ μίξις οὐκ ἠλλάγη, πόσῳ μᾶλλον ἡ τῆς θεότητος; — *Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ χωρίῳ ταῦτά φησιν.* Εἰ ἡ πρὸς σίδηρον ἀνάκρασις, πῦρ ἀποδεικνῦσα αὐ-

B τὸν (7) σίδηρον, ὡς καὶ τὰ πυρὸς ἐργάζεσθαι, οὐ μετέβαλε τὴν φύσιν αὐτοῦ, οὐδὲ ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ σῶμα ἕνωσις μεταβολὴ σώματός ἐστιν, καίτοι τοῦ σώματος τὰς θείας ἐνεργείας παρεχομένου τοῖς ἐφάψασθαι δυναμένοις. — *Τούτοις εὐθὺς συνεπισυνάπτει.* Εἰ ἄνθρωπος καὶ ψυχὴν ἔχει καὶ σῶμα, καὶ μένει ταῦτα ἐν ἑνότητι ὄντα· πολλῷ μᾶλλον ὁ Χριστὸς θεότητα ἔχων μετὰ σώματος, ἔχει ἑκάτερα διαμένοντα καὶ μὴ συγχεόμενα. — *Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν.* Μετέχει μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη τῆς θείας ἐνεργείας, καθόσον ἐφικνεῖται· ἑτέρα δέ ἐστιν ὡς ἐλαχίστη μεγίστης. Καὶ δοῦλος μὲν ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ Θεὸς οὐ δοῦλος τοῦ ἀνθρώπου, οὐδὲ ἑαυτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ποίημα τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ οὔτε ἀνθρώπου ποίημα, οὐδὲ ἑαυτοῦ. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Εἰ κατὰ θεότητα ἐπὶ

C Χριστοῦ λαμβάνει τις τὸ, « Ἃ βλέπει τὸν Πατέρα (8) καὶ αὐτὸς ποιεῖ, » καὶ μὴ κατὰ σάρκα καθ' ἣν ἰδιάζει ὁ σαρκωθεὶς παρὰ τὸν μὴ σαρκωθέντα Πατέρα, διαιρεῖ δύο θείας ἐνεργείας· οὐ διαιρεῖται δέ· οὐκ ἄρα θεότητα λέγει. — *Εἶτ' αὖθις καὶ ταῦτα τέθεικεν.* Ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἄλογος προσκειμένου τοῦ λογικοῦ τῷ ἀλόγῳ, οὕτως οὐδὲ ὁ Σωτὴρ κτίσμα προσκειμένου τῷ ἀκτίστῳ Θεῷ τοῦ κτίσματος. — *Τούτοις καὶ ταῦτα ἐπισυνάπτει.* Τὸ ἀόρατον καὶ συντεθὲν πρὸς σῶμα ὁρατὸν, καὶ διὰ τούτου θεωρηθὲν, μένει καὶ ἀόρατον· μένει δὲ καὶ ἀσύνθετον, καθὸ οὐ συμπεριορίζεται τῷ σώματι. Καὶ τὸ σῶμα, μένον ἐπὶ τοῦ ἰδίου μέτρου, προσλαμβάνει τὴν πρὸς Θεὸν ἕνωσιν κατὰ τὸ ζωοποιεῖσθαι, οὔτε τὸ

D ζωοποιούμενον ζωοποιεῖ. — *Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν οὕτως εἴρηκεν.* Εἰ μηδὲ (9) ἡ ψυχῆς πρὸς σῶμα κρᾶσις, καίτοι ἐξ ἀρχῆς κατὰ συμφυΐαν οὖσα, ὁρατὴν αὐτὴν διὰ τὸ σῶμα ποιεῖ, μηδὲ εἰς τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ἰδιώματα μεταβάλλει, ὥστε καὶ τέμνεσθαι, καὶ ἐλαττοῦσθαι· πόσῳ μᾶλλον ὁ μὴ σώματι συμφυὴς ὁ Θεὸς ἀμελετήτως ἑνοῦται πρὸς σῶμα; Καὶ εἰ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς ἰδίας φύσεως μένει, καὶ τοῦτό γε ἐψυχωμένον, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα ἡ σύγκρασις μήτε μετέβαλεν ὡς μὴ εἶναι σῶμα. — *Καὶ μετὰ πλεῖστα πάλιν ταῦτα τέθεικεν.*

[84] Joan. v, 19.

(7) αὐτόν. Ed. Rom. et Lips. αὖ τόν.
(8) Πατ. Excidisse videtur ποιοῦντα.
(9) μηδέ. Edit. Rom. et Lips. μὴ δεῖν.

Digitized by Google

Ὁ ψυχὴν καὶ σῶμα ὁμολογῶν ὡς ἓν ὑπὸ τῆς Γραφῆς παρίστασθαι, ἑαυτῷ μάχεται, τὴν τοιαύτην ἕνωσιν τοῦ Λόγου πρὸς σῶμα μεταβολὴν εἶναι φάσκων, ταύτην οὐδὲ ἐπὶ ψυχῆς θεωρουμένην. — *Ἄκουσον αὐτοῦ πάλιν διαῤῥήδην βοῶντος.* Εἰ οἱ μὴ λέγοντες παραμένειν τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου δυσσεβοῦσι, πολλῷ μᾶλλον οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν σεσαρκῶσθαι ὁμολογοῦντες. — *Καὶ ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λογιδίῳ πάλιν ταῦτα γέγραφε.* Τὸ μὲν οὖν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » ὡς πρὸς ἄνθρωπον λέγει· οὐ γὰρ τῷ ἀεὶ καθημένῳ ἐπὶ θρόνου δόξης, καθὸ Θεὸς Λόγος, εἴρηται μετὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἐκ γῆς· ἀλλὰ τῷ νῦν εἰς τὴν ἐπουράνιον ὑψωθέντι δόξαν καθὸ ἄνθρωπος, ὡς οἱ ἀπόστολοι λέγουσιν· « Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτὸς, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Ἀνθρώπινον μὲν τὸ πρόσταγμα, ἀρχὴν τῇ καθέδρᾳ διδοῦν· θεῖον δὲ τὸ ἀξίωμα τὸ συγκαθῆσθαι Θεῷ, ᾧ λειτουργοῦσιν αἱ χίλιαι χιλιάδες, καὶ παραστήκουσιν αἱ μύριαι μυριάδες. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Οὐ γὰρ ὡς Θεῷ ὑποτάσσει τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπῳ· ὥστε τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ Θεὸν ὁρώμενον, καὶ ἄνθρωπον. Ὅτι δὲ ὡς ἀνθρώπῳ λέγεται τὸ, « Ἕως θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, » διδάσκει Παῦλος, ἴδιον αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα λέγων, κατὰ τὸ θεῖκὸν δηλαδή· « Κατὰ τὴν ἐνεργείας φύσιν, κατὰ τὸ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ πάντα. » Ὅρα ἀχωρίστως ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα. — *Καὶ μετὰ βραχέα.* « Δόξασόν με σὺ (10), παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Τὸ μὲν γὰρ *δόξασον*, ὡς ἄνθρωπος λέγει· τὸ δὲ ἔχειν πρὸ αἰῶνος τὴν δόξαν ὡς Θεὸς ἀποκαλύπτει. — *Καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα.* Ἀλλ' ἡμεῖς μὴ ταπεινωθῶμεν ταπεινὴν ἡγησάμενοι τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προσκύνησιν, καὶ μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης ὁμοιώσεως, ἀλλ' ὡς τινα βασιλέα καὶ ἐν εὐτελεῖ φανέντα στολῇ τῇ βασιλικῇ δόξῃ δοξάζοντες, καὶ μάλιστα ὁρῶντες καὶ αὐτὸ τὸ ἔνδυμα δοξασθὲν, ὡς ἥρμοττε σώματι Θεοῦ καὶ Σωτῆρι κόσμου, καὶ σπέρματι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ὀργάνῳ θείων ἐνεργειῶν, καὶ λυτικῷ κακίας ἁπάσης, καὶ θανάτου καθαιρετικῷ, καὶ ἀναστάσεως ἀρχηγῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὴν φύσιν ἐξ ἀνθρώπων ἔσχεν, ἀλλὰ τὴν ζωὴν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν δύναμιν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὴν ἀρετὴν θείαν. — *Καὶ μετ' ὀλίγα.* Ὅθεν ἡμεῖς τὸ σῶμα προσκυνοῦμεν, ὡς τὸν Λόγον, τοῦ σώματος μετέχομεν, ὡς τοῦ πνεύματος.

matum, neque in Christo commistio mutavit corpus, ut non sit corpus. — *Et post plurima hæc rursus posuit.* Qui animam et corpus confitetur tanquam unum a Scriptura statui, secum ipse pugnat, talem Verbi cum corpore unionem mutationem esse dicens, quæ nec in anima cernitur. — *Audi rursus ipsum diserte clamantem.* Si impii sunt, qui dicunt carnem Domini non manere, multo magis qui omnino incarnatum fuisse negant. — *Et in libello de incarnatione iterum hæc scripsit.* Illud ergo, **173** « Sede a dexteris meis [55], » tanquam homini dicit : neque enim ei qui semper sedet in throno gloriæ, quatenus Deus Verbum, dictum est post ascensionem e terra : sed ei qui nunc in cœlestem gloriam fuit exaltatus quatenus homo, ut dicunt apostoli : « Non enim David ascendit in cœlum ; dicit autem ipse : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dexteris meis [56]. » Ad hominem pertinet hoc mandatum, sessioni dans principium : divina vero est dignitas cum Deo considere, cui ministrant millia millium, et assistunt decies centena millia [57]. — *Et paulo post.* Non enim ut Deo subjicit inimicos, sed ut homini, sic tamen ut idem sit Deus qui conspicitur, et homo. Quod autem ut homini dicatur, « donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [58], » docet Paulus, proprium ejus factum, juxta divinitatem scilicet, commemorans : « Secundum naturam operationis, qua etiam possit subjicere sibi omnia [59]. » Vide inseparabiles in una persona divinitatem et humanitatem. — *Et post pauca.* « Glorifica me, tu (Pater), apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te [60]. » Verbum enim *glorifica*, usurpat ut homo : gloriam autem ante sæcula se habere ut Deum declarat. — *Et iterum post pauca.* Nos vero non abjiciamus animos abjectam putantes Filii Dei adorationem, etiam in humana similitudine : sed tanquam regem aliquem etiam in vili veste regio honore afficientes, maxime cum videamus ipsum quoque indumentum glorificatum, sicut conveniebat corpori Dei, et Salvatori mundi, **174** et semini vitæ æternæ, et divinarum actionum instrumento, et vitiorum omnium destructori, et mortis peremptori, et resurrectionis principi. Etsi enim naturam habuit ex hominibus, tamen vitam habuit ex Deo, et potentiam e cœlo, divinamque virtutem. — *Et post pauca.* Ideo nos corpus adoramus, tanquam Verbum : corporis sumus participes, tanquam spiritus.

Ἰδού σοι καὶ ὁ πρῶτος τῶν φύσεων τὴν κρᾶσιν εἰσάγων, ἀναφανδὸν τῇ διαιρέσει χρώμενος ἀπεδείχθη. Οὗτος καὶ στολὴν τὸ σῶμα, καὶ κτίσμα, καὶ ὄργανον προσηγόρευσε. Καὶ μέντοι καὶ δοῦλον ὠνόμασεν, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν εἰπεῖν ἐτόλμησε πώποτε. Τοῦτο καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν εἰρῆκεν ἀξιωθῆναι καθέδρας,

Ecce tibi demonstratum est, eum qui primus naturarum confusionis auctor fuit, ipsum naturarum aperte usum esse distinctione. Hic et stolam corpus, et creaturam, et instrumentum appellavit. Quin etiam servum quoque nuncupavit, quod nemo nostrum dicere unquam est ausus. Dixit præterea

[55] Psal. cix, 1. [56] Act. II, 34. [57] Dan. VII 10. [58] Act. II, 35. [59] Philipp. III, 21. [60] Joan. XVII, 5.

(10) σύ. Omissum est Πάτερ, quod l. c. sequitur.

Digitized by Google

ORTH. Pœna est igitur delinquentium mors.

ERAN. In confesso est.

ORTH. Quare ergo, cum anima simul et corpus peccaverint solum corpus mortis pœnam sustinet?

ERAN. Ipsum enim maligne arborem aspexit, et manus extendit, et fructum vetitum decerpsit: et os rursus dentibus eumdem comminuit, et molaribus confecit. Hunc deinde gula exceptum trajecit in ventriculum : **178** hic vero immutatum ad jecur transmisit. Jecur in sanguinis naturam conversum venæ cavæ tradidit : illa vero proxime cohærentibus, et hæ per alias corpori : atque ita in totum corpus vetiti cibi rapina pervasit. Jure igitur solum corpus peccati pœnam sustinuit.

ORTH. Physicorum more de nutrimento disseruisti, per quot partes procedens, et quam multas mutationes sustinens, tandem in corporis naturam convertatur. Illud autem considerare noluisti, quod sine anima nihil eorum quæ commemorata sunt corpus efficiat. Derelictum enim a conjuncta sibi anima, jacet sine spiritu, et sine voce, et sine motu: et neque oculus videt bene aut male, neque aures sonum vocum percipiunt, nec manus moventur, nec ingrediuntur pedes : sed simile est organo quod musico destituitur. Quomodo igitur dixisti solum corpus peccasse, quod sine anima ne spirare quidem potest?

ERAN. Accipit quidem corpus vitam ab anima, sed damnosam peccati possessionem animæ procurat.

ORTH. Quomodo et qua ratione?

ERAN. Per oculos quidem efficit ut male videat, per aures autem ut ea audiat quæ non prosunt, et per linguam ut nocentia loquatur, et per alia membra, quæ facere est nefas.

ORTH. Beati igitur, ut apparet, habendi sunt surdi, et oculis capti, **179** et aliis membris orbati. Horum animæ enim malitiæ corporis participes non fiunt. Cur enim, o sapientissime, quæ vituperanda sunt corporis ministeria commemorasti, quæ vero laude digna sunt prætermisisti? Licet enim et amanter et humaniter intueri, et compunctionis lacrymas fundere, et divina oracula audire, et egenti aures præbere, et lingua Creatorem celebrare, et proximum docere necessaria, et manus porrigere ad misericordiam, et, ut summatim dicam, ad omnem virtutem comparandam uti membris corporis.

ERAN. Vera sunt hæc

ORTH. Est igitur commune animæ et corporis, tum servare leges, tum eas transgredi.

ERAN. Commune.

(11) καί. Des. in edit. Rom. et Lips.
(12) φυσ. Utraque editio, φύσει λογικῶς.

ΟΡΘ. Τιμωρία τοίνυν τῶν ἡμαρτηκότων ὁ θάνατος.

ΕΡΑΝ. Ὁμολόγηται.

ΟΡΘ. Τί δήποτε τοίνυν, ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος ἡμαρτηκότων, τὸ σῶμα μόνον ὑπομένει τοῦ θανάτου τὴν τιμωρίαν

ΕΡΑΝ. Αὐτὸ γὰρ εἶδε τὸ ξύλον κακῶς, καὶ τας χεῖρας ἐξέτεινε, καὶ τὸν ἀπειρημένον καρπὸν ἀπεσύλησε. Καὶ αὐτὸ πάλιν τὸ στόμα τοῦτο τοῖς ὀδοῦσιν ἐλέπτυνεν, καὶ ταῖς μύλαις ἐλέανεν. Εἶτ' αὖθις ὁ οἰσοφάγος τοῦτον ὑποδεξάμενος παρέπεμψε τῇ γαστρί· κἀκείνη δὲ ἀλλοιώσασα καὶ (11) τῷ ἥπατι μετέδωκε. Τὸ δέ γε ἧπαρ εἰς αἵματος φύσιν μετέβαλεν ὅπερ ἔλαβε, καὶ τῇ κοίλῃ φλεβὶ παραδέδωκεν· ἐκείνη δὲ ταῖς συμφυέσι, κἀκεῖναι διὰ τῶν ἄλλων τῷ σώματι· καὶ οὕτως εἰς ἅπαν διέβη τὸ σῶμα τῆς ἀπειρημένης βρώσεως ἡ λῃστεία. Εἰκότως τοίνυν τὸ σῶμα μόνον τὴν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ὑπέμεινε τιμωρίαν.

ΟΡΘ. Φυσιολογικῶς (12) ἡμῖν τὰ περὶ τῆς τροφῆς διεξελήλυθας, καὶ δι' ὅσων αὕτη μορίων ὁδεύουσα, καὶ πόσας ἀλλοιώσεις ὑφισταμένη, ὕστερον εἰς τὴν τοῦ σώματος μεταβάλλεται φύσιν. Ἐκεῖνο μέντοι συνιδεῖν οὐκ ἠθέλησας, ὡς δίχα ψυχῆς τούτων οὐδὲν τὸ σῶμα τῶν εἰρημένων ἐργάζεται. Καταλειφθὲν γὰρ ὑπὸ τῆς συνεζευγμένης ψυχῆς, κεῖται ἄπνουν, καὶ ἄφωνον, καὶ ἀκίνητον· καὶ οὔτε ὀφθαλμὸς ὁρᾷ κακῶς, οὔτ' αὖ καλῶς, οὔτε τὰ ὦτα εἰσδέχεται τῶν φωνῶν τὴν ἠχήν· οὐ κινοῦνται χεῖρες, οὐ βαδίζουσι πόδες· ἀλλ' ἔοικεν ὀργάνῳ ἑστερημένῳ τοῦ μουσικοῦ. Πῶς οὖν ἔφησθα μόνον ἡμαρτηκέναι τὸ σῶμα, τὸ δίχα ψυχῆς μηδὲ ἀναπνεῖν τὸ παράπαν δυνάμενον;

ΕΡΑΝ. Μεταλαμβάνει μὲν τὸ σῶμα ζωῆς παρὰ τῆς ψυχῆς, προξενεῖ δὲ τῇ ψυχῇ τῆς ἁμαρτίας τὴν ἐπιζήμιον κτῆσιν.

ΟΡΘ. Πῶς καὶ τίνα τροπον;

ΕΡΑΝ. Διὰ μὲν ὀφθαλμῶν (13), ὁρᾷν αὐτὴν παρασκευάζει κακῶς· διὰ δὲ τῶν ἀκοῶν, ἀκούειν ἃ μὴ συμφέρει, καὶ διὰ τῆς γλώττης, τὰ λυμαινόμενα φθέγγεσθαι καὶ διὰ τῶν ἄλλων μορίων ἃ μὴ θέμις ποιεῖν.

ΟΡΘ. Τοὺς κωφοὺς ἡμῖν ὡς ἔοικε μακαριστέον, καὶ τοὺς τὸ βλέπειν ἀφῃρημένους, καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἑστερημένους. Οὐ γὰρ μεταλαγχάνουσι τούτων αἱ ψυχαὶ τῆς πονηρίας τοῦ σώματος. Τί δήποτε δὲ, ὦ σοφώτατε, τῶν μὲν ψεκτῶν τοῦ σώματος ἐμνήσθης ὑπουργιῶν, τὰς ἀξιεπαίνους δὲ παραλέλοιπας; Ἔστι γὰρ καὶ φιλικῶς, καὶ φιλανθρώπως ἰδεῖν, καὶ κατανύξεως ἀπομόρξασθαι δάκρυον, καὶ θείων ἀκοῦσαι λογίων, καὶ κλῖναι δεομένῳ τὸ οὖς, καὶ ὑμνῆσαι τῇ γλώττῃ τὸν ποιητὴν, καὶ διδάξαι τὸν πέλας ἃ δεῖ, καὶ κινεῖσθαι τὰς χεῖρας εἰς ἔλεον, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, εἰς ἅπασαν κτῆσιν ἀρετῆς χρήσασθαι τοῖς μορίοις τοῦ σώματος.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ ταῦτα.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν κοινὸν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τὸ φυλάττειν, καὶ τὸ παραβαίνειν τοὺς νόμους.

ΕΡΑΝ. Κοινόν.

(13) ὀφθ. Ibid. præm. τῶν.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἄρχειν ἑκατέρου τὴν ψυχὴν, τῷ λογισμῷ πρὸ τοῦ σώματος κεχρημένην. A

ΕΡΑΝ. Πῶς ταῦτο λέγεις;

ΟΡΘ. Ὅτι τὸ πρῶτον ὁ νοῦς τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν κακίαν σκιαγραφεῖ, εἶθ' οὕτως αὐτὴν διαμορφοῖ, ὀργάνοις μὲν κεχρημένος τοῖς μορίοις τοῦ σώματος, χρώμασι δὲ καὶ ὕλαις, ταῖς εἰς ἑκάτερα προσφόροις.

ΕΡΑΝ. Ἔοικεν.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν συναμαρτάνει τῷ σώματι, μᾶλλον δὲ ἄρχει τῆς ἁμαρτίας· ἡνιοχεῖν γὰρ τὸ ζῷον καὶ κυβερνᾶν ἐπιστεύθη· τί δήποτε κοινωνοῦσα τῆς ἁμαρτίας οὐ κοινωνεῖ τῆς τιμωρίας;

ΕΡΑΝ. Καὶ πῶς οἷον τ' ἦν τὴν ἀθάνατον θανάτου μεταλαχεῖν;

ΟΡΘ. Δίκαιον δὲ ἦν ὅμως μετασχοῦσαν τῆς παρα- B βάσεως μετασχεῖν τῆς κολάσεως.

ΕΡΑΝ. Δίκαιον.

ΟΡΘ. Οὐ μετέλαχε δέ.

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Ἐν δέ γε τῷ μέλλοντι βίῳ, μετὰ τοῦ σώματος τῇ γεέννῃ παραδοθήσεται.

ΕΡΑΝ. Οὕτως εἴρηκε· « Μὴ φοβῆσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα δυνάμενον ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. »

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῷδε τῷ βίῳ διέφυγε τον θάνατον, ὡς ἀθάνατος· ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βίῳ δώσει δίκας, οὐ θάνατον ὑπομένουσα, ἀλλ' ἐν ζωῇ κολαζομένη.

ΕΡΑΝ. Ἡ θεία καὶ τοῦτο διδάσκει Γραφή. C

ΟΡΘ. Ἀδύνατον ἄρα θάνατον ὑπομεῖναι τὴν ἀθάνατον φύσιν.

ΕΡΑΝ. Οὕτω πέφανται.

ΟΡΘ. Πῶς τοίνυν τὸν Θεὸν Λόγον γεύσασθαι θανάτου φατέ; Εἰ γὰρ ἔνθα κτιστὸν τὸ ἀθάνατον, ἀδύνατον ὤφθη τοῦτο γενέσθαι θνητὸν, πῶς οἷόν τε τὸν ἀκτίστως καὶ ἀϊδίως ἀθάνατον, τὸν τῶν θνητῶν καὶ ἀθανάτων φύσεων ποιητὴν, θανάτου μεταλαχεῖν;

ΕΡΑΝ. Ἴσμεν αυτου καὶ ἡμεῖς την φυσιν ασαναton, σαρκὶ δὲ αὐτόν φαμεν μετεσχηκέναι θανάτου.

ΟΡΘ. Ἀλλὰ διαῤῥήδην ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον δυνατὸν θανάτου μετασχεῖν τὸ D φύσει ἀθάνατον. Οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ συνδημιουργηθεῖσα καὶ συναφθεῖσα τῷ σώματι, καὶ συμμετασχοῦσά γε τῆς ἁμαρτίας, ἐκείνῳ ἐκοινώνησε τοῦ θανάτου διὰ μόνην τὴν ἀθανασίαν τῆς φύσεως. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἑτέρως σκοπήσωμεν.

ΕΡΑΝ. Οὐδὲν κωλύει πάντα κινῆσαι πόρον, ὥστε τ' ἀληθὲς ἐξευρεῖν.

ΟΡΘ. Ζητήσωμεν τοίνυν ὧδί. Τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας φαμέν τινας μὲν εἶναι διδασκάλους, τινὰς δὲ τούτων αὐτῶν φοιτητάς;

ΕΡΑΝ. Φαμέν.

ΟΡΘ. Τὸν δέ γε τῆς ἀρετῆς διδάσκαλον μειζόνων εἶναι λέγομεν ἄξιον ἀντιδόσεων;

[61] Matth. x, 28.

ORTH. Mihi in utroque præire anima videtur, ut quæ ante corpus utatur ratiocinatione.

ERAN. Quo sensu hoc dicis?

ORTH. Quod mens primum virtutem aut vitium adumbret, deinde ea effingat et exprimat, instrumentis utens partibus corporis, coloribus vero et materia utrique accommodatis.

ERAN. Sic videtur.

ORTH. Si igitur una cum corpore peccat, vel potius peccatum inchoat (moderatio enim et gubernatio animalis ei tradita est), cur, cum socia sit culpæ, non particeps etiam est pœnæ?

ERAN. Et quomodo fieri potest, ut immortalis morte multetur?

ORTH. Justum tamen erat, ut quæ peccati socia fuit, etiam pœnæ particeps esset.

180 ERAN. Justum.

ORTH. At particeps non fuit.

ERAN. Nequaquam.

ORTH. In futura certe vita una cum corpore in gehennam abjicietur.

ERAN. Sic dixit : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna [61]. »

ORTH. Ergo in hac quidem vita mortem effugit, cum sit immortalis : in illa autem vita pœnas dabit, non morte multata, sed in vita pœnas sustinens.

ERAN. Hoc etiam divina docet Scriptura.

ORTH. Fieri ergo non potest, ut mortem obeat natura immortalis.

ERAN. Sic videtur.

ORTH. Quomodo igitur Deum Verbum dicitis mortem gustasse? Si enim quod immortale creatum est, id visum est mortale fieri non posse, quomodo fieri potest, ut qui non creatus et ab æterno est immortalis, mortalium et immortalium naturarum conditor, morti sit obnoxius?

ERAN. Scimus nos quoque immortalem ejus esse naturam : carne autem dicimus ipsum mortem sustinuisse.

ORTH. Sed nos aperte ostendimus nullo modo posse mortem pati quod natura est immortale. Neque enim anima, una cum corpore creata eique copulata, et cum eo peccati particeps, mortis quoque particeps cum eo fuit, propter solam naturæ immortalitatem. Hoc ipsum autem etiam aliter consideremus.

181 ERAN. Nihil vetat quominus omnem moveamus lapidem, ut verum inveniamus.

ORTH. Sic ergo quæramus. Virtutisne ac vitii aliquos esse magistros dicimus, et aliquos discipulos?

ERAN. Dicimus.

ORTH. Virtutis vero magistrum majoribus præmiis dignum esse dicimus?

Digitized by Google

ERAN. Omnino.

ORTH. Sic etiam vitiorum doctorem duplici ac triplici pœna dignum?

ERAN. Verum est.

ORTH. Diabolus vero qua in parte censendus? Doctoremne esse dicimus, an discipulum?

ERAN. Doctorum doctorem. Ipse enim omnis vitii et pater et magister est.

ORTH. Qui igitur homines primi ejus discipuli fuerunt?

ERAN. Adam et Eva.

ORTH. In quos autem lata est mortis sententia?

ERAN. In Adamum et omnes ejus posteros.

ORTH. Discipuli ergo pœnas luerunt eorum quæ male edocti fuerant : magistrum autem, quem duplici ac triplici pœna dignum dicebamus, pœnam evasisse (dicemus)?

ERAN. Videtur.

ORTH. Et tamen, quamvis hæc ita facta sint, justum judicem et scimus et nominamus.

ERAN. Maxime.

ORTH. Cur ergo, cum sit justus, **182** malæ doctrinæ rationem ab eo non exegit?

ERAN. Inextinguibilem ipsi gehennæ flammam præparavit. « Discedite enim, inquit, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus [63]. » Hic autem propterea in morte discipulis non jungitur, quia naturam habet immortalem.

ORTH. Nec igitur qui maxima crimina perpetrarunt morte plecti possunt, si naturam habeant immortalem?

ERAN. In confesso est.

ORTH. Si ergo nec ipse scelerum inventor et magister morte affectus est propter immortalitatem naturæ, quomodo non cohorrescitis dicentes immortalitatis et justitiæ fontem mortem obiisse?

ERAN. Si eum contra voluntatem passum esse diceremus, justum haberet prætextum oratio, qua a vobis accusamur. Cum autem spontanea passio et mors voluntaria a nobis prædicetur, non nos accusandi, sed laudanda ejus immensa in homines benignitas. Volens enim passus est, et sua sponte mortem obiit.

ORTH. Divinam, ut apparet, naturam penitus ignoratis. Dominus enim Deus nihil vult eorum quæ ab ipsius natura abhorrent. Potest autem quæcunque vult : vult autem tantum naturæ suæ apta et congruentia.

ERAN. Nos didicimus omnia Deo possibilia esse.

ORTH. Cum indefinite loqueris, comprehendis etiam ea **183** quæ diabolo conveniunt. Qui enim

[63] Matth. xxv, 41

A ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν τῆς κακίας, διπλασίας καὶ τριπλασίας ἄξιον τιμωρίας;

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Τὸν δὲ διάβολον ποίας θετέον μερίδος; διδάσκαλον εἶναί φαμεν, ἢ μαθητήν;

ΕΡΑΝ. Διδασκάλων μὲν οὖν διδάσκαλον. Αὐτὸς γὰρ πάσης κακίας ἐστὶ καὶ πατὴρ καὶ διδάσκαλος.

ΟΡΘ. Τίνες δὲ ἄρα τούτου ἀνθρώπων πρῶτοι γεγένηνται μαθηταί;

ΕΡΑΝ. Ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἡ Εὔα.

ΟΡΘ. Τίνες δὲ τὴν ψῆφον τοῦ θανάτου ἐδέξαντο;

ΕΡΑΝ. Ὁ Ἀδὰμ, καὶ πᾶν τοῦδε τὸ γένος.

ΟΡΘ. Οἱ μαθηταὶ ἄρα δίκας ἔδοσαν ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐδιδάχθησαν· τὸν δέ γε διδάσκαλον, ὃν ἀρτίως B εἰρήκαμεν διπλασίας εἶναι καὶ τριπλασίας γε κολάσεως ἄξιον, καὶ τὴν τιμωρίαν διαφυγεῖν (14);

ΕΡΑΝ. Ἔοικεν

ΟΡΘ. Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὕτω γεγενημένων, δίκαιον τὸν κριτὴν, καὶ ἴσμεν καὶ ὀνομάζομεν.

ΕΡΑΝ. Μάλιστα.

ΟΡΘ. Τί δήποτε τοίνυν δίκαιος ὢν, οὐκ εἰσέπραξεν ἐκεῖνον τῆς κακῆς διδασκαλίας εὐθύνας;

ΕΡΑΝ. Αὐτῷ τὴν ἄσβεστον τῆς γεέννης κατεσκεύασε φλόγα. « Πορεύεσθε γὰρ, φησὶν, οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. » Ἐνταῦθα δὲ, τούτου χάριν οὐκ ἐκοινώνησεν τοῦ θανάτου τοῖς μαθηταῖς, ὡς φύσιν ἔχων ἀθάνατον.

ΟΡΘ. Οὐδὲ οἱ τὰ μέγιστα ἄρα πλημμελήσαντες θα- C νάτου οἴονται μετασχεῖν, εἰ φύσιν ἀθάνατον ἔχοιεν.

ΕΡΑΝ. Ὡμολόγηται.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν οὐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς κακίας εὑρετὴς καὶ διδάσκαλος μετέλαχε θανάτου διὰ τὴν ἀθανασίαν τῆς φύσεως, πῶς οὐ πεφρίκατε λέγοντες τὴν τῆς ἀθανασίας καὶ δικαιοσύνης πηγὴν μετεσχηκέναι θανάτου;

ΕΡΑΝ. Εἰ μὲν ἀκουσίως αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι τὸ πάθος ἐλέγομεν (15), ἔσχεν ἂν πρόφασιν ἡ καθ ἡμῶν παρ' ὑμῶν γινομένη κατηγορία δικαίαν. Εἰ δ' αὐθαίρετον τὸ πάθος καὶ ὁ θάνατος ἐθελούσιος κηρύσσεται παρ' ἡμῶν, οὐ κατηγορεῖν ἡμῶν, ἀλλ' ὑμνεῖν προσήκει τὴν τῆς φιλανθρωπίας ὑπερβολήν. Ἐθελή- D σας γὰρ πέπονθε, καὶ βουληθεὶς τοῦ θανάτου μετέσχηκεν.

ΟΡΘ. Πάμπαν, ὡς ἔοικε, τὴν θείαν ἠγνοήκατε φύσιν. Ὁ γὰρ Δεσπότης Θεὸς οὐδὲν ὧν μὴ πέφυκε βούλεται, πάντα δὲ ὅσα βούλεται δύναται. Βούλεται δὲ τὰ τῇ οἰκείᾳ φύσει πρόσφορά τε καὶ πρέποντα.

ΕΡΑΝ. Ἡμεῖς μεμαθήκαμεν ἅπαντα δυνατὰ τῷ Θεῷ.

ΟΡΘ. Ἀορίστως ἀποφαινόμενος συμπεριλαμβάνεις τῷ λόγῳ καὶ ὅσα προσήκει τῇ τοῦ διαβόλου μερίδι.

(14) διαφ. Excidisse videtur ἐροῦμεν aut simile verbum.

(15) ἐλ. Edit. Rom. et Lips. λέγομεν.

Digitized by Google

Ὁ γὰρ ἁπολυτως παντα εἰπὼν, καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ τούτων ἐναντία κατὰ ταὐτὸν εἰρηκεν.

ΕΡΑΝ. Ὁ οὖν γενναῖος Ἰὼβ οὐκ ἁπολύτως εἴρηκεν, « Οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν; »

ΟΡΘ. Εἰ ἀναγνοίης τὰ τῷ δικαίῳ προειρημένα, καὶ τὸν τούτων ἐξ ἐκείνων εὑρήσεις σκοπόν. Ἔφη δὲ οὕτως· « Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας, εἰς δὲ γῆν με ἀποστρέφεις· (16) ἦ οὐχ ὡς γάλα με ἤμελξας, ἔπηξας δέ με ἶσα τυρῷ; Δέρμα καὶ κρέας ἐνέδυσάς με, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις ἐνεῖράς με· ζωὴν δὲ καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοὶ, ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαττέ μου τὸ πνεῦμα. » Τούτοις ἐπάγει, « Ταῦτα ἔχων ἐν (17) ἐμαυτῷ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ σοι δὲ οὐδέν. » Οὐκοῦν ὅσα τούτοις συμβαίνει, καὶ τῇ ἀκηράτῳ φύσει πρέπειν ἔφη (18), τῷ τῶν ὅλων Θεῷ;

ΕΡΑΝ. Οὐδὲν ἀδύνατον τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ.

ΟΡΘ. Καὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἄρα δυνατὸν τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ, κατά γε τὸν ὅρον τὸν σόν·

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Διὰ τί;

ΕΡΑΝ. Ἐπειδήπερ οὐ βούλεται.

ΟΡΘ. Οὗ δὲ χάριν οὐ βούλεται;

ΕΡΑΝ. Ἐπειδὴ τῆς φύσεως ἐκείνης τὸ ἁμαρτάνειν ἀλλότριον.

ΟΡΘ. Πολλὰ τοίνυν οὐ δύναται· πολλὰ γὰρ εἴδη πλημμελημάτων.

ΕΡΑΝ. Οὐδὲν τῶν τοιούτων ἢ βουλητὸν, ἢ δυνατὸν τῷ Θεῷ.

ΟΡΘ. Οὔτε μὴν ἐκεῖνα, ἃ τῆς φύσεώς ἐστιν ἐναντία τῆς θείας.

ΕΡΑΝ. Ποῖα ταῦτα;

ΟΡΘ. Οἷον, φῶς νοερόν τε καὶ ἀληθινὸν εἶναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῶς.

ΟΡΘ. Ἀλλ' οὐκ ἂν αὐτὸν φαίημεν σκότος, ἢ βουληθῆναι, ἢ δυνηθῆναι γενέσθαι.

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Πάλιν ἀόρατον αὐτοῦ τὴν φυσιν ἡ θεία λέγει Γραφή.

ΕΡΑΝ. Οὕτω λέγει.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ὁρατὴν αὐτὴν οὐκ ἂν εἴποιμεν δύνασθαι γενέσθαι ποτέ.

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Οὔτε μὴν καταληπτήν.

ΕΡΑΝ. Οὐ γάρ.

ΟΡΘ. Ἀκατάληπτος γάρ ἐστι, καὶ πάμπαν ἀνέφικτος.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁ ὢν γένοιτ' ἂν οὐκ ὤν.

ΕΡΑΝ. Ἄπαγε.

ΟΡΘ. Οὐδέ γε ὁ Πατὴρ Υἱός.

ΕΡΑΝ. Τῶν ἀδυνάτων.

ΟΡΘ. Οὐδέ γε ἀγέννητος ἄρα γεγεννημένος.

absolute omnia dicit, simul bona et his contraria complectitur

ERAN. Annon absolute fortis Jobus dixit: « Scio te omnia posse, et nihil tibi esse impossibile [64]? »

ORTH. Si legeris quæ a justo ante dicta sunt, facile horum scopum ex illis invenies. Sic enim dixit: « Memento te sicut lutum formasse me, in terram autem me rursus convertis. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus induisti me, ossibus et nervis compegisti me, vitam et misericordiam tribuisti mihi, visitatio tua custodivit spiritum meum [65]. » Postea subjungit: « Hæc habens in meipso, scio te omnia posse, et nihil tibi esse impossibile [66]. » An ergo quæcunque his conveniunt etiam incorruptibilem decere naturam dixit, universorum Deum?

ERAN. Nihil non potest qui omnia potest Deus.

ORTH. Ergo etiam peccare potest qui est omnipotens Deus, ut tu quidem definis.

ERAN. Nullo modo

ORTH. Quare?

ERAN. Quia non vult.

ORTH. Cur autem non vult?

ERAN. Quia peccare alienum est ab illa natura.

ORTH. Multa ergo non potest, cum peccatorum multa sint genera.

ERAN. Nihil horum aut vult aut potest Deus.

184 ORTH. Adeoque nec illa quæ divinæ naturæ contraria sunt.

ERAN. Quænam sunt hæc?

ORTH. Quale est, quod intelligentem et veram lucem Deum esse didicimus.

ERAN. Verum est.

ORTH. Sed neque tenebras ipsum velle et posse fieri dixerimus.

ERAN. Nullo modo.

ORTH. Præterea invisibilem ipsius naturam esse divina dicit Scriptura.

ERAN. Sic dicit.

ORTH. Sed visibilem eum fieri aliquando posse non dixerimus.

ERAN. Minime.

ORTH. Neque vero comprehensibilem.

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Est enim incomprehensibilis, et ad quam pertingi prorsus non possit.

ERAN. Vera dicis.

ORTH. Ergo nec qui est fieri potest ut non sit.

ERAN. Absit!

ORTH. Neque ut qui Pater est sit Filius.

ERAN. Impossibile est.

ORTH. Neque ut ingenitus sit genitus.

[64] Job x, 13. [65] ibid. 9-12. [66] ibid. 13.

(16) ἀποστρ. Deest πάλιν.
(17) ἐμ. Alii σεαυτῷ.
(18) τῷ — Θεῷ. Ed. Rom. et Lips. τὸν — Θεόν. Minus bene.

Digitized by Google

ERAN. Quomodo hoc fieri posset?

ORTH. Sed neque Filius erit unquam Pater.

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Neque Spiritus sanctus unquam erit Filius aut Pater.

ERAN. Hæc omnia impossibilia sunt.

ORTH. Multa etiam alia ejusmodi reperire licet, quæ similiter sunt impossibilia. Nec enim quod æternum est fuerit in tempore, **185** nec quod increatum creatum atque factum, nec quod infinitum finitum, et quæ his sunt similia.

ERAN. Nihil horum est possibile.

ORTH. Multa igitur invenimus, quæ omnipotenti Deo sunt impossibilia.

ERAN. Vere.

ORTH. Sed horum nihil posse non infirmitatis, sed immensæ potentiæ signum est: posse autem, non potentiæ utique, sed impotentiæ.

ERAN. Quo sensu hoc dicis?

ORTH. Quia horum unumquodque Deum immutabilem et alterationis expertem esse docet. Quod enim is qui bonus est malus fieri non possit, excellentiam bonitatis significat, et quod qui justus est injustus fieri nunquam possit, nec mendax qui verax est, firmam ac stabilem veritatem justitiamque declarat. Sic vera lux ut caligo fiat fieri non potest, neque ut qui est non sit. Perpetuum enim habet esse, et lux est nulli obnoxia mutationi. Sic alia omnia considerans, invenies τὸ non posse summam potentiam designare. Sic Deum talia non posse, divinus quoque Apostolus intellexit et affirmavit. Nam ad Hebræos scribens, « Ut per duas, inquit, res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus [67], » non imbecillitatem hanc impossibilitatem, sed summam potentiam demonstrat. Adeo enim verax est, inquit, ut impossibile sit mendacium in eo unquam esse. Veritatis itaque potentia **186** impossibilis mentione significatur. Ad beatum vero Timotheum scribens hæc adjecit: « Fidelis sermo. Nam si una mortui sumus, una etiam vivemus: si sustinebimus, una quoque regnabimus: si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest [68]. » Rursus ergo hoc *Non potest* infinitæ potentiæ est argumentum. Etsi enim omnes homines ipsum negent, inquit, ipse tamen Deus est, et a sua natura non recedit. Habet enim exsistentiam ab interitu alienam. Hoc enim est quod ait, « Negare seipsum non potest. » Exuberantem igitur potentiam demonstrat, quod ipsum in deterius mutari sit impossibile.

ERAN. Hæc vera sunt divinisque Scripturis consentanea.

ORTH. Si ergo multa sunt Deo impossibilia,

A ΕΡΑΝ. Πῶς γάρ;

ΟΡΘ. Οὔτε μὴν Υἱὸς γένοιτ' ἄν ποτε ὁ Πατήρ.

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ Οὐδέ γε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γένοιτ' ἂν Υἱὸς, ἢ Πατήρ.

ΕΡΑΝ. Πάντα ταῦτα ἀδύνατα.

ΟΡΘ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα εὑρίσκομεν ὁμοίως ἀδύνατα. Οὔτε γὰρ τὸ αἰώνιον ὑπὸ χρόνον ἔσται, οὔτε τὸ ἄκτιστον κτιστόν γε καὶ ποιητὸν, οὔτε πεπερασμένον τὸ ἄπειρον, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια.

ΕΡΑΝ. Οὐδὲν τούτων ἐστὶ δυνατόν.

ΟΡΘ. Πολλὰ τοίνυν εὑρήκαμεν ἀδύνατα ὄντα τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῶς

B ΟΡΘ. Ἀλλὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι τι τούτων, ἀπείρου δυνάμεως, οὐκ ἀσθενείας τεκμήριον· τὸ δέ γε δυνηθῆναι, ἀδυναμίας δήπουθεν, οὐ δυνάμεως.

ΕΡΑΝ. Πῶς τοῦτο ἔφης;

ΟΡΘ. Ὅτι τούτων ἕκαστον τὸ ἄτρεπτον τοῦ Θεου κηρύττει καὶ ἀναλλοίωτον. Τὸ γὰρ μὴ δυνηθῆναι τὸν ἀγαθὸν γενέσθαι κακὸν, τὴν ὑπερβολὴν σημαίνει τῆς ἀγαθότητος, καὶ τὸ τὸν δίκαιον μηδέποτ' ἂν γενέσθαι ἄδικον, μηδὲ τὸν ἀληθῆ ψεύστην, τὸ ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ σταθηρόν τε καὶ βέβαιον δεικνυσιν. Οὕτω τὸ ἀληθινὸν φῶς οὐκ ἂν γένοιτο σκότος, οὐδὲ ὁ ὢν οὐκ ὤν. Διαρκὲς γὰρ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον ὑπάρχει τὸ φῶς Οὕτω τ' ἄλλα πάντα σκεψάμενος, εὑρήσεις τὸ μὴ δύνασθαι τῆς ἄκρας δυ-
C νάμεως ἐμφαντικόν. Οὕτως ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα μὴ δύνασθαι καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος νενόηκέ τε καὶ τέθεικεν. Ἑβραίοις μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ὧδέ φησιν. « Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν·» οὐκ ἀσθενὲς τὸ ἀδύνατον, ἀλλὰ ἄγαν αὐτὸ δεικνὺς δυνατόν. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ἀληθὴς (19), ὡς ἀδύνατον εἶναι ψεῦδος ἐν αὐτῷ γενέσθαι ποτέ. Τὸ δυνατὸν (20) οὖν ἄρα τῆς ἀληθείας διὰ τοῦ ἀδυνάτου
D σημαίνεται. Τῷ δέ γε μακαρίῳ Τιμοθέῳ γράφων, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· « Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν, εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν, εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς, εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. » Πάλιν οὖν τὸ *Οὐ δύναται* τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπάρχει δηλωτικόν. Καὶ γὰρ ἂν πάντες ἄνθρωποι αὐτὸν ἀρνηθῶσι, φησὶν, αὐτὸς Θεός ἐστι, καὶ τῆς οἰκείας οὐκ ἐξίσταται φύσεως. Ἀνώλεθρον γὰρ ἔχει τὸ εἶναι. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. » Οὐκοῦν περιουσίαν ἐμφαίνει δυνάμεως τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς τὸ ἀδύνατον.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ ταῦτα, καὶ τοῖς θείοις λόγοις συμβαίνοντα.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν πολλὰ τῷ Θεῷ ἀδύνατα, καὶ τοσ-

[67] Hebr. VI, 18. [68] II Tim. II, 11-13.

(19) ἀληθ. Edit. prior habebat ἀληθές. Ita quoque edit. Rom. et Lips. quæ posterior addit punctum. Sed videtur legendum esse ἀληθές.

(20) δυν. Edit prior habebat falsam lectionem ἀδύνατον.

Digitized by Google

αὗτα ὁπόσα τῆς φύσεως ἐναντία τῆς θείας, τί δήποτε τὰ ἄλλα πάντα κατὰ φύσιν ἐῶντες, τὸ ἀγαθὸν, τὸ δίκαιον, τὸ ἀληθὲς, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀνέφικτον, τὸ ἀπερίγραφον, τὸ ἀΐδιον, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τῷ Θεῷ προσεῖναί φαμεν, μόνας τὴν ἀθανασίαν καὶ τὴν ἀπάθειαν τρεπτὰς εἶναί φατε, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἀλλοιώσεως ἐπ' αὐτῶν συγχωρεῖτε, καὶ δίδοτε τῷ Θεῷ δύναμιν ἀσθενείας δηλωτικήν;

A quotquot videlicet ipsius naturæ repugnant, quid causæ est, cur alia omnia quæ naturæ sunt omittentes, ut bonum esse, justum, verum, invisibilem, incomprehensibilem, incircumscriptum, æternum, et cætera quæ Deo inesse dicimus, solas immortalitatem et impatibilitatem mutabiles esse dicitis, et mutationis possibilitatem in illis conceditis, Deoque potentiam, quæ infirmitatem testatur, assignatis?

ΕΡΑΝ. Τοῦτο παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. Καὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἰωάννης βοᾷ· « Οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δέδωκε. » Καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. »

ERAN. Hoc e divina Scriptura didicimus. Clamat enim divinus Joannes: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret[69]. » Et divinus Paulus: « Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius[70]. »

B

ΟΡΘ. Ἀληθῆ δὴ ταῦτα, θεῖα γάρ ἐστι λόγια. Ἀναμνήσθητι δὲ ὧν πολλάκις ὡμολογήσαμεν.

187 ORTH. Vera sane sunt ista: divina enim sunt oracula. Sed recordare eorum quæ sæpe confessi sumus.

ΕΡΑΝ. Ποίων λέγεις;

ERAN. Quænam dicis?

ΟΡΘ. Ὅτι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν Λόγον, οὐκ ἀσώματον ἐπιφανῆναι συνωμολογήσαμεν, ἀλλὰ φύσιν ἀνθρωπείαν τελείαν ἀνειληφότα.

ORTH. Quod Filium Dei, Deum Verbum, non incorporeum apparuisse confessi sumus, sed naturam humanam perfectam assumpsisse.

ΕΡΑΝ. Συνωμολογήσαμεν ταῦτα.

ERAN. Hæc confessi sumus.

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν σῶμα καὶ ψυχὴν ἔλαβεν ἀνθρωπείαν, ταύτῃ τοι καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου προσηγορεύθη.

ORTH. Si igitur corpus et animam assumpsit humanam, hac de causa etiam Filius hominis appellatus est.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ERAN. Verum est.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀληθῶς· τῶνδε γὰρ τῶν φύσεων, τὴν μὲν εἶχεν ἀεί, τὴν δὲ ἔλαβεν ἀληθῶς.

ORTH. Dominus ergo Jesus Christus etiam vere Deus noster est. Harum enim naturarum, alteram semper habuit, alteram vere assumpsit.

C

ΕΡΑΝ. Ἀναμφίλεκτα ταῦτα.

ERAN. Hæc sunt extra controversiam.

ΟΡΘ. Τοιγάρτοι ὡς ἄνθρωπος τὸ πάθος ὑπέμεινεν· ὡς Θεὸς, κρειττων πάθους μεμένηκε.

ORTH. Ergo ut homo passionem sustinuit, ut Deus pati non potuit.

ΕΡΑΝ. Πῶς οὖν ἡ θεία Γραφὴ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πεπονθέναι φησίν;

ERAN. Quomodo igitur sacra Scriptura Filium Dei passum esse dicit?

ΟΡΘ. Ὅτι τὸ σῶμα πεπονθὸς, αὐτοῦ ὂν ἐτύγχανε σῶμα. Σκεψώμεθα δὲ ὧδί. Ὅταν ἀκούσωμεν λεγούσης τῆς θείας Γραφῆς· « Ἐγένετο μετὰ τὸ γηρᾶσαι τὸν Ἰσαὰκ, ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ἰδεῖν, » ὁ νοῦς ἡμῶν ποῦ φέρεται, καὶ τίνι ἐναπερείδεται: τῇ ψυχῇ τοῦ Ἰσαὰκ, ἢ τῷ σώματι;

ORTH. Quia corpus quod passum est, ipsius corpus erat. Sic autem rem consideremus. Cum audimus sacram Scripturam dicentem: « Factum est, cum consenuisset Isaac, caligaverunt oculi ejus, et videre non poterat[71], » mens nostra quo fertur, et in quo defigitur? in anima Isaaci, an in corpore?

ΕΡΑΝ. Δηλονότι, τῷ σώματι.

ERAN. Clarum est, quod in corpore.

ΟΡΘ. Οὐκ οὖν τοπάζομεν καὶ τὴν ψυχὴν κεκοινωνηκέναι τοῦ τῆς τυφλότητος πάθους;

ORTH. Anne igitur animam quoque cæcitatis illius participem fuisse conjicimus?

D

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ERAN. Nullo modo.

ΟΡΘ Ἀλλὰ μόνον τὸ σῶμα τῆς ὀπτικῆς αἰσθήσεως στερηθῆναί φαμεν.

ORTH. Sed solum corpus videndi facultate privatum fuisse affirmamus.

188 ERAN. Sic affirmamus.

ΕΡΑΝ. Οὕτω φαμέν.

ΟΡΘ. Καὶ αὖ πάλιν ὅταν ἀκούσωμεν τοῦ Ἀμασίου λέγοντος πρὸς τὸν προφήτην Ἀμώς· « Ὁ ὁρῶν, βάδιζε εἰς γῆν Ἰούδα, » καὶ μέντοι καὶ τοῦ Σαοὺλ πυνθανομένου· « Ποῦ (21) ὁ οἶκος τοῦ Βλέποντος; » οὐδὲν σωματικὸν ὑποπτεύομεν.

ORTH. Rursus, cum Amasiam prophetæ Amoso dicentem audimus: « Videns, vade in terram Judæ[72], » et Saulem sciscitantem: « Ubi est domus Videntis[73]? » nihil corporale cogitamus.

ΕΡΑΝ. Οὐμενοῦν.

ERAN. Plane non.

[69] Joan. III, 16. [70] Rom. V, 10. [71] Gen. VII, 1. [72] Amos VII, 12. [73] I Reg. IX, 18, juxta LXX.

(21) ποῦ. Alii l. c. habent ποῖος.

Digitized by Google

ORTH. Et tamen nomina ejus partis, quæ visioni servit, incolumitatem significant.

ERAN. Verum est.

ORTH. Scimus tamen, quod purioribus animis donata Spiritus operatio propheticam gratiam inferat, et efficiat ut arcana videant, et quia hæc vident ideo *videntes* et *cernentes* appellentur.

ERAN. Vera dicis.

ORTH. Itaque hoc etiam consideremus.

ERAN. Quidnam ?

ORTH. Cum sacrorum Evangeliorum historiam audimus, quæ narrat [74] oblatum Deo fuisse paralyticum in lecto jacentem, animæ partium solutionem illam dicimus, an corporis?

ERAN. Corporis, sine dubio.

ORTH. Cum vero Epistolam ad Hebræos legentes in locum illum inciderimus, ubi dicit Apostolus : « Propterea remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut quod claudicat non avertatur, magis autem sanetur [75], » **189** de partibusne corporis dicimus hæc sanctum Apostolum dixisse ?

ERAN. Nullo modo.

ORTH. Sed animæ languorem et ignaviam eum eximere voluisse dicemus, et ad fortitudinem discipulos excitare ?

ERAN. Omnino

ORTH. At non invenimus hæc in sacra Scriptura distingui. Neque enim Isaaci cæcitatem describens corporis mentionem facit, sed Isaacum absolute dicit cæcum fuisse. Neque cernentes et videntes nominans prophetas, horum animas videre dixit et intueri quæ arcana sunt, sed personas ipsas commemoravit.

ERAN. Ad hunc modum se res habet.

ORTH. Nec paralytici corpus ostendit esse solutum, sed hominem appellavit paralyticum.

ERAN. Verum est.

ORTH. Nec divinus Apostolus animas nominatim expressit, cum vellet eas corroborare et excitare.

ERAN. Sane non.

ORTH. Nos vero sensum verborum perscrutantes, intelligimus quænam sint animæ, quæ corporis propria.

ERAN. Et consentanea quidem facimus : rationales enim nos fecit Deus.

ORTH. Hac igitur vi rationis circa Creatorem et Salvatorem nostrum utamur, et agnoscamus quænam ipsius divinitati, quænam humanitati competant.

ERAN. Sed hoc si fecerimus, summam illam unionem solvemus.

ΟΡΘ. Καίτοι τὰ ὀνόματα τῆς περὶ τὸ ὀπτικὸν ἐστι (22) μόριον ὑγείας δηλωτικά.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἴσμεν ὅμως, ὅτι ταῖς καθαρωτέραις ψυχαῖς χορηγουμένη τοῦ πνεύματος ἡ ἐνέργεια τὴν προφητικὴν ἐνίησι χάριν, αὕτη δέ γε ὁρᾷν καὶ τὰ κεκρυμμένα ποιεῖ, τὸ δὲ ταῦτα ὁρᾷν *ὁρῶντας* αὐτοὺς καλεῖσθαι καὶ *βλέποντας* παρεσκεύασεν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν κἀκεῖνο ἐπισκεψώμεθα.

ΕΡΑΝ. Τὸ ποῖον;

ΟΡΘ. Ὅταν ἀκούσωμεν τῆς τῶν θείων Εὐαγγελίων ἱστορίας, διηγουμένης, ὅτι προσήνεγκαν τῷ Θεῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον, τῆς ψυχῆς τὴν λύσιν τῶν μορίων εἶναι λέγομεν, ἢ τοῦ σώματος;

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὅτι τοῦ σώματος.

ΟΡΘ. Ὅταν δέ γε τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν ἀναγινώσκοντες, εὕρωμεν ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ἔνθα φησὶν ὁ Ἀπόστολος· « Ὥστε (23) τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, καὶ τροχιὰς (24) ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν· ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, » περὶ τῶν τοῦ σώματος μορίων ἐροῦμεν φάναι ταῦτα τὸν θεῖον Ἀπόστολον;

ΕΡΑΝ. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Τὴν δὲ τῆς ψυχῆς χαυνότητα καὶ δειλίαν ἐξαίρειν αὐτὸν φήσομεν, καὶ εἰς ἀνδρείαν παραθήγειν τοὺς μαθητάς;

ΕΡΑΝ. Πάνυγε.

ΟΡΘ. Ἀλλ' οὐχ εὑρίσκομεν ταῦτα παρὰ τῇ θείᾳ διῃρημένα Γραφῇ. Οὔτε γὰρ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ διηγησαμένη τυφλότητα σώματος ἐμνημόνευσεν, ἀλλ ἁπλῶς τὸν Ἰσαὰκ ἔφη τυφλόν· οὔτε βλέποντας καὶ ὁρῶντας ὀνομάσασα τοὺς προφήτας, τὰς τούτων ψυχὰς ἔφη ὁρᾷν καὶ βλέπειν τὰ κεκρυμμένα, ἀλλ' αὐτῶν ἐμνημόνευσε τῶν προσώπων.

ΕΡΑΝ. Οὕτω τοῦτ' ἔχει.

ΟΡΘ. Οὔτε μὴν τοῦ παραλυτικοῦ τὸ σῶμα ἔδειξε λελυμένον· ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ὠνόμασε παραλυτικόν.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Οὐδέ γε ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὀνομαστὶ των ψυχῶν ἐμνημόνευσεν, ἐπιῤῥῶσαι ταύτας καὶ διεγεῖραι θελήσας.

ΕΡΑΝ. Οὐ γάρ.

ΟΡΘ. Ἡμεῖς δὲ τὸν νοῦν τῶν λόγων διερευνώμενοι, ἐπιγινώσκομεν, τίνα μὲν ψυχῆς, τίνα δὲ σώματος ἴδια.

ΕΡΑΝ. Εἰκότα γε ποιοῦντες· λογικοὺς γὰρ ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ Θεός.

ΟΡΘ. Τῷδε τοίνυν τῷ λογικῷ καὶ ἐπὶ τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς καὶ σεσωκότος χρησώμεθα, καὶ ἐπιγνῶμεν, τίνα μὲν αὐτοῦ τῇ θεότητι, τίνα δὲ προσήκει τῇ ἀνθρωπότητι.

ΕΡΑΝ. Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δρῶντες, τὴν ἄκραν ἐκείνην διαλύσομεν ἕνωσιν

[74] Matth. IX, 2. [75] Hebr. XII, 12, 13.

(22) ἐστι. Ante vel post δηλωτικὰ ponendum esse videtur.

(23) ὥστε. Loco cit. est διό.

(24) τρ. Ed. Rom. et Lips. τροχίας.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ἐπί γε τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ παραλύτου, καὶ τῶν ἄλλων τοῦτο δράσαντες, τὴν φυσικὴν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος οὐκ ἐλύσαμεν ἕνωσιν, οὐδέ γε ἀπὸ τῶν οἰκείων σωμάτων τὰς ψυχὰς ἐχωρίσαμεν, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνῳ διέγνωμεν, τί μὲν ἴδιον ψυχῆς, τί δὲ σώματος. Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον ἐπὶ ψυχῶν τοῦτό γε καὶ σωμάτων ποιοῦντας οὕτω, ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦτο παραιτεῖσθαι ποιεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν τὰς φύσεις διὰ (25) τὸ διάφορον, οὐχ ὅσον ψυχὴ ἔχει πρὸς σῶμα, ἐχούσας πρὸς ἀλλήλας, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὅσον τὸ πρόσφατον τοῦ ἀϊδίου διέστηκε, καὶ τὸ ποιηθὲν τοῦ ποιήσαντος;

A

190 ORTH. Atqui cum in Isaaco, et prophetis, et paralytico, aliisque hoc fecimus, naturalem animæ corporisque unionem non solvimus, neque a propriis corporibus animas separavimus, sed sola cogitatione, quid animæ, quid corporis proprium sit, distinximus. Quid igitur absurdius est, quam, cum in animabus corporibusque sic faciamus, idem in Salvatore nostro facere nolle, sed confundere naturas, quarum differentia est, non quanta animæ et corporis, sed tanta, quanta inter temporale et æternum, inter creaturam et Creatorem?

ΕΡΑΝ. Ἡ θεία Γραφὴ φησι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸ πάθος ὑπομεμενηκέναι.

ERAN. Sacra Scriptura dicit Filium Dei passionem pertulisse.

ΟΡΘ. Οὐδὲ ἡμεῖς ἄλλον τινὰ πεπονθέναι φαμέν· ἴσμεν δὲ ὅμως, παρὰ τῆς θείας διδαχθέντες Γραφῆς, ὡς ἀπαθὴς ἡ τῆς θεότητος φύσις. Ἀπάθειαν τοίνυν καὶ πάθος ἀκούοντες, καὶ ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος ἕνωσιν, τοῦ παθητοῦ σώματος τὸ πάθος εἶναί φαμεν, τὴν ἀπαθῆ δὲ φύσιν ἐλευθέραν μεμενηκέναι τοῦ πάθους ὁμολογοῦμεν.

B

ORTH. Neque nos alium quempiam passum esse dicimus: et tamen ex divina Scriptura scimus, impatibilem esse naturam divinitatis. Impatibilitatem igitur et passionem audientes, et humanitatis ac divinitatis unionem, patibili corpori passionem tribuimus, et impatibilem naturam passionis expertem mansisse confitemur.

ΕΡΑΝ. Σῶμα τοίνυν ἡμῖν τὴν σωτηρίαν προὐξένησεν.

ERAN. Corpus ergo nobis salutem procuravit.

ΟΡΘ. Οὐκ ἀνθρώπου σῶμα ψιλοῦ, ἀλλὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτό σοι νομίζεται μικρόν τε καὶ εὐτελὲς, πῶς τὸν τούτου γε τύπον σεπτὸν ἡγῇ καὶ σωτήριον; Οὗ δὲ ὁ τύπος προσκυνητὸς καὶ σεβάσμιος, πῶς αὐτὸ τὸ ἀρχέτυπον εὐκαταφρόνητον καὶ σμικρόν;

ORTH. Non nudi hominis corpus, sed Domini nostri Jesu Christi, unigeniti Filii Dei. Quod si parvum tibi ac vile videtur, quomodo ejus typum venerabilem et salutarem existimas? Cujus autem typus adorandus est et salutaris, qui potest archetypum ipsum despici et extenuari?

ΕΡΑΝ. Οὐκ εὐτελὲς ἡγοῦμαι τὸ σῶμα, ἀλλὰ διαιρεῖν ἀπὸ τῆς θεότητος οὐκ ἀνέχομαι.

C

ERAN. Non vile existimo corpus, sed (illud) divellere nolo a divinitate.

ΟΡΘ. Οὐδὲ ἡμεῖς, ὦ ἀγαθὲ, διαιροῦμεν τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ θεωροῦμεν τὰ τῶν φύσεων ἴδια. Καὶ σὺ δὲ δήπουθεν συνομολογήσεις αὐτίκα.

191 ORTH. Neque nos, o bone, dividimus unionem, sed naturarum propria consideramus. Tu vero eadem utique mox senties.

ΕΡΑΝ. Προφητικῶς ταῦτα προσαγορεύεις.

ERAN. Prophetice nimirum hæc dicis!

ΟΡΘ. Οὐ προφητικῶς, ἀλλ' εἰδὼς τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν. Ἀλλά μοι ἀπόκριναι καὶ τοῦτο προσερωτῶντι· Ὅταν ἀκούσῃς τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα, » τῆς σαρκὸς ταῦτα λέγεις, ἢ τῆς θεότητος ἴδια;

ORTH. Non prophetice, sed quia veritatis vim perspectam habeo. Sed mihi responde hoc etiam interroganti: quando audis Dominum dicentem: « Ego et Pater unum sumus [76]; » et: « Qui vidit me, vidit et Patrem [77], » dicisne hæc propria carnis esse, an divinitatis?

ΕΡΑΝ. Καὶ πῶς οἷόν τε κατ' οὐσίαν ἓν εἶναι τὴν σάρκα καὶ τὸν Πατέρα;

ERAN. Quomodo fieri potest, ut caro et Pater unum sint secundum substantiam?

ΟΡΘ. Τοιγαροῦν τῆς θεότητος ταῦτα δηλωτικά.

ORTH. Divinitatem ergo ista significant.

D

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ERAN. Verum est.

ΟΡΘ. Καὶ τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » καὶ τὰ τούτοις ὅμοια;

ORTH. Et illud: « In principio erat Verbum, et Deus erat Verbum [77'], » et his similia?

ΕΡΑΝ. Ὁμολόγηται.

ERAN. Fateor.

ΟΡΘ. Ὅταν δὲ πάλιν ἡ θεία Γραφὴ λέγῃ· « Ἰησοῦς δὲ κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκάθητο (26) οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ, » τίνος ὑπολεπτέον τὸν κόπον; τῆς θεότητος, ἢ τοῦ σώματος;

ORTH. Quando autem rursus dicit Scriptura sacra: « Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic ad fontem [78], » cujus existimanda est lassitudo? divinitatis an corporis?

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἀνέχομαι τὰ ἡνωμένα μερίζειν.

ERAN. Non audeo unita dividere.

ΟΡΘ. Τῇ θείᾳ οὖν, ὡς ἔοικε, φύσει προσαρμόττεις τὸν κόπον;

ORTH. Divinæ igitur, ut apparet, naturæ lassitudinem tribuis?

[76] Joan. x, 30. [77] Joan. xiv, 9. [77'] Joan. i, 1. [78] Joan. iv, 6.

(25) διά. Abundare videtur.

(26) ἐν. Recepta lectio, ἐκαθίζετο.

Digitized by Google

ERAN. Sic mihi videtur

ORTH. Sed manifeste prophetæ contradicis clamanti : « Non esuriet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus, qui dat esurientibus virtutem, et iis qui dolore non afficiuntur, tristitiam [79]. » Et post pauca : **192** « Qui præstolantur me, mutabunt virtutem, assument pennas sicut aquila, current, et non fatigabuntur, ambulabunt, et non deficient [80]. » Quomodo igitur is qui aliis donat ut nec egeant, nec defatigentur, ipse lassitudinem, et sitim famemque patiatur?

ERAN. Sæpe dixi, quod ut Deus impatibilis sit, et nullius rei egens : post incarnationem vero passiones pertulit.

ORTH. Divinitate passiones excipiens, an patibili naturæ permittens, ut secundum naturam passiones sustineret, et patiendo prædicaret, non phantasiam id esse quod apparebat, sed ex humana natura vere desumptum? Sic autem consideremus. Incircumscriptam divinam naturam dicimus?

ERAN. Certe.

ORTH. Natura autem incircumscripta a nullo circumscribitur.

ERAN. Utique non.

ORTH. Non ergo indiget transitione, cum ubique sit.

ERAN. Verum est.

ORTH. Quod vero transitione non indiget, neque ambulatione (indiget).

ERAN. Videtur.

ORTH Quod autem iter non facit, non defatigatur.

ERAN. Nequaquam.

ORTH. Non igitur defatigata est divina natura, cum sit incircumscripta, et ambulatione non egeat.

ERAN. Sed divina Scriptura Jesum defatigatum fuisse narrat. Jesus autem Deus est : « Unus enim Dominus Jesus Christus, per quem omnia [81]. »

193 ORTH. Quoniam igitur sacra Scriptura defatigatum ipsum dicit, et non defatigari, considerandum est quomodo hoc et quomodo illud uni personæ accommodari possit.

ERAN. Tu hoc ostende : tu enim is es, qui divisionis sermones nobis ingeris.

ORTH. Existimo vel Barbaro facile esse hoc discernere, quod, dissimilium naturarum unione concessa, Christi quidem persona propter unionem et hæc et illa recipiat, utrique autem naturæ convenientia tribuantur : incircumscriptæ videlicet indefatigabilem esse, transeunti vero et ambulanti defatigatio. Nam pedum proprium est ingredi, et nervorum nimio labore distendi.

ERAN. Has esse corporales affectiones in confesso est.

A EPAN. Ἐμοὶ οὕτως δοκεῖ.

ΟΡΘ. Ἀλλ' ἀντικρυς ἀντιφθέγγῃ τῷ προφήτῃ βοῶντι· « Οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ, διδοὺς τοῖς πεινῶσιν ἰσχὺν, καὶ τοῖς μὴ ὀδυνωμένοις λύπην. » Καὶ μετ' ὀλίγα. « Οἱ δὲ ὑπομένοντές με ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετός· δραμοῦνται, καὶ οὐ κοπιάσουσι· βαδιοῦνται, καὶ οὐ πεινάσουσι. » Πῶς τοίνυν ὁ τὸ ἀνενδεές τε καὶ ἄπονον τοῖς ἄλλοις δωρούμενος, αὐτὸς τοῦ κόπου τὸ πάθος, καὶ τῆς δίψης, καὶ τῆς πείνης ὑπέμεινεν;

EPAN. Πολλάκις εἶπον, ὅτι ὡς Θεὸς ἀπαθής ἐστι καὶ ἀνενδεής· μετὰ δὲ τὴν σάρκωσιν, ἠνέσχετο τῶν παθῶν.

ΟΡΘ. Τῇ θεότητι τὰ πάθη δεχόμενος, ἢ τῇ παθητῇ φύσει παραχωρῶν κατὰ φύσιν ὑπομένειν τὰ πάθη, καὶ κηρύττειν τῷ πάσχειν, ὡς οὐ φαντασία τὸ φαινόμενον, ἀλλ' ἀληθῶς ἐκ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰλημμένον; Σκοπήσωμεν δὲ οὕτως. Ἀπερίγραφον τὴν θείαν φύσιν φαμέν;

EPAN. Ναιχί.

ΟΡΘ. Ἡ δὲ ἀπερίγραφος φύσις ὑπ' οὐδενὸς περιγράφεται.

EPAN. Οὐ γὰρ οὖν.

ΟΡΘ. Οὐ τοίνυν δεῖται μεταβάσεως· πανταχοῦ γάρ ἐστιν.

EPAN. Ἀληθές

ΟΡΘ. Τὸ δὲ (27) μεταβάσεως οὐ δεόμενον, οὐδὲ βαδίσεως

EPAN. Φαίνεται.

ΟΡΘ. Τὸ δὲ μὴ βαδίζον οὐ κοπιᾷ.

EPAN. Οὐδαμῶς.

ΟΡΘ. Οὐκ ἄρα κεκοπίακεν ἡ θεία φύσις, ἀπερίγραφος οὖσα, καὶ μὴ δεομένη βαδίσεως.

EPAN. Ἀλλ' ἡ θεία Γραφὴ κεκοπιακέναι τὸν Ἰησοῦν ἱστορεῖ, Θεὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς· « εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. »

ΟΡΘ. Ἐπειδὴ τοίνυν κεκοπιακέναι αὐτὸν καὶ μὴ κοπιᾷν ἡ θεία λέγει Γραφὴ, σκοπητέον πῶς μὲν τοῦτο, πῶς δὲ ἐκεῖνο τῷ ἑνὶ προσώπῳ δυνατὸν προσαρμῶσαι.

EPAN. Σὺ τοῦτο δεῖξον· σὺ γὰρ τοὺς τῆς διαιρέσεως ἡμῖν εἰσκομίζεις λόγους.

ΟΡΘ. Οἶμαι τοῦτο καὶ Βαρβάρῳ ῥᾴδιον διαγνῶναι, ὡς τῆς τῶν ἀνομοίων φύσεων ὁμολογηθείσης ἑνώσεως, δέχεται μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῦτα κἀκεῖνα διὰ τὴν ἕνωσιν, ἑκατέρᾳ δέ γε φύσει τὰ πρόσφορα προσαρμόττεται, τῇ μὲν ἀπεριγράφῳ τὸ ἄκοπον (28), τῇ δὲ μεταβαινούσῃ καὶ βαδιζούσῃ ὁ κόπος. Ποδῶν γὰρ ἴδιον τὸ βαδίζειν, καὶ νεύρων τὸ τῷ πλείονι διατείνεσθαι πόνῳ.

EPAN. Ὁμολόγηται ταῦτα σωματικὰ εἶναι παθήματα.

[79] Isa. XL, 28, 29. [80] Ibid. 31. [81] I Cor. VIII, 6.

(27) δέ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.

(28) ἄκ. Ita scribere non dubitavimus, etsi edit. Rom. et Lips. cum lectione Sirm. ἄτοπον consentiant. Quæ proxime sequuntur, satis commendabunt nostram correctionem.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Ἀληθὴς ἄρα ἡ πρόῤῥησις ἐκείνη, ἣν ἐγὼ A μὲν ἐποιησάμην, σὺ δέ γε ἐκωμῴδησας (29). Ἰδοὺ γὰρ ἡμῖν ὑπέδειξας, τίνα μὲν ἀνθρωπότητι, τίνα δὲ προσήκει θεότητι.

ΕΡΑΝ. Ἀλλ' οὐκ εἰς δύο τὸν ἕνα διεῖλον υἱούς.

ΟΡΘ. Οὐδὲ ἡμεῖς τοῦτο δρῶμεν, ὦ φίλος, ἀλλ' εἰς τὸ διάφορον ἀφορῶντες τῶν φύσεων, σκοποῦμεν εἰ μὲν πρέπον θεότητι, τί δὲ ἁρμόδιον σώματι.

ΕΡΑΝ. Οὐκ ἐδίδαξεν ἡμᾶς οὕτω διαιρεῖν ἡ θεία Γραφή· ἀλλὰ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἰρηκε τεθνάναι. Οὕτω γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἔφη· « Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Καὶ τὸν Κύριον εἰρηκεν ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι· « Ὁ γὰρ Θεὸς, φησὶ, καὶ τὸν Κύριον ἐξήγειρε. »

ΟΡΘ. Ὅταν οὖν ἡ θεία λέγῃ Γραφή· « Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ, » καὶ τὴν ψυχὴν εἴποι ἄν τις μετὰ τοῦ σώματος παραδεδόσθαι ταφῇ ;

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ΟΡΘ. Καὶ ὅταν ἀκούσῃς Ἰακὼβ τοῦ πατριάρχου λέγοντος· « Θάψατέ με μετὰ τῶν πατέρων μου, » περὶ σώματος, ἢ περὶ ψυχῆς ταῦτα εἰρῆσθαι τοπάζεις ;

ΕΡΑΝ. Δῆλον, ὡς περὶ σώματος.

ΟΡΘ. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΡΑΝ. « Ἐκεῖ ἔθαψαν Ἀβραὰμ, καὶ Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· » καὶ· « Ἐκεῖ ἔθαψαν Ἰσαὰκ (30), καὶ Ῥεβέκκαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· » καί· « Ἐκεῖ ἔθαψαν (31) Λείαν. »

ΟΡΘ. Οὐδ' ἐν τούτοις, οἷς νῦν ἀνέγνως, σώματος ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφή· ἀλλὰ διὰ τῶν ὀνομάτων τὴν ψυχὴν ὁμοῦ καὶ τὸ σῶμα ἐδήλου. Ἡμεῖς μέντοι διαιροῦμεν ὀρθῶς, καί φαμεν τὰς ψυχὰς ἀθανάτους εἶναι, μόνα δὲ τῶν πατριαρχῶν τὰ σώματα ἐν τῷ διπλῷ κατατεθῆναι σπηλαίῳ.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ΟΡΘ. Καὶ ὅταν ἀκούσωμεν τῆς τῶν Πράξεων ἱστορίας διηγουμένης, ὡς ὁ Ἡρώδης ἀνεῖλεν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ, ἥκιστα καὶ τὴν ψυχὴν νομιοῦμεν τεθνάναι.

ΕΡΑΝ. Πῶς γὰρ οἵ γε τῆς Δεσποτικῆς παραινέσεως μεμνημένοι· « Μὴ φοβῆσθε, λεγούσης, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων D ἀποκτεῖναι ; »

ΟΡΘ. Οὐ σοι δοκεῖ δυσσεβὲς εἶναι καὶ σχέτλιον, τῶν μὲν ἀνθρωπίνων ὀνομάτων ἀκούοντας, μὴ ἀεὶ ψυχὴν ὁμοῦ καὶ σῶμα νοεῖν, μηδὲ (32) θανάτου πέρι καὶ τάφου τῆς Γραφῆς διηγουμένης, συμπεριλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τῷ σώματι μόνῳ προσήκειν νομίζειν, τὴν δὲ τῆς ψυ-

ORTH. Vera est igitur illa prædictio, quam ego protuli, tu vero ludificatus es. Ecce enim nobis ostendisti, quænam divinitati, et quænam humanitati conveniant.

ERAN. Sed unum in duos filios non divisi.

ORTH. Neque nos hoc facimus, o amice ; sed ad naturarum differentiam respicientes, consideramus quid deceat divinitatem, et quid corpori conveniat.

ERAN. Non locuit nos sic distinguere sacra Scriptura, sed Filium Dei mortuum esse dixit. Sic enim ait Apostolus : « Si enim, cum inimici essemus, reconciliati **194** sumus Deo per mortem Filii ejus [82]. » Et Dominum ex mortuis suscitatum esse dixit. « Deus enim, inquit, et Dominum suscitavit [83]. »

ORTH. Quando igitur divina Scriptura dicit : « Curaverunt autem Stephanum viri pii, et fecerunt planctum magnum super eum [84], » num animam dixerit quisquam una cum corpore sepulturæ mandatam?

ERAN. Sane non.

ORTH. Et cum audis Jacobum patriarcham dicentem : « Sepelite me cum patribus meis [85], » de corpore an de anima hæc dicta esse conjicis?

ERAN. Clarum est, quod de corpore.

ORTH. Lege porro etiam ea quæ sequuntur.

ERAN. « Ibi sepelierunt Abrahamum, et Saram uxorem ejus [86]; » et : « Ibi sepelierunt Isaacum, et Rebeccam uxorem ejus [86a]; » et : « Ibi sepelierunt Liam [87]. »

ORTH. Nec in his quæ jam recitasti, corporis mentionem fecit sacra Scriptura : sed usa est nominibus, quæ animam simul et corpus significant. Nos vero recte ista dividimus, et dicimus animas quidem esse immortales, sola vero corpora patriarcharum in spelunca duplici esse deposita.

ERAN. Verum est.

ORTH. Et quando Actuum historiam audimus narrantem [87a], quod Herodes interfecerit Jacobum fratrem Joannis gladio, certe non putabimus animam quoque mortuam.

195 ERAN. Quomodo enim qui cohortationis Dominicæ meminerimus, dicentis : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [88] ? »

ORTH. Annon impium tibi videtur et absurdum, humana nomina audientes non semper animam et simul corpus intelligere, nec cum Scriptura de morte et sepultura loquitur, cum corpore animam cogitatione complecti, sed corpori soli hæc convenire arbitrari, et animæ immortalitatem Domini doctrinæ

[82] Rom. v, 10. [83] Act. xiii, 30. [84] Act. viii, 2. [85] Gen. xlix, 29. [86] Ibid. 31. [86a] Ibid. [87] Ibid. [87a] Act. xii, 2. [88] Matth. x 28.

(29) ἐκ. Edit. Rom. et Lips. ὑκοδόμησας. Lectio non spernenda.

(30) Ἰσ. Ita ex ed. Rom. et Lips. emendanda fuit lectio prior Ἰακώβ.

(31) ἔθ. Præstat lectio cod. Alex. ἔθαψα.

(32) μηδέ. Ed. Rom. et Lips. ex superioribus repetit νοεῖν.

Digitized by Google

credendo nosse : Filii vero Dei passionem audientes non idem facere, sed corporis quidem, cui competit passio, nullam mentionem facere, divinam vero naturam, quæ est impatibilis et immutabilis et immortalis, vere mortalem et patibilem pronuntiare : idque cum sciant, quod si pati potuisset Dei Verbi natura, supervacanea fuerit corporis assumptio?

ERAN. Ex sacra Scriptura Filium Dei passum esse didicimus.

ORTH. Verum divinus Apostolus passionem interpretatur, et ostendit naturam quæ passa est.

ERAN. Hoc igitur quam primum ostende, et dirime controversiam.

ORTH. An ignoras locum illum Epistolæ ad Hebræos scriptæ, ubi sic loquitur divinus Apostolus : « Propter quam causam non pudet eum fratres eos vocare, cum dicit : « Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio **196** ecclesiæ laudabo te [89]; » et iterum : « Ecce ego et pueri quos mihi dedit Deus [90]. »

ERAN. Hæc scio : sed in his nihil est eorum quæ te ostensurum pollicitus es.

ORTH. Declarant sane et ista quod me ostensurum promiseram. Fraternitatis enim nomen cognationem significat, cognationem vero assumpta natura conciliavit, assumptio autem impatibilitatem divinitatis aperte declarat. Ut autem clarius hoc ipsum te doceam, lege sequentia.

ERAN. « Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, ipse quoque eorumdem similiter fuit particeps, ut per mortem eum destrueret qui habebat mortis imperium, et eos liberaret, qui timore mortis per totam vitam erant obnoxii servituti [91]. »

ORTH. Declaratione, opinor, ista non egent. Dispensationis enim mysterium aperte docent.

ERAN. In his nihil vidi eorum quæ te demonstraturum esse receperas.

ORTH. At diserte nos docuit divinus Apostolus, quod hominum naturam miseratus Conditor, non solum acerbe raptam a morte, sed tota vita hujus servituti addictam, per corpus corporibus resurrectionem procurarit, et per mortalem naturam mortis potentiam destruxerit. Cum enim haberet ipse naturam immortalem, juste voluit abolere mortis imperium, assumptis ex iis qui morti obnoxii erant **197** primitiis : et has immaculatas servans, peccatique expertes, morti quidem permisit, ut has quoque abriperet, et suam inexplebilem expleret ingluviem : sed propter (summam) illius in has injuriam, etiam alios ab injusta ejus tyrannide libe-

[89] Hebr. II, 11, 12. [90] Ibid. 13. [91] Ibid. 14, 15.

χῆς ἀθανασίαν εἰδέναι, τῇ τοῦ Κυρίου διδασκαλίᾳ πιστεύοντας (33) · τοῦ δὲ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ πάθος ἀκούοντας (34), μηδὲ τοῦτο ποιεῖν · ἀλλὰ τοῦ μὲν σώματος, ᾧ προσήκει τὸ πάθος, ἥκιστα μνημονεύειν, τὴν δὲ θείαν φύσιν, τὴν ἀπαθῆ, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀθάνατον, θνητὴν τῷ λόγῳ καὶ παθητὴν ἀποφαίνειν · καὶ ταῦτα εἰδότας, ὡς εἴπερ οἷα τε παθεῖν ἦν ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσις, περιττὴ τοῦ σώματος ἡ πρόσληψις ἦν ;

EPAN. Παρὰ τῆς θείας Γραφῆς μεμαθήκαμεν, ὡς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸ πάθος ὑπέμεινεν.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἑρμηνεύει τὸ πάθος, καὶ τὴν πεπονθυῖαν ἐπιδείκνυσι φύσιν.

EPAN. Δεῖξον τοίνυν ὡς τάχιστα, καὶ λύσον τὴν ἀμφισβήτησιν.

ΟΡΘ. Οὐκ οἶσθα τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῆς πρὸς Ἑβραίους γραφείσης Ἐπιστολῆς, ἔνθα φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος · « Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων · Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου · ἐν μέσῳ ἐκκλησίας (35) ὑμνήσω σε · » καὶ πάλιν · « Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. »

EPAN. Οἶδα ταῦτα, ἀλλ' οὐδέν ἐστιν ἐν τούτοις ὧν ἀποδείξειν ὑπέσχου.

ΟΡΘ. Ὑποφαίνει μὴν καὶ ταῦτα ὅπερ δείξειν ἐπηγγειλάμην. Τὸ γὰρ τῆς ἀδελφότητος ὄνομα δηλοῖ συγγένειαν, τὴν δὲ συγγένειαν ἡ προσληφθεῖσα φύσις εἰργάσατο · ἡ δὲ πρόσληψις ἀναφανδὸν κηρύττει τὸ τῆς θεότητος ἀπαθές. Ἵνα δέ σε τοῦτο διδάξω σαφέστερον, ἀνάγνωθι τὰ ἑξῆς.

EPAN. « Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, παραπλησίως καὶ αὐτὸς μετέσχηκε (36) τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου (37), καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. »

ΟΡΘ. Οἶμαι ταῦτα σαφηνείας μὴ δεῖσθαι · σαφῶς γὰρ διδάσκει τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον.

EPAN. Ὧν ἐπηγγείλω δείξειν ἐν τούτοις οὐδὲν ἑώρακα.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν διαῤῥήδην ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὡς οἰκτείρας τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ὁ Ποιητής, οὐ μόνον ἁρπαζομένην ὑπὸ τοῦ θανάτου πικρῶς, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν τῷδε δεδουλωμένην (38), διὰ σώματος τοῖς σώμασιν ἐπραγματεύσατο τὴν ἀνάστασιν, καὶ διὰ φύσεως θνητῆς κατέλυσε τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἀθάνατον εἶχε τὴν φύσιν, ἐβουλήθη δικαίως παῦσαι τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἐκ τῶν ὑποκειμένων τῷ θανάτῳ λαβὼν ἀπαρχήν · καὶ ταύτην ἄμωμον φυλάξας, καὶ ἁμαρτίας ἀμύητον, παραχωρεῖ μὲν τῷ θανάτῳ, καὶ ταύτην ἁρπάσαι, καὶ τὴν ἀπληστίαν ἀνεμπλῆσαι · διὰ δὲ τὴν

(33) πιστ. Ib. πιστεύοντες.
(34) ἀκ. Ibid. ἀκούοντες.
(35) Ed. Rom. et Lips. ἐκκλησίᾳ.
(36) Loco cit. est, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε.
(37) θαν. Desunt h. l. quæ ibi sequuntur, τουτέστι τὸν διάβολον.
(38) Edit. Rom. et Lips. τῷδε εἶδε δουλωμένην, pro τῷ δέει δεδουλωμένην, ut suspicor.

Digitized by Google

κατὰ ταύτης ἀδικίαν, καὶ τὴν κατὰ τῶν ἄλλων ἄδικον ἔπαυσε τυραννίδα. Τὴν γὰρ ἀδίκως καταποθεῖσαν ἀπαρχὴν ἀναστήσας, ἀκολουθῆσαι ταύτῃ παρασκευάσει τὸ γένος. Ταύτην τοῖς ἀποστολικοῖς ῥητοῖς παράθες τὴν ἑρμηνείαν, καὶ ὄψει τὴν τῆς θεότητος ἀπάθειαν.

A ravit. Primitias enim injuste absorptas resuscitans, ut has totum genus sequatur efficiet. Hanc expositionem confer cum verbis apostolicis, et divinitatis impatibilitatem videbis.

ΕΡΑΝ. Οὐδὲν ἐν τοῖς ἀναγνωσθεῖσι ῥητοῖς περὶ τῆς θείας ἀπαθείας δεδήλωται.

ERAN. Nihil in iis quæ lecta sunt de divina impatibilitate demonstratum est.

ΟΡΘ. Τὸ οὖν φάναι τὸν Θεῖον Ἀπόστολον, διὰ τοῦτο τοῖς παιδίοις αὐτὸν κεκοινωνηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, οὐ σαφῶς δηλοῖ τὸ τῆς θεότητος ἀπαθὲς, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς παθητὸν, καὶ ὡς παθεῖν τῆς θείας μὴ δυναμένης φύσεως, ἔλαβε τὴν παθεῖν δυναμένην, καὶ διὰ ταύτης ἔλυσε τοῦ διαβόλου τὸ κράτος;

ORTH. Annon, quod ait divinus Apostolus, propterea cum pueris illum participem esse factum carnis et sanguinis, ut per mortem eum destrueret qui mortis habebat imperium, impatibilem divinitatem, patibilem vero carnem perspicue declarat, et quod cum pati natura divina non posset, eam quæ pati poterat assumpserit, et per hanc destruxerit imperium diaboli?

B

ΕΡΑΝ. Πῶς διὰ τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ διαβόλου τὸ κράτος ἔλυσε, καὶ τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν;

ERAN. Quomodo per carnem, et diaboli imperium destruxit, et mortis potentiam?

ΟΡΘ. Τίσιν ὅπλοις ἐξ ἀρχῆς χρησάμενος ὁ διάβολος, ἐξηνδραπόδισε τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν;

ORTH. Quibus armis usus ab initio diabolus in servitutem redegit hominum naturam?

ΕΡΑΝ. Διὰ τῆς ἁμαρτίας αἰχμάλωτον ἔλαβε τὸν τοῦ παραδείσου καταστάντα πολίτην.

ERAN. Per peccatum captivum abduxit eum, qui civis paradisi fuerat constitutus.

ΟΡΘ. Τίνα δὲ τῇ τῆς ἐντολῆς παραβάσει ζημίαν ὥρισεν ὁ Θεός;

ORTH. Præcepti vero transgressioni quam pœnam constituit Deus?

ΕΡΑΝ. Θάνατον.

ERAN. Mortem.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν μήτηρ μὲν τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία, ταύτης δὲ πατὴρ ὁ διάβολος.

ORTH. Ergo mortis quidem mater est peccatum, hujus vero pater diabolus.

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ERAN. Verum est.

198 ΟΡΘ. Ὑπὸ ταύτης οὖν ἐπολεμεῖτο τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. Αὕτη γὰρ δουλουμένη τοὺς πειθομένους, καὶ τῷ παμπονήρῳ προσῆγε πατρὶ, καὶ παρέπεμπε τῷ πικροτάτῳ κυήματι.

ORTH. A peccato igitur oppugnabatur hominum natura. Hoc enim in servitutem redigens obsequentes, et ad pessimum patrem adducebat, et acerbissimæ proli transmittebat.

C

ΕΡΑΝ. Φαίνεται.

ERAN. Patet.

ΟΡΘ. Εἰκότως ἄρα ὁ Ποιητὴς, ἑκατέραν δυναστείαν καταλῦσαι θελήσας, τὴν ὑπὸ τούτων πολεμουμένην ἀνέλαβε φύσιν, καὶ πάσης αὐτὴν ἁμαρτίας διατηρήσας ἀμύητον, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐλευθέραν ἀπέφηνε, καὶ τοῦ διαβόλου τὸ κράτος διὰ ταύτης κατέλυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων ὁ θάνατος ἦν, τὸ δὲ σῶμα τὸ Κυριακὸν οὐκ ἔχον ἁμαρτίας κηλῖδα, ὃ παρὰ τὸν θεῖον νόμον ὁ θάνατος ἀδίκως ἐξήρπασεν, ἀνέστησε μὲν πρῶτον τὸ παρανόμως κατασχεθέν· ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐνδίκως καθειργμένοις ὑπέσχετο τὴν ἀπαλλαγήν.

ORTH. Jure ergo utramque potentiam delere volens Creator, ab his oppugnatam suscepit naturam, quam ab omni peccato conservans immunem, et a diaboli tyrannide liberam præstitit, et per eam diaboli destruxit imperium. Cum enim eorum qui peccarant pœna mors esset, corpus vero Dominicum, peccati labem non habens, contra legem divinam mors rapuisset, suscitavit primum quidem quod injuste detinebatur, deinde aliis etiam juste detentis liberationem promisit.

ΕΡΑΝ. Καὶ πῶς δίκαιον εἶναί σοι δοκεῖ, τὰ δικαίως τῷ θανάτῳ παραδοθέντα σώματα τῷ παρανόμως κατασχεθέντι κοινωνῆσαι τῆς ἀναστάσεως;

D ERAN. Quomodo justum tibi videtur corpora, quæ juste morti tradita sunt, cum eo quod contra leges detinebatur, resurrectionem participare?

ΟΡΘ. Σοὶ δὲ πῶς εἶναι δίκαιον φαίνεται, τοῦ Ἀδὰμ παραβεβηκότος τὴν ἐντολὴν, ἀκολουθῆσαι τῷ προγόνῳ τὸ γένος;

ORTH. Tibi autem quomodo justum esse videtur, cum Adamus mandatum violaverit, subsequi posteros progenitorem?

ΕΡΑΝ. Εἰ καὶ μὴ τῆς παραβάσεως ἐκείνης ἐκοινώνησε τὸ γένος, ἀλλ' οὖν ἑτέρας ἁμαρτάδας ἐξήμαρτε, καὶ τούτου χάριν τοῦ θανάτου μετέλαβεν.

ERAN. Etiamsi peccati illius progenies particeps non fuerit, tamen alia peccata perpetravit, et hanc ob causam mortem subiit.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν, οὐχ ἁμαρτωλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιοι, καὶ πατριάρχαι, καὶ προφῆται, καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἐν διαφόροις εἴδεσιν ἀρετῆς διαλάμψαντες, ὑπὸ τὰς ἄρκυς τοῦ θανάτου γεγένηνται.

ORTH. At non soli peccatores, sed etiam justi, et patriarchæ, et prophetæ, et apostoli, et qui variis virtutum generibus illustres fuerunt, in mortis laqueos inciderunt.

ΕΡΑΝ. Πῶς γὰρ οἷόν τε ἀθανάτους διαμεῖναι τοὺς ἐν θνητῶν πατέρων βλαστήσαντας; Ὁ γὰρ Ἀδὰμ,

ERAN. Quomodo fieri potuit ut immortales permanerent qui ex mortalibus parentibus orti fue-

Digitized by Google

rant? Nam Adam, post transgressionem, et divinam sententiam, **199** mortis imperio subditus, uxorem cognovit, et pater appellatus est. Mortalis autem cum esset, mortalium pater factus est. Jure igitur omnes, qui mortalem sortiti sunt naturam, progenitorem sequuntur.

ORTH. Optime nobis ostendisti causam, cur mortis simus participes. Quare hoc ipsum quoque dandum est de resurrectione. Oportet enim convenientiam esse morbi et remedii. Quemadmodum enim principe generis condemnato, universum genus simul condemnatum est : ita cum Salvator maledictionem solvisset, natura quoque libertatem recuperavit. Et quemadmodum Adamum ad inferos descendentem secuti sunt omnes ejusdem naturæ socii : ita cum Christo Domino resurgente particeps vivificationis erit universa hominum natura.

ERAN. Demonstrative, et non affirmative tantum, proponenda sunt Ecclesiæ dogmata. Ostende igitur sacram Scripturam hæc docere.

ORTH. Audi Apostolum ad Romanos scribentem, et hæc per illos omnes homines docentem : « Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in multos abundavit, et non sicut per unum qui peccavit, donum. Nam judicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ **200** et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum [94.95]. » Et iterum : « Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem : sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi : ita etiam per obedientiam unius justi constituentur multi [96]. » Et Corinthiis de resurrectione verba faciens, summatim ipsis aperit mysterium dispensationis. « Nunc autem, inquit, Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium : quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur [97]. » Ecce tibi etiam ex divinis eloquiis demonstrationes attuli. Vide igitur quæ Christi sunt cum iis quæ sunt Adami comparata, cum morbo medicinam, cum vulnere pharmacum, cum peccato divitias justitiæ, cum maledictione benedictionem, cum condemnatione remissionem, cum transgressione observationem, cum morte vitam, cum inferis regnum, cum Adamo Christum, hominem cum homine. Quanquam non homo solum, sed etiam Deus æternus est Christus Dominus : sed ex assumpta natura eum nominavit divinus Apostolus, quia secundum hanc comparavit Adamum ' (cum

A μετὰ τὴν παράβασιν, καὶ τὴν θείαν ἀπόφασιν, ὑπὸ τὴν τοῦ (39) θανάτου δυναστείαν τελέσας, ἔγνω τὴν γυναῖκα, καὶ πατὴρ ἐχρημάτισεν. Θνητὸς τοίνυν γεγονὼς, θνητῶν κατέστη πατήρ. Εἰκότως τοίνυν ἅπαντες θνητὴν εἰληφότες φύσιν, ἕπονται τῷ προπάτορι.

ΟΡΘ. Ἄριστα ἡμῖν τῆς τοῦ θανάτου κοινωνίας τὴν αἰτίαν ἐπέδειξας. Ταὐτὸ τοίνυν τοῦτο δοτέον καὶ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως. Χρὴ γὰρ πρόσφορον εἶναι τῷ πάθει τὸ φάρμακον. Ὥσπερ γὰρ τοῦ γενεάρχου καταχριθέντος ἅπαν συγκατεκρίθη τὸ γένος, οὕτως τοῦ Σωτῆρος λύσαντος τὴν ἀρὰν, ἀπήλαυσεν τῆς ἐλευθερίας ἡ φύσις. Καὶ καθάπερ κατελθόντι τῷ Ἀδὰμ εἰς τὸν ᾅδην ἠκολούθησαν οἱ μετασχόντες τῆς φύσεως, οὕτως ἀναστάντι τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ κοινωνήσει τῆς ἀναβιώσεως πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις.

EPAN. Ἀποδεικτικῶς, οὐκ ἀποφαντικῶς, χρὴ λέγειν τῆς Ἐκκλησίας τὰ δόγματα. Δεῖξον τοίνυν ταῦτα διδάσκουσαν τὴν θείαν Γραφήν.

ΟΡΘ. Ἄκουσον τοῦ Ἀποστόλου Ῥωμαίοις γράφοντος, καὶ ταῦτα δι' ἐκείνων πάντας ἀνθρώπους διδάσκοντος· « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ, ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν, καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τῆς δωρεᾶς, καὶ (40) τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἄρα οὖν, ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. » Καὶ Κορινθίοις δὲ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως προσφέρων λόγον, ἐν κεφαλαίῳ τὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοῖς ἀποκαλύπτει μυστήριον, καί φησι· « Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ἰδού σοι καὶ ἐκ τῶν θείων λογίων τὰς ἀποδείξεις παρήγαγον. Βλέπε τοίνυν τοῖς τοῦ Ἀδὰμ τὰ τοῦ Χριστοῦ παρεξεταζόμενα, τῇ νόσῳ τὴν θεραπείαν, τῷ ἕλκει τὸ φάρμακον, τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς δικαιοσύνης τὸν πλοῦτον, τῇ ἀρᾷ τὴν εὐλογίαν, τῇ κατακρίσει τὴν ἄφεσιν, τῇ παραβάσει τὴν τήρησιν, τῇ τελευτῇ τὴν ζωὴν, τῷ ᾅδῃ τὴν βασιλείαν, τῷ Ἀδὰμ τὸν Χριστὸν, τῷ ἀνθρώπῳ τὸν ἄνθρωπον. Καίτοι οὐκ ἀν-

[94.95] Rom. v, 15-17. [96] Ibid. 18, 19. [97] I Cor. xv, 20-22.

(39) τοῦ. Ex edit. Rom. et Lips. suppletum.
(40) καί. Eadem Particula,, quæ juxta receptam lectionem ab h. l. abest, additur a Nostro t. III, p. 58.

Digitized by Google

θρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεὸς προαιώνιος ὁ Δεσπότης Χριστός· ἀλλ' ἐκ τῆς ληφθείσης αὐτὸν ὠνόμασε φύσεως ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐπειδὴ ταύτῃ τὰ κατὰ τὸν Ἀδὰμ παρεξήτασε. Ταύτης γὰρ ἡ δικαίωσις, ταύτης ἡ πάλη, ταύτης ἡ νίκη, ταύτης τὰ πάθη, ταύτης ὁ θάνατος, ταύτης ἡ ἀνάστασις, ταύτης κοινωνοῦμεν τῆς φύσεως, ταύτῃ συμβασιλεύσουσιν (41) οἱ τῆς βασιλείας τὴν πολιτείαν προμελετήσαντες. Ταύτῃ δὲ εἶπον, οὐ τὴν θεότητα χωρίζων, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος τὰ ἴδια λέγων.

A Christo). Hujus enim est justificatio, hujus lucta, hujus victoria, hujus passiones, hujus mors, hujus resurrectio, hujus sumus naturæ **201** participes, cum hac regnabunt qui se ad convenientem illi regno vitæ rationem præpararint. Secundum hanc autem dixi, non divinitatem separans, sed humanitatis propria recensens.

ΕΡΑΝ. Πολλοὺς περὶ τούτου διεξελήλυθας λόγους, καὶ γραφικαῖς αὐτοὺς ὠχύρωσας μαρτυρίαις. Εἰ τοίνυν τῆς σαρκὸς ἀληθῶς τὸ πάθος, πῶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοᾷ τὴν θείαν φιλανθρωπίαν ὑμνῶν· « Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν; » Ποῖον υἱὸν ἔφη παραδεδόσθαι;

ERAN. Hac de re multa disseruisti, et Scripturæ testimoniis ea confirmasti. Si ergo vere carnis est passio, quomodo clamat divinus Apostolus, Dei erga homines amorem laudans : « Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum [96]? » Quem filium dicit traditum esse?

B

ΟΡΘ. Εὐφήμει, ἄνθρωπε· εἷς γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱός· οὗ δὴ ἕνεκα Μονογενὴς προσηγόρευται.

ORTH. Bona verba, o homo. Unus enim Dei Filius est ; eamque ob causam Unigenitus appellatur.

ΕΡΑΝ. Εἰ τοίνυν εἷς ἐστιν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτὸν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἴδιον Υἱὸν προσηγόρευσεν.

ERAN. Si ergo unus est Dei Filius, ipsum divinus Apostolus proprium Filium appellavit.

ΟΡΘ. Ἀληθές.

ORTH. Verum est.

ΕΡΑΝ. Αὐτὸν οὖν ἄρα ἔφη παραδεδόσθαι.

ERAN. Ipsum ergo traditum fuisse ait.

ΟΡΘ. Αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἀσώματον, ὡς πολλάκις ὡμολογήσαμεν.

ORTH. Ipsum, sed non incorporeum, ut sæpe confessi sumus.

ΕΡΑΝ. Ὡμολογήθη πολλάκις σῶμα αὐτὸν καὶ ψυχὴν εἰληφέναι.

ERAN. Sæpe confessi sumus ipsum corpus et animam sumpsisse.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν περὶ τῶν σώματι συμβεβηκότων ὁ Ἀπόστολος εἴρηκεν.

ORTH. De iis igitur Apostolus dixit, quæ corpori conveniunt.

ΕΡΑΝ. Ἐναργῶς ἄγαν ὁ Ἀπόστολος κέκραγεν· C « Ὅσγε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο. »

ERAN. Apertissime exclamavit divinus Apostolus, « Qui proprio Filio non pepercit. »

ΟΡΘ. Οταν οὖν ἀκούσῃς τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ λέγοντος· « Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου ἀγαπητοῦ δι' ἐμὲ, » ἐσφάχθαι λέγεις τὸν Ἰσαάκ;

ORTH. Quando igitur Deum audis dicentem Abrahamo : « Quia non pepercisti filio tuo unigenito propter me [97], » jugulatum Isaacum fuisse dicis?

ΕΡΑΝ. Οὐ δῆτα.

ERAN. Nequaquam

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ὁ Θεὸς ἔφη τὸ, « οὐκ ἐφείσω· » ἀληθὴς δὲ ὁ τῶν ὅλων Θεός.

ORTH. Et tamen Deus dixit : « Non pepercisti, » verax autem est universorum Deus.

ΕΡΑΝ. Τῇ προθυμίᾳ τοῦ Ἀβραὰμ τὸ, « οὐκ ἐφείσω, » συνήρμοσται· ἐκείνῃ γὰρ ὥρμησεν ἱερεῦσαι τὴν παῖδα, ἀλλ' ὁ Θεὸς διεκώλυσεν.

202 ERAN. Prompto Abrahæ animo illud, « non pepercisti » tributum est : illo enim ad immolandum filium impulsus est, sed Deus prohibuit.

ΟΡΘ. Ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ οὐκ ἠνέσχου τοῦ γράμματος, ἀλλ' ἀναπτύξας τοῦτο, τὴν διάνοιαν ἐσαφήνισας· οὕτω καὶ τῆς ἀποστολικῆς D ῥήσεως ἐρεύνησον τὸν σκοπόν. Ὄψει γὰρ οὐ τὴν θείαν φύσιν ἥκιστα τυχοῦσαν φειδοῦς, ἀλλὰ τὴν σάρκα, τὴν προσηλωθεῖσαν τῷ ξύλῳ· ῥάδιον δὲ κἂν τῷ τύπῳ κατιδεῖν τὴν ἀλήθειαν. Δοκεῖ τύπος εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ ἡ θυσία τῆς ὑπὲρ τοῦ κόσμου προσενεχθείσης ἱερουργίας;

ORTH. Quemadmodum ergo in Abrahæ historia non adhæsisti litteræ, sed ea explicata sententiam declarasti : sic etiam apostolici dicti scopum scrutare. Videbis enim non divinam naturam, sed carnem ligno affixam, eam esse cui Deus minime pepercit. Facile autem est etiam in typo veritatem perspicere. Videturne Abrahæ sacrificium typus fuisse sacrificii quod pro mundo oblatum est?

ΕΡΑΝ. Οὐ πάντως· οὐδὲ γὰρ κανόνα ποιοῦμαι δογμάτων τὰ πανηγυρικῶς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις λεγόμενα.

ERAN. Plane non. Nec enim dogmatum regulam ea statuo, quæ panegyrico more in Ecclesia dicuntur.

ΟΡΘ. Μάλιστα μὲν ἐχρῆν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλοις ἀκολουθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ τούτοις ἀντιτεί-

ORTH. Ecclesiæ doctores sequi maxime conveniebat : sed quoniam his adversaris, non recte id

[96] Rom. VIII, 32. [97] Gen. XXII, 16.

(41) συμβ. Editio prior habebat συμβασιλεύουσιν.

Digitized by Google

quidem, ipsum certe Salvatorem audi Judæis dicentem, « Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est [88]; » et considera quod diem Dominus passionem appellarit.

ERAN. Accipio Domini testimonium, et credo figuræ.

ORTH. Confer igitur figuram cum veritate, et videbis etiam in figura divinitatis impatibilitatem. Pater enim utrobique est, et dilectus Filius similiter hic atque illic, ferens uterque sacrificii materiam : ille enim ligna, hic vero crucem humeris portavit. Narrant etiam montis verticem utriusque sacrificii operatione decoratum esse, convenitque dierum et **203** noctium numerus, et posthæc resurrectio. Nam et Isaac, promptissima patris voluntate jugulatus, ex quo munificus Deus id fieri jusserat, tertio die typice ad benigni Domini vocem revixit : visusque est aries hærens inter vepres, et crucis imaginem præferens, qui pro puero jugulatus est [89]. Quod si hæc figura sunt veritatis, nec in figura cædem sustinuit Unigenitus, sed in ejus locum aries suffectus est, et altari impositus mysterium implevit sacrificii, cur hic etiam non carni passionem assignatis, et divinitatis impatibilitatem prædicatis?

ERAN. Tu quoque de hoc typo disserens Isaacum dixisti divina voce revixisse. Nihil ergo absurdi facimus, si figuræ veritatem accommodantes, Deum Verbum passum esse et revixisse prædicemus.

ORTH. Sæpe dixi, fieri non posse ut imago habeat omnia, quæ habet archetypum, quod hinc etiam facile est ediscere. Isaac enim et aries, quod ad naturarum quidem differentiam attinet, congruunt cum imagine : secundum divisionem autem separatarum subsistentiarum, non * conveniunt. Nos enim divinitatis et humanitatis talem prædicamus unionem, ut unam personam indivisam intelligamus, eumdemque Deum et hominem agnoscamus, visibilem et invisibilem, circumscriptum et incircumscriptum, et alia omnia, quæ divinitatem et humanitatem designant, uni personæ accommodamus. Quoniam igitur fieri non poterat, ut in ariete repræsentaretur resurrectio, cum rationis sit expers, et divina careat **204** imagine, partiuntur inter se mysterii dispensationis figuram, et ille quidem mortis, hic vero resurrectionis ostendit imaginem. Hoc autem ipsum etiam in Mosaicis sacrificiis deprehendimus. Nam et in illis quoque adumbratum salutaris passionis typum videre licet.

ERAN. Et quodnam Mosaicum sacrificium adumbrat veritatem?

A νεις, οὐκ εὖγε ποιῶν, αὐτοῦ γ' οὖν του Σωτῆρος ἄκουσον πρὸς Ἰουδαίους εἰρηκότος· « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη· » καὶ σκόπησον ὡς ἡμέραν ὁ Κύριος τὸ πάθος προσαγορεύει.

EPAN. Ἐδεξάμην τὴν Δεσποτικὴν μαρτυρίαν, καὶ πιστεύω τῷ τύπῳ.

ΟΡΘ. Παράθες τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον, καὶ ὄψει κἀν τῷ τύπῳ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Πατὴρ γὰρ κἀνταῦθα κἀκεῖ, καὶ υἱὸς ὡσαύτως ἀγαπητὸς κἀνταῦθα κἀκεῖ, καὶ φέρων ἑκάτερος τῆς θυσίας τὴν ὕλην. Ὁ μὲν γὰρ τὰ ξύλα, ὁ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμιζε. Φασὶ δὲ καὶ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρωνυχίαν ἱερουργίας ἑκατέρας ἀξιωθῆναι· συμφωνεῖ (42) καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν ἀριθμὸς, καὶ ἡ B μετὰ ταύτας ἀνάστασις. Καὶ γὰρ Ἰσαὰκ τῇ τοῦ Πατρὸς προθυμίᾳ κατασφαγεὶς ἐξ ἧσπερ ἡμέρας ὁ μεγαλόδωρος τοῦτο προσέταξε γενέσθαι, τῇ τρίτῃ τυπικῶς ἀνεβίω τῇ τοῦ φιλανθρώπου φωνῇ· ὤφθη δὲ κριὸς ἐξηρτημένος φυτοῦ, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν εἰκόνα δεικνὺς, ὃς ἀντὶ τοῦ παιδὸς ὑπέμεινε τὴν σφαγήν. Εἰ δὲ τύπος ταῦτα τῆς ἀληθείας, ἐν δὲ τῷ τύπῳ σφαγὴν οὐχ ὑπέμεινεν ὁ μονογενὴς, ἀλλὰ κριὸς ἀντεισήχθη, καὶ τῷ βωμῷ προσηνέχθη, καὶ τῆς ἱερουργίας πεπλήρωκε τὸ μυστήριον, τί δήποτε κἀνταῦθα μὴ τῇ σαρκὶ τὸ πάθος προσνέμετε, καὶ τῆς θεότητος τὴν ἀπάθειαν κηρύττετε;

EPAN. Καὶ σὺ τὰ περὶ τούτου τοῦ τύπου διηγουμενος, τὸν Ἰσαὰκ ἔφης ἀναβιῶναι τῇ θείᾳ φωνῇ. C Οὐδὲν τοίνυν ἀπεικὸς ποιοῦμεν, τῷ τύπῳ προσαρμόζοντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον πεπονθέναι καὶ ἀναβιῶναι κηρύττοντες.

ΟΡΘ. Πολλάκις ἔφην, ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν εἰκόνα πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει. Τοῦτο δὲ κἀντεῦθεν καταμαθεῖν εὐπετές. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ, καὶ ὁ κριὸς, κατὰ μὲν τὸ διάφορον τῶν φύσεων, τῇ εἰκόνι συμβαίνουσι, κατὰ δὲ τὸ διῃρημένον κεχωρισμένων τῶν ὑποστάσεων, οὐκ ἔτι. Θεότητος γὰρ ἡμεῖς καὶ ἀνθρωπότητος τοιαύτην κηρύττομεν ἕνωσιν, ὡς ἐννοεῖν ἓν πρόσωπον ἀδιαίρετον, καὶ τὸν αὐτὸν Θεόν τε εἰδέναι καὶ ἄνθρωπον, ὁρώμενον καὶ ἀόρατον, περιγεγραμμένον καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα, ὅσα τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπάρχει δηλωτικὰ, τῶν προσώπων τῷ ἑνὶ προσαρ- D μόττομεν. Ἐπειδὴ τοίνυν οἷόν τε οὐκ ἦν ἐν τῷ κριῷ προτυπωθῆναι τὴν ἀναβίωσιν, ἀλόγῳ γε ὄντι, καὶ τῆς θείας εἰκόνος ἐστερημένῳ, μερίζονται τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστηρίου τὸν τύπον, καὶ ὁ μὲν τοῦ θανάτου, ὁ δὲ τῆς ἀναστάσεως δείκνυσι τὴν εἰκόνα. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο κἀν ταῖς Μωσαϊκαῖς θυσίαις εὑρίσκομεν. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐν ἐκείναις προδιαγραφέντα τοῦ σωτηρίου πάθους τὸν τύπον.

EPAN. Καὶ ποία θυσία Μωσαϊκὴ σκιαγραφεῖ τὴν ἀλήθειαν;

[88] Joan. VIII, 56. [89] Gen. XXII, 10-13.

(42) ἀξ. συμφ. Editio Rom. et Lips. ἀξιωθῆναι συμφωνίας.

Digitized by Google

ΟΡΘ. Πᾶσα μέν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ Παλαιὰ τύπος ἐστὶ τῆς Καινῆς. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διαῤῥήδην λέγει· « Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· » καὶ πάλιν· « Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις. » Ἐναργέστατα δὲ τοῦ (43) ἀρχετύπου δείκνυσι τὴν εἰκόνα τὸ πρόβατον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ τυθὲν, καὶ (44) ἡ δάμαλις ἡ πυῤῥὰ, ἡ πόῤῥω τῆς παρεμβολῆς καιομένη. Ταύτης καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ μνημονεύσας, ἐπήγαγε· « Διὸ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πόλεως (45) ἔπαθεν. » Ἀλλὰ τούτων μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐδὲν ἐρῶ· ἐκείνης δέ γε τῆς θυσίας μνησθήσομαι, ἣ δύο τράγους ἔχει προσφερομένους, καὶ τὸν μὲν ἕνα θυόμενον, τὸν δὲ ἕτερον ἀφιέμενον. Τῶν γὰρ δύο τοῦ Σωτῆρος φύσεων οὗτοι προδιαγράφουσι τὴν εἰκόνα, ὁ μὲν ἀφιέμενος τῆς ἀπαθοῦς θεότητος, ὁ δὲ σφαττόμενος τῆς παθητῆς ἀνθρωπότητος.

A

B

ORTH. Totum quidem, prope dixerim, Vetus Testamentum figura est Novi, eamque ob causam divinus Apostolus diserte dicit : « Umbram enim habens lex futurorum bonorum [1]. » Et rursus : « Hæc autem omnia in figura contingebant illis [2]. » Evidentissime tamen archetypi imaginem ostendit ovis in Ægypto immolata, et vacca rufa, quæ extra castra comburebatur; cujus et Apostolus mentionem faciens in Epistola ad Hebræos subjunxit : « Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra urbem passus est [3]. » Sed de his quidem in præsentia nihil dicam : illud tantum sacrificium commemorabo, in quo duo hirci offerebantur, quorum alter mactabatur, alter vero dimittebatur [4]. Hi enim duarum Salvatoris naturarum imaginem præfigurant, dimissus quidem, impatibilis divinitatis; mactatus vero, patibilis humanitatis.

ΕΡΑΝ. Εἶτα οὔ σοι δοκεῖ βλάσφημον τὸ τράγοις τὸν Δεσπότην ἀφομοιοῦν;

ERAN. Annon tibi blasphemum videtur hircis Dominum comparare?

ΟΡΘ. Τί πλέον ἠγῇ φευκτὸν εἶναι, καὶ μυσαρὸν, ὄφιν, ἢ τράγον;

ORTH. Quid magis fugiendum, et odio magis habendum censes, serpentem, an hircum?

ΕΡΑΝ. Δῆλον ὡς ὄφις ἐστὶ μυσαρός. Λωβᾶται γὰρ τοὺς πελάζοντας, πολλάκις δὲ πημαίνει καὶ τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας· ὁ δὲ τῶν ἐδωδίμων καθαρῶν κατὰ τὸν νόμον.

205 ERAN. Manifestum est quod serpens odio dignior sit. Lædit enim appropinquantes : sæpe autem iis etiam nocet, a quibus nulla injuria affectus est. Hircus vero ex eorum est numero quæ munda sunt, et quibus vesci licet ex lege.

ΟΡΘ. Οὐκοῦν ἄκουσον τοῦ Δεσπότου τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ τὸ σωτήριον ἀπεικάζοντος πάθος· « Καθὼς ὕψωσε, φησὶν, Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ (46) μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ δὲ χαλκοῦς ὄφις τὸν τοῦ προσηλωθέντος σώματος ἐπλήρωσε τύπον, τί δεδράκαμεν ἀπεικὸς, τῷ σωτηρίῳ πάθει παραθέντες τὴν τῶν τράγων θυσίαν;

C

ORTH. Audi ergo Dominum serpenti æneo comparantem salutiferam passionem. « Sicut exaltavit, inquit, Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam [5]. » Quare si serpens æneus crucifixi corporis typum implevit, quid absurdi facimus, salutari passioni hircorum sacrificium comparantes?

ΕΡΑΝ. Ὅτι τὸν Κύριον ὁ Ἰωάννης *ἀμνὸν* προσηγόρευσεν. καὶ ὁ Ἡσαΐας ὡσαύτως *ἀμνὸν* καὶ *πρόβατον*.

ERAN. Quia Dominum Joannes *agnum* appellavit [6], et Isaias similiter *agnum* et *ovem* [7].

ΟΡΘ. Ὁ δέ γε μακάριος Παῦλος ἁμαρτίαν αὐτὸν καὶ κατάραν καλεῖ. Τοιγάρτοι, ὡς μὲν κατάρα, τοῦ καταράτου ὄφεως τὸν τύπον πληροῖ· ὡς δὲ ἁμαρτία, τῆς τῶν τράγων θυσίας δείκνυσι τὴν εἰκόνα. Ὑπὲρ γὰρ ἁμαρτίας, κατὰ τὸν νόμον, οὐκ ἀμνὸς, ἀλλὰ χίμαρος ἐξ αἰγῶν προσεφέρετο. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ἀμνοῖς μὲν τοὺς δικαίους ἀπείκασεν, ἐρίφοις δὲ τοὺς ἁμαρτωλούς. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔμελλεν, οὐχ ὑπὲρ δικαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, ὑπομένειν τὸ πάθος, εἰκότως δι' ἀμνῶν καὶ τράγων προδιαγράφει τὴν οἰκείαν ἱερουργίαν.

D

ORTH. Beatus autem Paulus peccatum ipsum vocat [8] et maledictum [9]. Itaque ut maledictum, maledicti serpentis typum implet : ut peccatum, hircorum sacrificii imaginem ostendit. Pro peccato enim ex lege, non agnus, sed hircus offerebatur. Ideo et Dominus in Evangeliis agnis quidem justos assimilavit, hædis autem peccatores [9*]. Quoniam ergo non pro justis solum, sed etiam pro peccatoribus passurus erat, jure per agnos et hircos sacrificium suum præfigurat.

ΕΡΑΝ. Ἀλλὰ τῶν δύο τράγων ὁ τύπος δύο πρόσωπα παρασκευάζει νοεῖν.

ERAN. Sed duorum hircorum typus monet ut duas personas intelligamus

[1] Hebr. x, 1. [2] I Cor. x, 11 [3] Hebr. xiii, 12. [4] Levit. xvi, 1 seqq. [5] Joan. iii, 14,15. [6] Joan. i, 29-36. [7] Isa. liii, 7. [8] II Cor. v, 21. [9] Galat. iii, 13. [9*] Matth. xxv, 32.

(43) τοῦ. Ex edit. Rom. et Lips. insertum.
(44) καί. Des. ibid.
(45) πόλ. Recepta lectio πύλης. Vid. tom. III, p. 634.
(46) ἐπ' αὐτῷ. Recepta lectio est εἰς αὐτόν.

Digitized by Google

206 ORTH. Non poterat in uno hirco simul utrumque figurari, et patibilitas humanitatis, et divinitatis impatibilitas. Nam hic occisus vivam naturam non ostendisset. Ideo sumpti sunt duo ad duas naturas significandas. Idem autem ex alio quoque sacrificio intelligi potest.

ΟΡΘ. Οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐν ἑνὶ τράγῳ ἄμφω κατὰ ταὐτὸν προτυπωθῆναι, καὶ τὸ παθητὸν τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Ἀναιρεθεὶς γὰρ οὗτος τὴν ζῶσαν οὐκ ἂν ἔδειξε φύσιν. Τούτου δὴ χάριν δύο παρελήφθησαν εἰς τὴν τῶν δύο φύσεων δήλωσιν. Ταὐτὸ δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρας (47) θυσίας καταμάθοι τις ἄν.

ERAN. Quonam?

ORTH. Ubi duas aves mundas legislator jubet offerri [10], et alteram quidem mactari, alteram vero in mactatæ sanguine intinctam dimitti. Hic enim divinitatis et humanitatis typum videmus, hujus quidem quæ sacrificatur, illius vero, quæ passionem sibi adaptat.

EPAN. Ποίας;

ΟΡΘ. Ἔνθα ὄρνεις δύο τῶν καθαρῶν ὁ νομοθέτης διαγορεύει προσφέρεσθαι, καὶ τὸν μὲν θύεσθαι, θάτερον δὲ εἰς τὸ τοῦ τυθέντος αἷμα βαφέντα ἀπολύεσθαι. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὁρῶμεν τὸν τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τύπον, τῆς μὲν θυομένης, τῆς δὲ οἰκειουμένης τὸ πάθος.

ERAN. Multas nobis figuras protulisti : ego vero ænigmaticos sermones non admitto.

EPAN. Πολλοὺς ἡμῖν προσενήνοχας τύπους. Ἐγὼ δὲ τοὺς αἰνιγματώδεις οὐ προσίεμαι λόγους.

ORTH. Et tamen divinus Apostolus [11] etiam historias figuras esse dixit, et Agarem typum Veteris Testamenti vocavit, et Saram cœlesti Hierosolymæ comparavit, et Ismaelem typum esse dixit Israelis, Isaacum autem novi populi. Accusa ergo magnam quoque Spiritus [*] tubam, quod nobis omnibus ænigmaticos sermones proposuerit.

ΟΡΘ. Καὶ μὴν ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ τὰς ἱστορίας τύπους εἶναί φησι, καὶ τὴν Ἄγαρ τύπον τῆς παλαιᾶς Διαθήκης ἐκάλεσε, καὶ τὴν Σάρραν τῇ ἐπουρανίῳ ἀπείκασεν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν μὲν Ἰσμαὴλ τύπον ἔφη τοῦ Ἰσραὴλ, τὸν Ἰσαὰκ δὲ, τοῦ νέου λαοῦ. Κατηγόρησον οὖν καὶ τῆς μεγάλης τοῦ Πνεύματος σάλπιγγος, ὅτι πᾶσιν ἡμῖν τοὺς αἰνιγματώδεις προσενήνοχε λόγους.

ERAN. Etiamsi mille alios sermones adjungas, non persuadebis tamen ut passionem dividam. Audivi enim angelum, qui Mariæ dixit : « Venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus [12]. »

EPAN. Κἂν μυρίους μοι ἑτέρους (48) προσενέγκῃς λόγους, μερίσαι τὸ πάθος οὐ πείσεις. Ἤκουσα γὰρ τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὰς περὶ Μαριὰμ εἰρηκότος· « Δεῦτε, βλέπετε (49) ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. »

(57) αὐτ. Ex ed. Rom. suppletum.

(58) Προαρχήν. Ita, non Προάρχην, ut editio prior habebat, esse scribendum, bene monuit Grabius ad Iren. l. I, c. 1.

(59) Ἔνν. Ed. Rom. præm. καί.

(60) Σιγ. Ita emendandam esse lectionem Sirmond. Σεπτήν, suadent ea quæ hoc ipso loco sequuntur. Idem quoque jam observarunt Grabius et Massuetus ad Irenæum, et Thom. Milles ad Cyrill. Hierosol., p. 90.

(61) Βύθιον. Edit. Sirm. habebat Βυθόν. Legendum esse Βύθιον, colligitur tum ex iis quæ præcesserant, tum ex Irenæo et Tertulliano.

(62) Ἀείνους. Ita ex Irenæo emendanda fuit lectio prior Νοῦς.

Digitized by Google

cognitos. Deinde post fabulosa plurima, quibus ostenderet venerandum esse octonarium numerum, et denarium, ac duodenarium, et tricenarium, Bythum ait ab iis quæ ab ipso nata sunt percipi non posse. Nata, ne et ipsum viderent, et aliis declararent, retinuit Sige, et hoc aggredi prohibuit. Postremus autem Æonum, quem Sophiam vocant, cum idem eum cepisset desiderium, et quod cupiebat consequi non potuisset, peperit, inquit, substantiam informem. Talem illa fetum ægre ferens, ad Propatorem venit, et suam illi ærumnam exposuit : supplicaruntque una cum ipsa reliqui etiam Æones. Atque illi quidem aliqua concessa est venia. **298** Informem autem fetum Hylen esse dicunt, ex ignorantia et tristitia, metuque et increpatione natum. Providens vero Bythus, ne alium quemquam Æonem similis casus afficeret, Horum producit sine femina conjuge : nam aliorum Æonum unusquisque cum femina conjunctus est. Hunc illi Horum etiam Crucem appellant, et alia quoque nomina confingunt. Hujus opera dicit purgatam Sophiam ab affectione liberatam fuisse. Porro Enthymesin illam, quam et Affectionem, et informem fetum, et Hylen nominarunt, Horus ab ea procul abjecit. Postea docet Monogenem Patris voluntate ad Æonum securitatem et constitutionem produxisse Christum et Spiritum sanctum. Christum enim dicunt Æonas docuisse, Patrem esse incomprehensibilem : Spiritus autem sanctus præstantiorem æqualitatem Æonibus inter se dedit. Quod consecuti Æones Propatora laudarunt, atque in commune singuli quæ habebant pulcherrima conferentes, Jesum inde produxerunt, quem et Servatorem appellant, et Christum Verbum. Cum illo autem alios quoque angelos produxerunt, ut essent ejus satellites : atque hæc omnia intra Pleroma nominant. Extra Pleroma autem quæ dicuntur hæc sunt. Sophiæ illius enthymesin, quam informem fetum appellarunt, Achamoth vocant. Eam extra Pleroma natam in umbra quadam et vacuo degere. Misericordia vero tactum Christum quem dicunt, extensum esse per Horum, cui et Crux nomen est, eique **299** substantiæ formam dedisse, sed cognitione destitutam reliquisse, potentiamque ad se postea contraxisse. Illam autem sensu affectam lucis, quæ ipsam apprehenderat, accurrisse quidem ad eam inquirendam, sed ne progrederetur prohibitam esse ab Horo, dicente Iao. Hinc enim hoc quoque nomen factum tradunt. Deinde ægre ferentem se progredi prohibitam, tristitiam, et metum, et dubitationem admisisse; postea conversionis illam cepisse desiderium. Ex his affectionibus mundum hunc conditum dicunt. Ex conversione quidem

A Ἐκκλησιαστικὸς καὶ Μακαριότης, Θελητὸς καὶ Σοφία. Τούτους φασὶ τοὺς λ' Αἰῶνας τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀδήλους εἶναι, αὐτοῖς δὲ μόνοις γνωρίμους. Εἶτα πλεῖστα μυθολογήσας, ὥστε δεῖξαι τίμιον τὸν ὀκτὼ, καὶ τὸν δέκα, καὶ τὸν δυοκαίδεκα (63), καὶ τὸν τριάκοντα ἀριθμὸν, φησὶ τὸν (64) Βυθὸν ἀνέφικτον εἶναι πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ· φύντα (65) καὶ ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ τοῖς ἄλλοις δηλῶσαι, κατέσχεν ἡ Σιγὴ, καὶ τὴν ἐπιχείρησιν διεκώλυσεν. Ὁ δὲ τελευταῖος Αἰὼν, ὃν Σοφίαν καλοῦσι, τὸν αὐτὸν εἰσδεξάμενος πόθον, ἐπιτυχεῖν δὲ τοῦ ποθουμένου μὴ δυνηθεὶς, ἔτεκε, φησὶν, οὐσίαν ἄμορφον. Ἀλγήσασα δὲ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τόκῳ προσῆλθε τῷ Προπάτορι, καὶ τὸ πάθος ἐξηγγειλε· συνικέτευσαν δὲ αὐτῇ καὶ οἱ λοιποὶ Αἰῶνες, καὶ αὐτὴ μέν τινος συγγνώμης τετύχηκε. Τὸ δὲ ἄμορφον κύημα
B τὴν Ὕλην εἶναί φασιν, ἐκ τῆς ἀγνοίας, καὶ τῆς λύπης, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς ἐπιπλήξεως φυεῖσαν. Προμηθούμενος δὲ ὁ Βυθὸς τὸ μὴ καὶ ἄλλον Αἰῶνα τῷ παραπλησίῳ πάθει περιπεσεῖν, τὸν Ὅρον προβάλλεται οὐ μετὰ συζύγου θηλείας· τῶν γὰρ ἄλλων (66) Αἰώνων ἕκαστος τῷ θήλει συνέζευκται. Τοῦτον δὲ τὸν Ὅρον καὶ Σταυρὸν ὀνομάζουσι, καὶ ἕτερα δὲ μυθολογοῦσιν ὀνόματα. Διὰ τοῦτόν (67) φησι καὶ τὴν Σοφίαν καθαρθεῖσαν ἀπαλλαγῆναι τοῦ πάθους. Τὴν δὲ Ἐνθύμησιν ἐκείνην, ἣν καὶ Πάθος, καὶ ἄμορφον κύημα, καὶ Ὕλην ὠνόμασαν, πόρρω ταύτης ὁ Ὅρος ἀπέρριψε. Μετὰ ταῦτά φησι τὸν Μονογενῆ γνώμῃ τοῦ Πατρὸς προβαλέσθαι εἰς ἀσφάλειαν καὶ σύστασιν τῶν Αἰώνων, Χριστὸν καὶ Πνεῦμα
C ἅγιον· τὸν γὰρ Χριστὸν διδάξαι λέγουσι τοὺς Αἰῶνας, ὅτι ἀκατάληπτος ὁ Πατήρ· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν κρείττονα (68) ἰσότητα τοῖς Αἰῶσι κατ' αὐτοὺς ἐδωρήσατο. Τούτων δὲ οἱ Αἰῶνες τετυχηκότες, ὕμνησαν μὲν τὸν Προπάτορα, κοινῇ δὲ τὰ κάλλιστα ὧν εἶχεν ἕκαστος συνεισενεγκάμενοι, προβάλλονται διὰ τούτων τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ Σωτῆρα προσαγορεύουσι, καὶ Χριστὸν Λόγον. Σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἄλλους ἀγγέλους προὐβάλοντο, ὥστ' εἶναι δορυφόρους αὐτοῦ. Ταῦτα πάντα ἐντὸς Πληρώματος ὀνομάζουσιν. Ἐκτὸς δὲ Πληρώματος τὰ λεγόμενά ἐστι ταῦτα· Τὴν Ἐνθύμησιν τῆς Σοφίας ἐκείνης, ἣν καὶ ἄμορφον κύημα προσηγόρευσαν, καλοῦσιν Ἀχαμώθ· ἔξω δὲ τοῦ Πληρώματος γενομένην, ἐν σκιᾷ τινι καὶ κενώματι διάγειν· οἶκτον δὲ λαβόντα τὸν λεγόμενον Χριστὸν, ἀπεκτανθῆναι διὰ τοῦ Ὅρου καὶ Σταυροῦ (69) καλουμένου, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν αὐτῇ δοῦναι μορφήν· γνώσεως δὲ καταλιπεῖν ἔρημον, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς ἑαυτὸν συστεῖλαι τὴν δύναμιν· αἴσθησιν δὲ λαβοῦσαν ἐκείνην τοῦ καταλαβόντος αὐτὴν φωτὸς, δραμεῖν μὲν εἰς ἐπιζήτησιν τούτου, ὑπὸ (70) δὲ τοῦ Ὅρου κωλυθῆναι προβῆναι, εἰρηκότος Ἰαώ· ἐντεῦθεν γάρ φασι καὶ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα· εἶτα ἀλγήσασαν ὡς προβῆναι κωλυθεῖσαν, λύπην καὶ φόβον καὶ ἀπορίαν

(63) καὶ τ. δυοκ. Ed. Rom. καὶ τὸν δύο καὶ τὸν δέκα.

(64) τὸν — ἐξ αὐτοῦ. Paulo aliter Irenæus l. 1, c. 2, ineunte.

(65) φύντα, κ. τ. λ. Hæc pugnare videntur contra ea quæ Iren. l. c. habet.

(66) ἄλλ. Ex edit. Rom. suppletum.

(67) τοῦτον. Ibid. τοῦτο.

(68) κρ. Ibid. κρεῖττον.

(69) καὶ Σταυροῦ. Crucis non fit mentio apud Iren. et Tertull.

(70) ὑπὸ — Ἰαώ. Hinc lepida Judæorum sententia de arcana vi nominis *tetragrammati* robur quasi petiit.

Digitized by Google

εἰσδέξασθαι· ἐπειτα προσγενέσθαι αὐτῇ καὶ ἐπιστροφῆς ἐπιθυμίαν. Ἐκ τῶνδε τῶν παθῶν τόνδε συστῆναι τὸν κόσμον φασίν· ἐκ μὲν τῆς ἐπιστροφῆς τὸν Δημιουργὸν, καὶ τὰς ἁπάντων ψυχάς· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων παθῶν τὰ λοιπά· ἐκ μὲν τῶν δακρύων αὐτῆς τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, ἐκ δὲ τοῦ γέλωτος τὸ φῶς, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων τὰ ἄλλα. Οὐκ ἄμοιρον γὰρ οἶμαι μέμψεως τὰ πάντα λέγειν ὅσα ἐκεῖνοι μυθολογοῦσιν. Δεηθῆναι δὲ αὐτήν φασι τοῦ ἤδη αὐτὴν ἠλεηκότος Χριστοῦ, ὥστε αὐτῇ τοῦ φωτὸς μεταδοῦναι· τὸν δὲ δέξασθαι μὲν τὴν ἱκετείαν, μὴ μετελθεῖν δὲ, ἀλλὰ πέμψαι τὸν Ἰησοῦν, ὥστε ἐν αὐτῷ κτισθῆναι καὶ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ θρόνους καὶ κυριότητας, καὶ θεότητας, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. Ἀφίκετο οὖν σὺν τοῖς προβληθεῖσιν ἀγγέλοις, καὶ τῶν ἐπιγενομένων αὐτὴν ἐχώρισε παθημάτων, καὶ χωρίσας ταῦτα συνέπηξεν. Αὕτη δὲ χωρισθεῖσα τῶν παθημάτων, ἐπιθυμίαν τῶν ἀγγέλων ἐδέξατο, καὶ τέτοκε πνευματικὸν κύημα τοῖς ἀγγέλοις προσόμοιον, καὶ τοῦτο ἀνέδραμεν ἄνω. Ἐκ δὲ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν ψυχικὴν οὐσίαν λέγουσι γενέσθαι, καὶ ἐκ ταύτης μορφωθῆναι τὸν Θεὸν, καὶ Πατέρα, καὶ Βασιλέα τῶν τὴν αὐτὴν αὐτῷ φύσιν ἐχουσῶν ψυχῶν (71), ἃ δεξιὰ καλοῦσι, καὶ τῶν (72) τῆς ὕλης, ἅπερ ἀριστερὰ ὀνομάζουσι. Πάντα γὰρ αὐτὸν τὰ ὁρώμενα ἰδιοποιῆσαί φασι. Καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Μητροπάτορα, καὶ Πατέρα, καὶ Δημιουργόν. Καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν τῆς μυθοποιίας τὸν λῆρον; τοῖς γὰρ δὴ εἰρημένοις ὅλον τὸ πλάσμα προσέοικε. Τὸν ἐπιφανέντα Σωτῆρα λαβεῖν φησιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ τὸν ψυχικὸν ἐνδεδύσθαι Χριστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς Οἰκονομίας περιθέσθαι σῶμα ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, ἀῤῥήτῳ δὲ σοφίᾳ πεποιημένον πρὸς τὸ ἁπτὸν καὶ ὁρατὸν γενέσθαι καὶ παθητόν. Ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν ἀνειληφέναι αὐτὸν λέγουσιν· οὐδὲν γὰρ τῶν ἐκ τῆς ὕλης ἐπιδέχεται σωτηρίαν. Φασὶ δὲ αὐτοὺς μὲν ἀπὸ μόνης τῆς γνώσεως σώζεσθαι· ἡμᾶς δὲ ἀπὸ πίστεως καὶ πράξεως ἀγαθῆς· αὐτοὺς δὲ μὴ χρῄζειν ἔργων, ἀρκούσης εἰς σωτηρίαν τῆς γνώσεως. Οὗ δὴ χάριν, οἱ τελειότατοι παρ' αὐτοῖς πᾶν ὁτιοῦν τοῖς θείοις νόμοις ἀπηγορευμένον πράττουσιν ἀδεῶς. Καὶ γὰρ Ἑλληνικὰς ἑορτὰς ἐπετέλουν, καὶ εἰδωλοθύτων μετελάμβανον, καὶ ταῖς φιληδονίαις δουλεύουσι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν πονηρὸν ἀδιακρίτως τολμῶσιν.

A Creatorem, et omnium animas : ex aliis autem affectionibus reliqua : ex ejus quidem lacrymis humidam substantiam, ex risu vero lucem, ex aliis alia. Neque enim a reprehensione alienum duxerim omnia persequi, quæ illi fabulantur. Rogasse autem illam dicunt Christum, qui eam jam erat miseratus, ut ipsi lucem impertiret. Illum vero preces quidem suscepisse, exsecutum tamen non esse, sed Jesum misisse, ut in eo crearentur et visibilia et invisibilia, et throni et dominationes, et, ut ipsi dicunt, divinitates. Accessit ergo cum productis angelis, eamque ab adventitiis affectionibus separavit, et separatas compegit. Hæc vero ab affectionibus separata desiderio capta est angelorum, et spiritualem fetum peperit angelis consimilem, qui sursum recurrit. Ex conversione autem animalem substantiam exstitisse dicunt, et ex hac formatum esse Deum, et Patrem et Regem tum eorum quæ eamdem **300** cum ipso naturam habent, quæ Dextra vocant, tum eorum quæ ex materia facta sunt, quæ Sinistra nominant. Omnia enim quæ conspiciuntur ipsum sibi vindicasse dicunt. Vocant autem illum et Metropatorem, et Patrem, et Demiurgum. Et quid opus est omnes fabularum ineptias recensere? his enim quæ dicta sunt universum figmentum simile est. Servatorem porro, qui apparuit, ab Achamoth quidem accepisse id quod est spirituale, a Demiurgo vero animalem induisse Christum, ab Œconomia autem impositum esse corpus animalem habens substantiam, et ineffabili sapientia elaboratum, ut et tangi, et cerni, et pati posset. Materiale nihil prorsus sumpsisse illum dicunt, quod nihil eorum quæ ex materia constant salutem consequatur. Dicunt porro se quidem ex sola cognitione salvari, nos vero ex fide et bona actione; se autem operibus non egere, cum ad salutem sufficiat cognitio. Quare qui apud illos sunt perfectissimi, quidquid divinis legibus est prohibitum sine metu perpetrant. Nam et gentilium festa celebrant, et immolatis vescuntur, voluptatibus serviunt, et scelera omnia sine discrimine admittunt.

Η'. — *Περὶ Σεκούνδου καὶ ἄλλων* (73).

Ὁ δὲ Σεκοῦνδος, τὸν Βαλεντῖνον διαδεξάμενος, διχῇ τὴν Ὀγδοάδα διεῖλε, καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐκάλεσε Δεξιὸν, τὸ δὲ Εὐώνυμον· καὶ (74) προστέθεικε Φῶς καὶ Σκότος. Καὶ ἄλλοι δὲ μυρίοι ἐντεῦθεν ἀνεφύησαν αἱρέσεως ἀρχηγοὶ, Κοσσιανὸς, Θεόδοτος, Ἡρακλέων, Πτολεμαῖος, Μάρκος, διάφορα προσεπινοήσαντες δόγματα.

VIII. — *De Secundo et aliis.*

Secundus autem, Valentino succedens, bipartito divisit **301** Ogdoadem, et unam illius partem Dextram vocavit, alteram Sinistram : adjecitque Lucem et Tenebras. Sed et alii quoque hinc orti sunt hæreseos principes innumeri, Cossianus, Theodotus, Heracleon, Ptolemæus, Marcus, diversa dogmata insuper comminiscentes.

(71) φύσ. ἐχ. ψυχ. Edit. Rom. φησιν, ἐχουσῶν ψυχήν. Obscure hoc loco Noster loquitur, nisi error lateat in verbis. Apertior est sensus in his Irenæi verbis l. 1, c. 5 : βασιλέα πάντων τῶν τε ὁμοουσίων αὐτῷ, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, ἃ δὴ δεξιὰ καλοῦσι.

(72) τῶν. Non dubitavimus hanc voculam inserere, ut sensus esset planior. Irenæus : καὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς ὕλης, ἃ δὴ ἀριστερὰ καλοῦσι.

(73) καὶ ἄλλων. Des. in ed. Rom.

(74) καὶ — Σκότος. Ex Irenæo et Tertull patet nomen *Lucis* et *Tenebrarum* ad easdem Tetradas pertinere, in quas primam Ogdoadem divisit Secundus, quæque alias nomine *Dextræ* et *Sinistræ* veniebant.

Digitized by Google

IX. — *De Marco præstigiatore.*

Marcus vero et artem magicam exercuit, et cum admiranda quædam præstigiis suis faceret, multos simplices captu faciles decepit. Hic longam quamdam fabulam exorsus, hanc sibi aiebat narrasse Sigen, nec eum puduit inepte garrientem inducere Sigen. Idem Æonas viginti quatuor litteris comparavit, et hos mutos, illos semivocales, alios vocales appellavit. Hi adulterinorum falsique tituli librorum scripta ingenti multitudine, terrorem stultis injicere conantur. Baptizantes autem quos decipiunt, dicere solent, In nomine ignoti patris universorum, in Veritatem matrem omnium, et in eum qui descendit in Jesum **302** ad unionem et redemptionem, communionemque potestatum. Admiscent et nomina Hebraica, ad terrorem eorum qui initiantur, quæ commemorare supervacaneum duxi. Ex his plurimæ, postquam gramen germinavit, hæreses pullularunt : horumque partem esse dicunt etiam eos, qui a quibusdam Ascodrutæ, ab aliis Ascodrupitæ vocantur.

A

B

X. — *De Ascodrutis vel Ascodrupitis.*

Hi autem dicunt non debere divina mysteria, quæ invisibilium sunt signa, per res visibiles perfici, neque incorporea per sensibiles et corporeas : perfectam autem redemptionem esse veram ejus quod est cognitionem. Quæ enim cernuntur, omnia ex ignorantia et affectione constantia, per cognitionem destruuntur. Spiritualem ergo esse oportet etiam redemptionem. Propterea nec baptizant eos qui accedunt, nec apud eos celebratur baptismatis mysterium. Redemptionem quippe appellant universorum cognitionem.

C

303 XI. — *De Archonticis*

Ex his vero nonnulli, qui Archontici dicuntur, libros quosdam a se confictos prophetarum revela-

Θ'. — *Περὶ Μάρκου τοῦ γόητος* (75).

Ὁ δὲ Μάρκος καὶ γοητείαν ἠσκήθη, καί τινα παράδοξα διὰ μαγγανείας ἐπιτελῶν, πολλοὺς τῶν εὐαλώτων ἠπάτησεν. Οὗτος μακρόν τινα πλασάμενος μῦθον, ἔφησεν αὐτῷ τοῦτο τὴν Σιγὴν εἰρηκέναι· καὶ οὐκ αἰσχύνεται Σιγὴν φλύαρον ἀποφήνας. Οὗτος καὶ τοῖς (76) τέτταρσι καὶ εἴκοσι στοιχείοις τοὺς Αἰῶνας ἀπείκασε, καὶ (77) τοὺς μὲν ἀφώνους, τοὺς δὲ ἡμιφώνους, τοὺς δὲ φωνήεντας προσηγόρευσεν. Οὗτοι (78) πλῆθος ψευδωνύμων καὶ νόθων βιβλίων συγγράψαντες, διὰ τούτων καταπλήττειν τοὺς ἀνοήτους ἐπιχειροῦσι. Βαπτίζοντες δὲ τοὺς ἐξαπατωμένους ἐπιλέγειν εἰώθασιν· Εἰς ὄνομα (79) ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς (80) Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Ἀναμιγνύουσι δὲ καὶ Ἑβραϊκὰ ὀνόματα (81), δεδιττόμενοι τοὺς τελουμένους, ὧν ἐπιμνησθῆναι περιττὸν ἡγησάμην. Ἐκ τούτων παμπληθεῖς αἱρέσεις μετὰ τὴν τῆς ἀγρώστεως ἀνεφύησαν βλάστην· τούτων εἶναι τμῆμά φασι καὶ τοὺς παρ' ἐνίων Ἀσκοδρούτους, παρ' ἐνίων δὲ Ἀσκοδρουπίτας (82) καλουμένους.

Γ'. — *Περὶ τῶν Ἀσκοδρουτῶν* (83) *ἢ Ἀσκοδρουπιτῶν καλουμένων* (84).

Οὗτοι δέ φασι, μὴ χρῆναι (85) τὰ θεῖα μυστήρια, ἀοράτων ὄντα σύμβολα, δι' ὁρωμένων ἐπιτελεῖσθαι πραγμάτων, καὶ τὰ ἀσώματα δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν. Εἶναι (86) δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν τὴν ἀληθῆ τοῦ ὄντος ἐπίγνωσιν. Τὰ γὰρ ὁρώμενα πάντα ὑπ' ἀγνοίας καὶ πάθους συστάντα, διὰ γνώσεως καταλύεται. Πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. Διὰ τοῦτο, οὔτε βαπτίζουσι (87) τοὺς προσιόντας, οὐδὲ ἐπιτελεῖται παρ' αὐτοῖς τοῦ βαπτίσματος τὸ μυστήριον. Λύτρωσιν γὰρ καλοῦσι τὴν τῶν ὅλων ἐπίγνωσιν.

IA'. — *Περὶ τῶν Ἀρχοντικῶν* (88).

Ἐκ δὲ τούτων τινὲς Ἀρχοντικοὶ προσαγορευόμενοι, βιβλία τινὰ πλάσαντες, ἀποκαλύψεις ὀνομά-

(75) Τοῦ γόητος. Des. in edit. Rom. Cæterum quæ paucis h. l. Noster complexus est, pluribus exposuerunt Epiphanius et Irenæus.

(76) τοῖς — ἀπείκασε. Ita nimirum disposuit XXIV Græcorum litteras, ut octo sint monades (omisso ς), octo decades, totidemque hecatontades.

(77) καὶ — προσηγόρ. Hæc illustrantur ab Irenæo l. I, c. 10. Sed adeo perplexa sunt Marci hujus deliria ut, eodem teste, c. 12, Dædali instar inextricabilium errorum labyrinthos construxisse videatur.

(78) οὗτοι, κ. τ. λ. Vid. Epiphan. *Adv. hær.* l. I, c. 34, segm. 18.

(79) Εἰς ὄνομα, κ. τ. λ. Eadem fere est formula, quam Iren. l. c. c. 18, exhibet, et Epiph. l. c., c. 20.

(80) εἰς. Inserendum fuit, ex Irenæo et Epiph. Distinguebant enim Marcosii Christum a Jesu, statuentes Christum sub specie columbæ descendisse in Jesum, cum a Joanne baptizaretur, et cum eo conjunctum fuisse usque ad tempus passionis. Circa hoc tempus Christum ad superos rediisse, et solum Jesum passiones sustinuisse, putabant. Huc se referunt, quæ sequuntur, εἰς ἕνωσιν — δυνάμεων. Dicebant enim Jesum ex conjunctione cum Christo vim perpetrandorum miraculorum habuisse.

(81) Ἑβρ. ὀνόμ. Has formulas recitant Iren et Epiph. l. c.

(82) Ἀσκ. Ed. Rom. Τασκοδρουπιτας.

(83) Ἀσκ. Supra, p. 284, Ἀσκοδρυτῶν.

(84) ἢ Ἀσκ. καλ. Variis modis hoc nomen scribitur. Vid. Cotelerium in not. ad *Monum. Eccl. Gr.*, t. I, p. 774. Epiphanius et J. Damascenus Ascodrupitas adjungunt Cataphrygibus, Noster vero Marcosæis. Quod reliquum est, aliena ab Ascodrutis esse videntur, quæ Epiph. de Tascodrugitis refert. Et tamen hi iidem esse putantur cum illis.

(85) μὴ χρῆναι, κ. τ. λ. Marci discipulorum omnium, s. Marcosiorum, hæc fuit doctrina, juxta Irenæum.

(86) εἶναι — ἐπίγνωσιν. Hinc colligimus, bene a Grabio ad Irenæum, p. 88, observatum esse, ἀπολύτρωσιν a Marcosiis aliisque Gnosticis dictam fuisse intelligentiam divinam.

(87) οὔτε βαπτ. In hoc, ut videtur, diversi erant Ascodrupitæ a Marcosiis. Hos enim adhibuisse baptismum, ex capite 9, quod præcesserat, novimus.

(88) Περὶ τ. Ἀρχ. Des. in edit. Rom., ubi hæc cum superioribus cohærent.

Digitized by Google

ζουσι προφητῶν. Ἐν δὲ (89) τούτων Συμφωνίαν ἐκάλεσαν, ἐν ᾧ ἑπτὰ συνέγραψαν οὐρανούς, ἕκαστον δὲ αὐτῶν ἕνα ἄρχοντα ἔχειν, μητέρα δέ τινα Φωτεινὴν ἀνωτάτην εἶναι. Ἀναθεματίζουσι δὲ τὸ λουτρὸν, καὶ τὴν τῶν μυστηρίων μετάληψιν, ὡς εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γινομένην· τοῦτον γὰρ ἐν τῷ ἑβδόμῳ λέγουσιν οὐρανῷ τυραννεῖν. Τῶν δὲ ἀρχόντων τροφὴν εἶναί φασι τὰς ψυχὰς, καὶ ἄνευ ταύτης μὴ οἷόν τε αὐτοὺς ζῆν. Τὸν δὲ διάβολον υἱὸν εἶναι τοῦ Σαβαώθ· εἶναι δὲ τὸν Σαβαὼθ τῶν Ἰουδαίων Θεόν· πονηρὸν δὲ ὄντα τὸν υἱὸν, μὴ τιμᾷν αὐτὸν, ἀλλ' εἰς πάντα ἐναντιοῦσθαι. Τὸν δὲ Κάϊν, καὶ τὸν Ἄβελ, τοῦ διαβόλου παῖδάς φασι. Καὶ ἄλλα δέ τινα μυθολογοῦσι πάσης ἀσεβείας μεστά. Ἕτεροι δέ τινες, μετὰ τὴν ἀποβίωσιν, ἔλαιον καὶ ὕδωρ ταῖς τῶν τελευτώντων ἐμβάλλουσι κεφαλαῖς. Οὕτω γὰρ φασιν αὐτοὺς καὶ ἀοράτους ἔσεσθαι, καὶ κρείττους τῶν μεταξὺ ἀρχῶν τε καὶ ἐξουσιῶν. Διδάσκουσι (90) δὲ αὐτοὺς καὶ ἐπιλέγειν μῦθόν τινα, ὃν ἐντιθεὶς τῷ συγγράμματι, κοινωνεῖν τῆς φλυαρίας ὑπέλαβον (91).

A

B

ΙΒ'. — *Περὶ Κολορβασίων* (92).

Οἱ δὲ Κολορβάσιοι ἐκ τοῦ καλουμένου παρ' αὐτοῖς Προπάτορος λέγουσι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα γενέσθαι· τὸν δὲ Σωτῆρα, οἱ μὲν ἐκ τῶν τριάκοντα Αἰώνων προβληθῆναί φασι, διὸ καὶ Εὐδόκητον καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ Πλήρωμα δι' αὐτοῦ εὐδόκησε δοξάσαι τὸν Πατέρα· οἱ δὲ (93) ἐκ μόνων τῶν δέκα Αἰώνων, ἄλλοι δὲ ὑπὸ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, εἰς στήριγμα τοῦ Πληρώματος γεγονέναι, καὶ τῇ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν προσηγορίᾳ καλεῖσθαι Χριστόν. Καὶ ἄλλα δὲ τερατολογοῦσι πάμπολλα.

C

ΙΓ'. — *Περὶ Βαρβηλιωτῶν ἤγουν Βορβοριανῶν* (94).

Ἐκ τῶν Βαλεντίνου σπερμάτων τὸ τῶν Βαρβηλωτῶν (95), ἤγουν Βορβοριανῶν, ἢ Ναασινῶν (96), ἢ Στρατιωτικῶν, ἢ Φημιονιτῶν (97) καλουμένων, ἐβλάστησε μύσος. Ὑπέθεντο γὰρ Αἰῶνά τινα ἀνώλεθρον ἐν παρθενικῷ διάγοντα πνεύματι, ὃ (98) Βαρβηλὼθ ὀνομάζουσι· τὴν δὲ Βαρβηλὼθ (99) αἰτῆσαι Πρόγνωσιν παρ' αὐτοῦ. Προελθούσης δὲ ταύτης, εἶτ' αὖθις αἰτησάσης, προελήλυθεν Ἀφθαρσία, ἔπειτα αἰωνία Ζωή. Εὐφρανθεῖσαν δὲ τὴν Βαρβηλὼθ, ἐγκύμονα γενέσθαι, καὶ ἀποτεκεῖν τὸ Φῶς. Τοῦτό φασι, τῇ τοῦ Πνεύματος (1) χρισθὲν τελειό-

D

tiones vocant. Horum unum Symphoniam appellarunt, in quo septem cœlos conscripserunt, et horum unumquodque archontem (id est principem) unum habere, et supremam omnium Photinam quamdam matrem esse. Lavacrum autem exsecrantur, et mysteriorum participationem, ut quæ fiat in nomine Sabaoth. Hunc enim dicunt in septimo cœlo tyrannidem exercere; principum autem alimentum esse animas, et sine hoc vivere non posse. Diabolum vero filium esse Sabaoth; esse autem Sabaoth Deum Judæorum, et filium, cum malus sit, non honorare ipsum, sed in omnibus adversari. Cainum et Abelem diaboli filios esse tradunt, simulque fabulosa quædam alia referunt, quæ omnem spirant impietatem. Alii quidam post mortem oleum et aquam mortuorum capitibus injiciunt, sic fore dicentes ut ipsi invisibiles sint, superioresque evadant interjectis dominationibus ac potestatibus. Docent etiam illos fabulam quamdam addere, quam si scriptis inseram, ineptiarum me socium duxerim.

XII. — *De Colorbasiis.*

Colorbasii autem, ex eo quem Propatora vocant, **304** primam Ogdoadem exstitisse narrant: Servatorem vero alii ex triginta Æonibus processisse dicunt, et ideo vocari Eudocetum, id est Beneplacentem, quia universo Pleromati placuit Patrem per illum glorificare: alii ex solis decem Æonibus, alii ex Christo et Spiritu ad Pleromatis stabilitatem ortum esse, Patrisque nomine Christum appellari. Et alia hujusmodi fabulosa tradunt quamplurima.

XIII. — *De Barbeliotis seu Borborianis.*

Ex Valentini seminibus Barbeliotarum, seu Borborianorum, vel Naasinorum, vel Stratioticorum, vel Phemionitarum, quos vocant, impuritas pullulavit. Statuerunt enim Æonem quemdam expertem interitus in virginali spiritu, quem Barbeloth dicunt, et ab eo præscientiam postulasse. Et cum ista prodiisset, atque iterum postulasset, prodiisse Incorruptibilitatem, deinde Vitam æternam. Exhilaratamque Barbeloth concepisse, et Lucem peperisse, quam dicunt Spiritus unctam perfectione Christum esse nominatam. **305** Christus hic rursus Nun se

(89) Ἓν δὲ, κ. τ. λ. Duo hujus nominis libros commemorat Epiph. hær. 40.

(90) διδάσκουσι, κ. τ. λ. Vid. Epiph. l. c. c. 1.

(91) Carnis quoque resurrectionem negasse dicuntur.

(92) Κολορβ. Ab aliis Κολοβαρσαῖοι dicuntur. Marcosiis annumerantur a Tertulliano et aliis.

(93) οἱ δὲ, κ. τ. λ. Alii Servatorem a duodecim Æonibus, qui ab homine et vita derivati sunt, originem habuisse, ideoque Filium hominis vocari, putarunt, teste Epiphanio hær. 35.

(94) Βορβ. Nominis etymon exeunte hoc capite illustratur.

(95) Βαρβηλ. Apud Epiph. l. 1, c. 3, Βαρβηλῖται vocantur.

(96) Ναασ. Alibi Ναασηνοὶ a Nostro vocantur. Vid. t. I, p. 543.

(97) Φημ. Ex Epiph. rescribendum esse Φηβιωνιτῶν monuerunt quidem nonnulli, sed obstat codex ille ad quem Fronto Ducæus provocavit. Vid. Cotelerium l. c. p. 764. Epiphanius habet Φιβιωνῖται.

(98) ὅ. Legendum esse ὃν existimat Grabius, Ad Iren. p. 106, sed ex illo Irenæi loco (l. 1, c. 33) perspicitur, distinguendum esse Barbelon a Barbeloth. Παρθενικὸν πνεῦμα h. l. non Barbelo (Æon sic dictus, quem Noster ἀνώλεθρον, Irenæus *non senescentem* q. ἀγήρατον vocat) est, sed Barbeloth, de qua deinde in femin. genere sermo informatur.

(99) Βαρβ. Juxta Irenæum legendum esset Ἔννοιαν.

(1) Πνεύμ. Irenæum si sequimur, legendum esset Πατρός.

Digitized by Google

veile significavit, et accepit : Pater vero adjecit etiam Logon. Deinde copulati sunt Ennœa et Logos, Aphtharsia et Christus, Vita æterna et Thelema, Nus et Prognosis. Rursumque ex Ennœa et Logo productum dicunt Autogenem et cum eo Alethiam, et aliam rursus factam esse conjugationem Autogenis et Alethiæ. Et quid opus est alias productiones recensere ex Luce et Aphtharsia ? Longa enim est fabula, nec impia solum, sed etiam injucunda. Ad hæc Hebraica quoque nomina adjecerunt, simpliciores obstupefacere conantes. Autogenem porro dicunt produxisse hominem perfectum et verum, quem et Adamantem vocant, unaque cum eo productam etiam conjugem, perfectam Gnosin. Hinc rursus ostensam esse matrem, patrem, et filium. Ex Anthropo autem et Gnosi Lignum germinasse, quod ipsum Cognitionem quoque vocant. Ex primo autem angelo productum docent Spiritum sanctum, quem Sapientiam et Prunicum appellarunt. Hanc vero dicunt conjugem appetentem ' Opus peperisse, in quo erat Ignorantia et Arrogantia. Opus vero istud Protarchontem (id est, primum principem) vocant, et ipsum esse dicunt creaturarum opificem. Idem ipsum autem cum Arrogantia congressum, **306** Vitium et ejus partes genuisse. Hæc ergo summatim exposui, figmenti prolixitatem prætermittens. Ad mysticas vero illorum cæremonias quod attinet, quis adeo infelix, ut quæ ab eis peraguntur efferre lingua velit? Omnem enim improbam cogitationem, tetramque mentis conceptionem omnem superant, quæ ab eis tanquam divina celebrantur. Sufficit autem vel cognomen ipsum ad exsecrandam illorum audaciam indicandam. Borboriani enim propterea cognominati sunt.

τητι, ὀνομασθῆναι Χριστόν. Οὗτος πάλιν ὁ Χριστὸς ἐπήγγειλεν Νοῦν, καὶ ἔλαβεν. Ὁ δὲ Πατὴρ προστέθεικε καὶ Λόγον. Εἶτα συνεζύγησαν Ἔννοια καὶ Λόγος, Ἀφθαρσία καὶ (2) Χριστὸς, Ζωὴ αἰώνιος καὶ τὸ Θέλημα, ὁ Νοῦς καὶ ἡ Πρόγνωσις. Ἔπειτα πάλιν ἐκ τῆς Ἐννοίας καὶ τοῦ Λόγου προβληθῆναί φασι τὸν Αὐτογενῆ (3), καὶ σὺν αὐτῷ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ γενέσθαι πάλιν συζυγίαν ἑτέραν Αὐτογενοῦς καὶ Ἀληθείας. Καὶ τί δεῖ λέγειν καὶ τὰς ἄλλας προβολὰς, τὰς ἐκ τοῦ Φωτὸς καὶ τῆς Ἀφθαρσίας; Μακρὸς γὰρ ὁ μῦθος, καὶ πρὸς τῷ δυσσεβεῖ καὶ τὸ ἀτερπὲς ἔχων. Ἐπιτεθείκασι (4) δὲ τούτοις καὶ Ἑβραϊκὰ ὀνόματα, καταπλήττειν τοὺς ἁπλουστέρους πειρώμενοι. Τὸν δὲ (5) Αὐτογενῆ φασι (6) προβαλέσθαι ἄνθρωπον τέλειον καὶ ἀληθῆ, ὃν καὶ Ἀδάμαντα καλοῦσι (7) · προβεβλῆσθαι δὲ σὺν αὐτῷ καὶ ὁμόζυγα Γνῶσιν τελείαν. Ἐντεῦθεν πάλιν ἀναδειχθῆναι μητέρα, πατέρα, καὶ υἱόν. Ἐκ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Γνώσεως βεβλαστηκέναι Ξύλον · Γνῶσιν δὲ καὶ τοῦτο προσαγορεύουσιν. Ἐκ δὲ τοῦ πρώτου ἀγγέλου προβληθῆναι λέγουσι Πνεῦμα ἅγιον, ὃ Σοφίαν καὶ Προύνικον (8) προσηγόρευσαν. Ταύτην φασὶν ἐφιεμένην ὁμόζυγος, Ἔργον ἀποκυῆσαι, ἐν ᾧ ἦν Ἄγνοια καὶ Αὐθάδεια. Τὸ δὲ Ἔργον τοῦτο, Πρωτάρχοντα καλοῦσι, καὶ αὐτὸν εἶναι λέγουσι τῆς κτίσεως ποιητήν. Τοῦτον δὲ τῇ Αὐθαδείᾳ συναφθέντα, τὴν Κακίαν ἀπογεννῆσαι, καὶ τὰ ταύτης μόρια. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ διῆλθον, ὑπερβὰς τὸ τοῦ πλάσματος μῆκος. Τὰς δὲ μυστικὰς αὐτῶν τελετὰς τίς οὕτω τρισάθλιος, ὥστε διὰ γλώττης προενεγκεῖν τὰ τελούμενα; Πάντα γὰρ λογισμὸν πονηρὸν ὑπερβαίνει, καὶ πᾶσαν ἔννοιαν μυσαρὰν, τὰ παρ' ἐκείνων ὡς θεῖα πραττόμενα. Ἀρκεῖ (9) δὲ καὶ ἡ ἐπωνυμία τὸ παμμίαρον αὐτῶν αἰνίξασθαι τόλμημα. Βορβοριανοὶ γὰρ τούτου χάριν ἐπωνομάσθησαν.

XIV. — *De Sethianis, vel Ophianis, seu Ophitis.*

Sethiani vero, quos Ophianos vel Ophitas quidam vocant, Deum omnium hominem appellant, Lucem illum rursus cognominantes, beatumque et ab interitu alienum dicentes, et domicilium in Bytho habere affirmantes. Ejus autem Ennœam Filium hominis et secundum hominem vocant : post hunc vero esse Spiritum sanctum, et hos infra, quatuor elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos. Feminam porro Spiritum dicunt, ferrique super elementa. Amasse autem primum hominem ac secun-

ΙΔ'. — *Περὶ* (10) *Σηθιανῶν, ἢ Ὀφιανῶν, ἢ Ὀφιτῶν.*

Οἱ δὲ Σηθιανοὶ, οὓς Ὀφιανοὺς ἢ Ὀφίτας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἄνθρωπον καλοῦσι τὸν τῶν ἁπάντων Θεὸν, Φῶς αὐτὸν πάλιν ἐπονομάζοντες, καὶ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ἀποκαλοῦντες, καὶ ἐν Βυθῷ τὴν οἴκησιν ἔχειν διαβεβαιούμενοι · τὴν δὲ Ἔννοιαν αὐτοῦ (11), Υἱὸν ἀνθρώπου καλοῦσι, καὶ δεύτερον ἄνθρωπον. Μετὰ δὲ τοῦτον ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα · κάτω δὲ τούτων, τέσσαρα στοιχεῖα, ὕδωρ, σκότος, ἄβυσσον, χάος. Θῆλυ δὲ τὸ Πνεῦμα καλοῦσι, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐπιφέρεσθαι. Ἐρασθῆναι δέ φασι

(2) καί. Des. in edit. Rom.

(3) τὸν Αὐτ. Des. ibid.

(4) ἐπιτ.—Ἑβρ. ὀνόματα. Ut Jaldabaoth, Raguel, Eleleth, aliaque, de quibus vide Epiphan. ac Irenæum.

(5) δέ. Ex edit. Rom. insertum.

(6) φασί. Ex eadem edit. suppletum. Ibid. est προβάλλεσθαι.

(7) Ἀδάμ. καλ. Quoniam neque ipse domatus est, neque ii ex quibus erat. Ita Irenæus, c. 33.

(8) Edit. Rom. ὃ καὶ Σοφίαν Προύνικον, κ. τ. λ. De effeminata mollitie nomen Προύνικος explicat Nicetas in *Thesauro orthodoxiæ*, l. I. Eodem fere modo Epiphanius l. c. nominis etymon illustrat.

(9) ἀρκεῖ—ἐπωνυμ. Tam sordide et flagitiose eos vixisse, ut Borboriani s. cœnosi dicti sint, refert Epiphanius hær. 26. Hinc eosdem Coddianos dictos esse, idem refert, et ex Syriaca lingua hujus nominis natales petit.

(10) Περὶ — Ὀφιτῶν. Hoc conjunxit etiam Irenæus l. I, 34; distinxit autem Epiphanius hær. 37 et 39.

(11) τὴν δὲ ἔνν. αὐτ. Iren. l. c. ita loquitur: Ennœam ejus progredientem, Filium dicunt emittentis, et esse hunc (alii *hanc*) Filium hominis, etc.

Digitized by Google

τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τὸν δεύτερον, τῆς ὥρας A
τοῦ Πνεύματος, καὶ παιδοποιῆσαι Φῶς, ὃ καλοῦσι
Χριστόν. Μὴ δυνηθεῖσαν δὲ βαστάσαι τὴν θήλειαν
τοῦ φωτὸς τὴν ὑπερβολήν, ὑπερβλύσαι· καὶ τὸν μὲν
Χριστὸν, σὺν τῇ μητρὶ, εἰς τὸν ἄφθαρτον ἀνασπα-
σθῆναι Αἰῶνα, ἣν καὶ ἀληθινὴν Ἐκκλησίαν καλοῦσι·
τὴν δὲ ἀναβλυσθεῖσαν τοῦ φωτὸς ἰκμάδα ἐκπεσεῖν
κάτω φασὶ, καὶ (12) κληθῆναι Σοφίαν, καὶ Προύνι-
κον, καὶ Ἀρσενόθηλυν. Διανηχομένην δὲ ἐν τοῖς
ὕδασι, προσλαβεῖν μὲν ἐξ αὐτῶν σῶμα, καὶ βαρυν-
θῆναι, καὶ ὑποβρύχιον κινδυνεῦσαι γενέσθαι· ἀνα-
δῦναι δὲ, καὶ ἐκ τοῦ περικειμένου σώματος κατα-
σκευάσθαι τὸν οὐρανὸν, εἶτα λοιπὸν ἀποβρίψασαν,
ἀναπτῆναι πρὸς τὴν μητέρα. Ἐκεῖνον δὲ υἱὸν τοῦ
Προυνίκου καλοῦσι. Κἀκεῖνος δὲ πάλιν ἄλλον υἱὸν
προεβάλετο, καὶ ἐξ ἐκείνου συστῆναι λέγουσιν ἕτε- B
ρον, καὶ μέχρι τοῦ ἑπτὰ ἀριθμοῦ προβῆναι τὰς
προβολάς. Ὑφ' ἑκάστου δὲ τούτων ἕνα οὐρανὸν δη-
μιουργηθῆναι, καὶ ἕκαστον οἰκεῖν τὸν οἰκεῖον.
Ἐπέθεσαν (13) δὲ καὶ τὰ ὀνόματα τοῖς προειρημέ-
νοις υἱοῖς, τῇ Ἑβραίων χρησάμενοι γλώττῃ, ὧν ἐπι-
μνησθῆναι περιττὸν ἄγαν ὑπέλαβον. Διαστασιάσαι
δέ φασι τοὺς ἄλλους πρὸς τὸν πρῶτον, τῶν (14) μὲν
ὄντα πάππον, τῶν δὲ ἐπίπαππον, ἐνίων δὲ πρόγονον.
Τὸν δὲ ἀθυμήσαντα, εἰς τὴν τρύγα τῆς ὕλης ἐρεῖ-
σθαι τὴν ἔννοιαν, καὶ γεννῆσαι υἱὸν ὀφιόμορφον ἐξ
αὐτῆς (15). Εἶτα καυχώμενον τὸν τοῦ ὀφιομόρφου
πατέρα εἰπεῖν, Ἐγὼ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ ὑπὲρ ἐμὲ
οὐδείς. Τὴν δὲ μητέρα δυσχεράνασαν ἐπιθοῆσαι
αὐτῷ, Μὴ ψεύδου· ἔστι γὰρ ὑπὲρ σὲ πατὴρ ἁπάν- C
των, πρῶτος ἄνθρωπος, υἱὸς ἀνθρώπου (16). Τούτων
δὲ, φησὶν, ἀκούσας τῶν λόγων τοῦ ὄφεως ὁ πατὴρ
ἔφη· « Δεῦτε, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα
ἡμῶν. » Καὶ ἕτερα δὲ πάμπολλα προστιθέασι (17)
δυσσεβείας ὁμοῦ καὶ ἀηδίας μεστά. Καὶ τὸν ὀφιό-
μορφον δὲ ἐκεῖνον Μιχαὴλ καὶ Σαμανὰ (18) ὀνομά-
ζουσι. Καὶ τοὺς προφήτας διαιροῦσι, καὶ τοῖς ἑπτὰ
υἱοῖς ὡς θέλουσιν ἀπονέμουσι. Καὶ τὸν Σὴθ θείαν
τινὰ δύναμιν εἶναί φασι· διὸ καὶ Σηθιανοὶ (19) προσ-
ηγορεύθησαν. Τὸν δὲ Ἰησοῦν ἄλλον λέγουσι παρὰ
τὸν Χριστόν· καὶ τὸν μὲν Ἰησοῦν (20) ἐκ τῆς Παρ-
θένου γεννηθῆναι, τὸν δὲ Χριστὸν οὐρανόθεν εἰς
αὐτὸν κατελθεῖν. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους πλα-
νηθῆναι, νενομικότας τοῦ Σωτῆρος ἀναστῆναι τὴν
σάρκα. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν φασιν, εἰς ὄφεως εἶδος D
ἑαυτὸν ἐκτυπώσαντα τὸν Χριστὸν, εἰς τὴν τῆς Παρ-
θένου μήτραν εἰσδῦναι. Καὶ οὕτω νοοῦσιν οἱ δεί-
λαιοι τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ
ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ,

dum formam Spiritus dicunt, et Lucem genuisse quam Christum nominant. Cumque nimiam lucis magnitudinem ferre mulier non posset, redundasse, et Christum quidem cum matre ad Æonem incorruptibilem **307** abreptum esse, quam et veram Ecclesiam vocant; rorem vero qui ex luce redundavit deorsum lapsum dicunt, et appellatum esse Sapientiam, et Prunicum, et Masculofeminam. In aquis vero natantem corpus quidem ex eis sumpsisse, gravatamque fuisse ac pene submersam: emersisse tamen, et ex corpore quo tegebatur conditum esse cœlum: deinde cum reliquum excussisset, ad matrem evolasse. Illum autem Prunici filium vocant. At ille rursus alium filium procreavit, ex eoque exstitisse alterum dicunt, et ad septem usque numero processisse productiones, atque ab horum singulis conditos esse cœlos, et in proprio habitare unumquemque. Imposuerunt et prædictis filiis Hebraicæ linguæ vocabula, quæ commemorare supervacaneum plane duxi. Seditionem quoque adversus primum alios excitasse dicunt, quorum ille partim avus erat, partim proavus, quorumdam etiam progenitor. Illum ergo animi anxium in materiæ fæcem cogitationem defixisse, filiumque ex ea genuisse serpentiformem. Tum gloriantem serpentiformis patrem dixisse: Ego sum Deus et pater, et non est me superior. Indignantem vero matrem ad eum exclamasse: Ne mentiaris: est enim te superior pater omnium, primus homo, filius hominis. Quæ, inquit, verba cum audisset pater serpentis, dixit: « Venite, faciamus hominem ad imaginem nostram [5]. » Et alia insuper **308** adjiciunt plurima, quæ et impietate plena sunt, et nihil habent jucunditatis. Jam serpentiformem illum Michaelem et Samanna vocant. Et prophetas dividunt, ac filiis septem pro arbitrio distribuunt. Sethum divinam quamdam potentiam esse dicunt, eamque ob causam Sethiani appellati sunt. Jesum vero alium a Christo esse statuunt: et Jesum quidem ex Virgine natum esse, Christum autem de cœlis in ipsum descendisse. Dicunt etiam apostolos errasse, ratos Servatoris carnem resurrexisse. Sunt ex eis qui dicunt Christum in serpentis speciem transformatum Virginis uterum subiisse. Atque hoc modo miseri illi dictum apostolicum intelligunt: « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanivit seipsum, formam servi accipiens [6]. » Quidam autem serpentem ipsum dicunt consuetudinem habere cum Sapientia, et tanquam

[5] Gen. I, 26. [6] Philipp. II, 6, 7.

(12) καὶ— Ἀρσενόθ. Irenæus addit nomen *Sinistræ*.
(13) ἐπέθεσαν, κ. τ. λ. Prolixus est in his nominibus recensendis Irenæus, c. 34.
(14) τῶν. Edit. Rom. τόν. Ita quoque post pauca.
(15) αὐτ. Edit. Rom. omittit punctum.
(16) υἱὸς ἀνθρ. Iren., et Anthropus filius Anthropi. Excidisse videntur post πρῶτος ἄνθρωπος, verba καὶ ἄνθρωπος
(17) προστ. — μεστά. Ex Irenæo hæc, si operæ pretium esset, facile suppleri possent. Parum hæc somnia differunt a Saturnili figmentis. Vid. supra, p. 290.
(18) Σαμ. Dubito num ex sola Irenæi auctoritate rescribendum sit Σαμαήλ, ut Cotelerio aliisque visum est. Video enim ex observationibus Massueti ad Iren. l. I, c. 34, non omnes codices consentire in lectione Samael.
(19) Σηθ. Scilicet a Setho filio Adami, non a Semo filio Noachi, ut nonnullis visum est.
(20) Ἰησ. Edit. Rom. Θεόν.

Digitized by Google

cum adversario, cum Deo creatore bellantem, Adamum decepisse, et cognitionem dedisse, ideoque omnium prudentissimum dictum esse serpentem, et flexuosam intestinorum nostrorum positionem serpentis corpus imitari, genitalem serpentis sapientiam ostendentem. Hac de causa serpentem quoque adorant. [a] Quem carminibus quibusdam delinitum in tenebris nutriunt, et in exsecrandorum **309** mysteriorum suorum ritu in mensam inferunt : ubi autem ascenderit, panibus tanquam sanctificatis vescuntur.

A ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφην δούλου λαβών. » Τινὲς δὲ αὐτὸν τὸν ὄφιν τῇ Σοφίᾳ συνεῖναί φασι, καὶ ὡς ἐναντίῳ Θεῷ τῷ ποιητῇ πολεμοῦντα, τὸν Ἀδὰμ ἐξαπατῆσαι, καὶ δεδωκέναι τὴν γνῶσιν, καὶ τούτου χάριν εἰρῆσθαι φρονιμώτατον εἶναι πάντων τὸν ὄφιν, καὶ τὴν πολυέλικτον δὲ τῶν ἡμετέρων ἐντέρων θέσιν τοῦ ὄφεως περικεῖσθαι τὸ σῶμα, δεικνῦσαν τὴν ζωογόνον σοφίαν τοῦ ὄφεως. Διά τοι τοῦτο καὶ προσκυνοῦσι τὸν ὄφιν. Ὃν ἐπῳδαῖς τισι καταθέλξαντες, ἐν σκότει τρέφουσι, καὶ τῇ τελετῇ τῶν μυσαρῶν αὐτῶν μυστηρίων τοῦτον τῇ τραπέζῃ προσφέρουσιν· ἐπιβάντος δὲ αὐτοῦ, τῶν ἄρτων ὡς ἡγιασμένων μεταλαγχάνουσιν.

XV. — *De Cainis.*

Alii autem, quos Cainos vocant, et Cainum dicunt superna auctoritate liberatum, et Esau et Corah et Sodomitas, cæterosque omnes ejusmodi, cognatos suos confitentur, eosque odio habitos a Creatore, sed nihil ab eo noxæ accepisse. Sapientia enim quod in ipsis habebat ab eis eripuit. Sed et proditorem Judam solum ex omnibus apostolis dicunt hanc cognitionem habuisse, et ideo proditionis mysterium peregisse. Proferunt etiam illius Evangelium, quod ipsi composuerunt : nam ille laqueum mox induit mercedem proditionis. Et cum ea faciunt quæ sunt vetita, angeli alicujus nomen invocant, tanquam illi videlicet intemperantiam offerentes; atque hoc in unaquaque impudicitiæ specie faciunt. Esse enim pro variis impudicitiæ formis pari numero angelos quosdam qui oneribus illis coluntur.

ΙΕ'. — *Περὶ Καϊνῶν.*

B Ἄλλοι δὲ, οὓς Καϊνοὺς (21) ὀνομάζουσι, καὶ τὸν Κάϊν φασὶν ἐκ τῆς ἄνωθεν αὐθεντίας λελυτρῶσθαι, καὶ τὸν (22) Ἡσαῦ, καὶ τὸν Κορὲ, καὶ τοὺς Σοδομίτας, καὶ πάντας δὲ τοὺς τοιούτους συγγενεῖς ἰδίους ὁμολογοῦσι, καὶ τούτους ὑπὸ μὲν τοῦ Ποιητοῦ μισηθῆναι, μηδεμίαν δὲ βλάβην εἰσδέξασθαι. Ἡ γὰρ σοφία ὅπερ εἶχεν ἐν αὐτοῖς, ἀνήρπασεν ἐξ αὐτῶν· καὶ τὸν προδότην δὲ Ἰούδαν μόνον ἐκ πάντων τῶν ἀποστόλων ταύτην ἐσχηκέναι τὴν γνῶσίν φασι, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς προδοσίας ἐνεργῆσαι μυστήριον. Προφέρουσι δὲ αὐτοῦ καὶ Εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐκεῖνοι συντεθείκασιν ἐκεῖνος γὰρ εὐθὺς τὴν ἀγχόνην ἔλαβε τῆς προδοσίας μισθόν. Καὶ τὰ ἀπειρημένα πράττοντες, ἀγγέλου τινὸς ἐπιλέγουσιν ὄνομα, ὡς ἐκείνῳ δῆθεν τὴν ἀσέλγειαν χαριζόμενοι· καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστης ἰδέας ἀκολάστου ποιοῦσιν. Εἶναι γὰρ (23) τοῖς τῆς ἀκολασίας C εἴδεσιν ἰσαρίθμους τινὰς ἀγγέλους λέγουσιν, οἳ θεραπεύονται τοῖς δρωμένοις.

XVI. — *De Antitactis.*

Fuerunt et alii quidam, quos Antitactas vocabant, impii, qui magnum ignotum Deum, ut ipsi dicunt, patrem suum appellabant, hunc vero esse bonum, et Deum creatorem : unum autem quempiam ex iis qui ex eo geniti erant, seminasse zizania; **310** qui in nos omnes, ut ipsi dicunt, mala injecit, ut qui optimo patri nostro restiterit. Quo fit ut nos quoque illi resistamus, ad ultionem patris ejus legibus adversantes. Et quoniam ipse dixit: « Non mœchaberis »[7], nos, inquit, mœchemur, ut ejus præceptum infringamus. Hos malorum inventores jure quispiam dixerit, qui libidinibus suis blasphemias adjungunt.

ΙϚ'. — *Περὶ Ἀντιτακτῶν* (24).

Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς, οὓς Ἀντιτάκτας ἐκάλουν, ἀσεβεῖς, οἳ τὸν μέγαν ἄγνωστον Θεὸν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, πατέρα οἰκεῖον ὠνόμαζον· τοῦτον δὲ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ Θεὸν ποιητήν· ἕνα δέ τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων ἐπισπεῖραι ζιζάνια· ὃς καὶ πάντας ἡμᾶς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, κακοῖς περιέβαλεν, ἀντιταξάμενος ἡμῶν τῷ ἀγαθωτάτῳ πατρί. Οὗ δὴ χάριν καὶ ἡμεῖς ἀντιτασσόμεθα αὐτῷ, εἰς ἐκδίκησιν τοῦ πατρὸς ἀνθιστάμενοι τοῖς νόμοις αὐτοῦ. Καὶ ἐπειδὴ οὗτος εἶπεν, « Οὐ μοιχεύσεις, » ἡμεῖς, φησὶ, μοιχεύσωμεν ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ. Τούτους D εἰκότως ἄν τις ἐφευρετὰς ὀνομάσοι κακῶν, οἳ ταῖς ἀσελγείαις τὰς βλασφημίας συνάπτουσιν.

XVII. — *De Peratis.*

Ademes vero Carystius, et Peraticus Euphrates, a quo Peratæ [a] dicti sunt qui in horum sunt sententia, mundum unum esse docent tres in partes divisum. Et partem quidem unam instar magni

ΙΖ'. — *Περὶ τῶν Περατῶν.*

Ἀδέμης δὲ ὁ Καρύστιος, καὶ ὁ Περατικὸς Εὐφράτης, ἀφ' οὗ Περάται προσηγορεύθησαν οἱ τούτων ὁμόφρονες, ἕνα κόσμον εἶναί φασι τριχῇ διῃρημένον· καὶ τὸ μὲν ἓν μέρος, οἷόν τινα πηγὴν εἶναι μεγά-

[7] Exod. xx, 14

(21) Καϊνούς. Alia nomina vid. supra, p. 289, schol. 15. His addimus, eos quoque Judaitas et Judæos vocatos esse, a Juda proditore.

(22) καὶ τὸν, κ. τ. λ. His gemina vide apud Epiphanium hær. 38, et Iren. l. 1, c. 35

(23) εἶναι γὰρ, κ. τ. λ. Ad hunc locum conf. Iren. et Epiph. ll. cc.

(24) Περὶ Ἀντιτ. Hunc titulum omit. Rom. ponit ante ἕνα δέ τινα, κ. τ. λ. Quæ præcedunt, ibid. capiti 15 subjiciuntur.

Digitized by Google

λην, εἰς ἄπειρα διαιρεθῆναι τῷ λόγῳ δυνάμενον. Τὴν δὲ πρώτην τομὴν Τριάδα προσαγορεύουσι, καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ἀγαθὸν τέλειον, μέγεθος πατρικόν. Τὸ δὲ δεύτερον, δυνάμεων ἀπείρων τὸ πλῆθος. Τὸ δὲ τρίτον καλοῦσιν ἰδικόν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀγέννητον λέγουσι, καὶ ὀνομάζουσι τρεῖς θεοὺς, τρεῖς λόγους, τρεῖς νοῦς, τρεῖς ἀνθρώπους. Ἄνωθεν δὲ ἀπὸ τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς πρώτης τοῦ κόσμου διαιρέσεως, παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ κόσμου συντέλειαν, ἐν τοῖς Ἡρώδου χρόνοις κατελῆλυθέναι τριφυῆ τινα ἄνθρωπον, καὶ τρίσωμον, καὶ τριδύναμον, καλούμενον Χριστόν· καὶ διελθεῖν τόν τε ἀγέννητον κόσμον, καὶ τὸν αὐτογενῆ, καὶ ἐλθεῖν εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἐν ᾧ ἐσμεν. Κατελθὼν δὲ ὁ Χριστὸς, τὰ μὲν ἄνωθεν κατενηνεγμένα ἐπανελθεῖν ἄνω παρασκευάσει, τὰ δὲ τούτοις ἐπιβουλεύσαντα παραδώσει κολάσει. Καὶ τὸν μὲν ἀγέννητον κόσμον, καὶ τὸν αὐτογενῆ, σωθήσεσθαι λέγουσι· τοῦτον δὲ τὸν κόσμον ἀπόλλυσθαι, ὃν ἰδικὸν ὀνομάζουσι.

A cujusdam fontis esse, quæ in infinita dividi cogitatione possit. Primam autem sectionem Trinitatem appellant, eamque vocant bonum perfectum, magnitudinem paternam. Secundam vero, potestatum infinitarum multitudinem. Tertiam denique specialem vocant. Et primam quidem dicunt ingenitam, et nominant tres deos, tres sermones, tres mentes, tres homines. E superis autem ab ingenito et prima divisione mundi, sub ipsam mundi consummationem, in temporibus Herodis descendisse hominem quemdam triplicis naturæ, trium corpoporum, et triplicis potestatis, Christum nomine, et pertransiisse tum ingenitum mundum, tum per se genitum, venisseque in hunc mundum in quo sumus. Qui ergo descendit Christus, efficiet ut ad B superiora redeant quæ e superis descenderunt, et quæ his insidiata sunt tradet supplicio. Atque ingenitum quidem mundum, et **311** per se genitum servandos dicunt : perire autem hunc mundum, quem specialem nominant.

ΙΗ'. — *Περὶ Μονοΐμου.*

Μονοΐμον τὸν Ἄραβα λέγουσιν ἐκ τῆς ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης λαβόντα τὰς ἀφορμὰς, τὴν οἰκείαν αἵρεσιν διαπλᾶσαι.

XVIII. — *De Monoimo.*

Monoimum Arabem tradunt sumpta occasione ex arithmetica scientia suam hæresin condidisse.

ΙΘ'. — *Περὶ Ἑρμογένους.*

Ὁ δὲ Ἑρμογένης ἐξ (25) ὑποκειμένης ὕλης καὶ συναγεννήτου τὸν Θεὸν ἔφη δημιουργῆσαι τὰ πάντα. Ἀδύνατον γὰρ ὑπέλαβεν ὁ ἐμβρόντητος καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖν. Οὗτος τοῦ Κυ- C ρίου τὸ σῶμα ἐν τῷ ἡλίῳ εἶπεν ἀποτεθῆναι, τὸν δὲ διάβολον καὶ τοὺς δαίμονας εἰς τὴν ὕλην ἀναχεθήσεσθαι. Κατὰ τούτου συνέγραψε Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, καὶ Ὠριγένης ὡσαύτως. Κατὰ δὲ Βαλεντίνου, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης (26), καὶ Ὠριγένης.

XIX. — *De Hermogene.*

Hermogenes autem ex subjecta materia et pariter ingenito Deum dicit omnia creasse. Impossibile enim esse stolidus homo existimabat etiam Deo universorum, ut ex nihilo crearet. Idem Domini corpus in sole depositum esse dixit : diabolum autem et dæmonas in materiam refundendos. Contra hunc scripsit Theophilus Antiochenus episcopus, et Origenes similiter. Contra Valentinum autem, eosque qui ab illo prodierunt, et Irenæus, et Clemens, et Origenes.

Κ'. — *Περὶ Τατιανοῦ καὶ Ὑδροπαραστατῶν, ἤτοι Ἐγκρατιτῶν.*

Τατιανὸς δὲ ὁ Σύρος, σοφιστὴς ἐγεγόνει τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ θεσπεσίου Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος ἐγένετο φοιτητής. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ διδασκάλου τελείωσιν, ἐπόθησε γενέσθαι προστάτης αἱρέσεως. Ἤρανίσατο (27) δὲ τὰς τοῦ πλάσματος ἀφορμὰς, ἀπὸ μὲν Βαλεντίνου, τῶν Αἰώνων τὰς προβολὰς, D ἀπὸ δὲ Σατορνίλου καὶ Μαρκίωνος, τὸ τὸν γάμον βδελύττεσθαι, καὶ τὴν τῶν ἐμψύχων, καὶ τὴν τοῦ οἴνου μετάληψιν. Τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται καὶ Ἐγκρατιταί. Ὑδροπαραστάται (28) δὲ ὀνομάζονται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες· Ἐγκρατιταὶ δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τῶν ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες. Ἀπ-

XX. — *De Tatiano, et Hydroparastatis, vel Encratitis.*

Tatianus vero Syrus, sophista primum fuit, postea divini quoque Justini martyris discipulus. Post magistri vero mortem, hæreseos princeps fieri voluit. Figmenti porro materiam emendicavit, a Valentino quidem Æonum productiones, **312** a Saturnilo autem et Marcione, quod nuptias respuat, et animantium vinique usum. Hunc habent ducem qui Hydroparastatæ et Encratitæ dicuntur. Hydroparastatæ autem vocantur, quod aquam pro vino offerant : Encratitæ, quod nec vinum bibant, nec animatis vescantur. Ab his autem abstinent, tanquam malum abhorrentes. Cælibatum quoque observant, nuptias scortationem appellantes, et legitimam con-

(25) ἐξ — ὕλης. Materiam, ut videtur, cum Pleromate permutavit. Qui ejus doctrinam sequebantur, Materiarii passim a Tertulliano aliisque vocantur.

(26) Κλ. Ed. Rom. Κλήμης. Vid. p. 293, schol. 32.

(27) ἠρανίσατο, κ. τ. λ. Ejus doctrinam nonnisi indigestam variorum errorum congeriem fuisse testatur Irenæus l. III, c. 38. Eodem teste novas quoque opiniones, ut credulorum plausus mereretur, excogitavit. Huc refertur ejus hypothesis de Adamo non salvato, etc.

(28) Ὑδροπ., κ. τ. λ. Editio Rom. præmittit titulum, Διατὶ ὑδροπαραστάται καὶ ἐγκρατιταὶ λέγονται.

Digitized by Google

junctionem diabolicam vocantes. Hic Evangelium, quod Diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis, et aliis omnibus, quæ Dominum ex semine Davidis secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt non modo qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tanquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, et pro his quatuor evangelistarum Evangelia introduxi.

A ἔχονται δὲ τούτων, ὡς πονηρὸν μυσαττόμενοι (29). Καὶ τὴν ἀγαμίαν δὲ μετίασι, πορνείαν τὸν γάμον προσαγορεύοντες, καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν διαβολικὴν ὀνομάζοντες. Οὗτος καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλούμενον συντέθεικεν Εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ, οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεττάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον Εὐαγγέλια.

XXI. — *De Severo.*

Hujus doctrinæ succedens Severus, de suo nomine quos deceperat appellavit. Inde est quod Encratitas nonnulli Severianos vocant. Hi et divini Pauli Epistolas, et **313** Actuum historiam rejiciunt. Contra quos scribit Musanus veritatis patronus, et Clemens Stromateus, et Apolinarius Hierapolitanus in Phrygia episcopus, et Origenes.

B

ΚΑ'. — *Περὶ Σευήρου.*

Τὴν τούτου διδασκαλίαν Σευῆρος διαδεξάμενος, ἐκ τῆς (30) οἰκείας προσηγορίας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεφενακισμένους ὠνόμασεν. Ἐντεῦθεν Σευηριανούς τινες τοὺς Ἐγκρατιτὰς καλοῦσιν. Οὗτοι καὶ τοῦ θείου Παύλου τὰς Ἐπιστολὰς, καὶ τῶν Πράξεων τὴν ἱστορίαν ἐκβάλλουσι. Κατὰ τούτων συγγράφει Μουσανὸς τῆς ἀληθείας συνήγορος, καὶ Κλήμης (31) ὁ Στρωματεὺς, καὶ Ἀπολινάριος (32), ὁ τῆς κατὰ Φρυγίαν ἱερᾶς πόλεως γεγονὼς ἐπίσκοπος, καὶ Ὠριγένης.

XXII. — *De Bardesane et Harmonio.*

Bardesanes autem Syrus, Edesæ natus, Marci Veri Cæsaris temporibus floruit. Hunc ferunt multa de Valentini fabulis resecuisse. Multa etiam Syrorum lingua scripsit, quæ alii quidam in Græcam transtulerunt. Incidi et ego in libros ejus, quos adversus fatum scripserat, et contra hæresin Marcionis, et in alios non paucos. Narrant et Harmonium, qui hujus fuit filius, linguam Græcam Athenis didicisse. Multa porro Syriaca lingua scripsit. Utriusque autem errorem Ephraim Syrus vir celeberrimus strenue confutavit.

C

ΚΒ'. — *Περὶ Βαρδησάνου καὶ Ἁρμονίου* (33).

Βαρδησάνης (34) δὲ ὁ Σύρος, ἐξ Ἐδέσης ὁρμώμενος, ἐν τοῖς Οὐήρου (35) Μάρκου Καίσαρος ἤκμασε χρόνοις. Τοῦτόν φασι πολλὰ τῆς Βαλεντίνου περικόψαι μυθολογίας. Πολλὰ δὲ καὶ τῇ Σύρων συνέγραψε γλώττῃ, καὶ ταῦτά τινες μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Ἐντετύχηκα δὲ κἀγὼ λόγοις αὐτοῦ, καὶ κατὰ εἱμαρμένης γραφεῖσι, καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν, καὶ ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις. Φασὶ δὲ καὶ Ἁρμόνιον, τούτου παῖδα γενόμενον, ἐν Ἀθήναις τὴν Ἑλληνικὴν παιδευθῆναι φωνήν. Πολλὰ δὲ καὶ οὗτος συνέγραψε, τῇ Σύρων γλώττῃ χρησάμενος. Τὴν τῶν ἀμφοτέρων δὲ πλάνην Ἔφραιμ ὁ Σύρος ὁ πανεύφημος γενναίως διήλεγξεν.

XXIII. — *De Florino et Blasto.*

Sed et Florinus et Blastus, presbyterorum in albo Romæ conscripti, in Valentini pestem declinarunt. Ferunt autem beatissimum Irenæum, cum horum morbum deploraret, adversus Valentinum scripsisse. Atque hi quidem omnes **314** a Simone exorsi, cognata inter se dogmata protulerunt, Æonas quosdam nominantes, et Æonum productiones, et alias productionum productiones.

D

ΚΓ'. — *Περὶ Φλωρίνου καὶ Βλάστου.*

Καὶ Φλωρῖνος δὲ, καὶ Βλάστος, εἰς τὸν τῶν ἐν Ῥώμῃ πρεσβυτέρων συντελοῦντες κατάλογον, εἰς τὴν Βαλεντίνου λώβην ἀπέκλιναν. Τούτων (36) φασὶ τὴν νόσον τὸν τρισμακάριον Εἰρηναῖον ὀλοφυρόμενον, τὴν κατὰ Βαλεντίνου ποιήσασθαι συγγραφήν. Οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἀπὸ τοῦ Σίμωνος ἀρξάμενοι, συγγενῆ τινα ἀλλήλοις ἀπεκύησαν δόγματα, Αἰῶνάς τινας ὀνομάσαντες, καὶ προβολὰς Αἰώνων, καὶ ἄλλας προβολὰς προβολῶν.

XXIV. — *De Cerdone et Marcione.*

Marcion autem, et Cerdon, ejus doctor, sumpse-

ΚΔ'. — *Περὶ Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος.*

Μαρκίων δὲ, καὶ Κέρδων ὁ τούτου διδάσκαλος, καὶ

(29) ὡς πον. μυσ. Epiph. hær. 47, κατὰ φόβον καὶ ἐνδελμὸν τοῦ μὴ καταδικασθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως.

(30) ἐκ τῆς, κ. τ. λ. Falluntur itaque qui nominis rationem a morum severitate vel duriori vivendi genere desumptum esse putant. Distingue autem Severianos hosce a Severitis s. Monophysitis.

(31) Κλ. Edit. Rom. Κλήμης.

(32) Ἀπολ. Vid. infra, ad l. III, c. 2.

(33) καὶ Ἁρμ. Ex Indice, pag. 284, hæc addere visum est.

(34) Βαρδ. Epiph. hær. 56, Βαρδησιάνης.

(35) Οὐήρου. Edit. Rom. Σευήρου.

(36) τούτων, κ. τ. λ. Ex fragmento epistolæ Irenæi ad Florinum colligitur, novam fuisse Florini doctrinam. Jure itaque dubitatur, num illa Irenæo occasionem contra Valentinianos scribendi dederit? Vide Dodwellum copiose et erudite de hoc argumento disputantem in diss. sexta in Irenæum.

Digitized by Google

(75) γεν. καί. Ex edit. Rom. suppletum.
(76) ἑαυτ. Loco cit. est ἑαυτῷ.

Digitized by Google

ΑΙΡΕΤΙΚΗΣ ΚΑΚΟΜΥΘΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

—

HÆRETICARUM FABULARUM LIBER QUARTUS.

—

Præfatio.
1. *De Ario.*
2. *De Eudoxio.*
3. *De Eunomio et Actio.*
4. *De Psathyrianis, et aliis ab Arii hæresi derivatis.*
5. *De Macedonianis.*
6. *De Donatistis.*
7. *De Meletianis.*
8. *De Apollinario.*
9. *De Polemianis, et aliis Apolinaristis.*
10. *De Audianis.*
11. *De Messalianis, sive Euchitis, et Enthusiastis.*
12. *De Nestorio.*
13. *De Eutyche.*

Πρόλογος (77).
α'. *Περὶ Ἀρείου.*
β'. *Περὶ Εὐδοξίου.*
γ'. *Περὶ Εὐνομίου καὶ Ἀετίου.*
δ'. *Περὶ Ψαθυριανῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἐκ τῆς Ἀρείου* (78) *καταγομένων αἱρέσεως.*
ε'. *Περὶ Μακεδονιανῶν.*
ς'. *Περὶ Δονατιστῶν.*
ζ'. *Περὶ Μελετιανῶν* (79).
η'. *Περὶ Ἀπολιναρίου* (80).
θ'. *Περὶ Πολεμιανῶν, καὶ τῶν ἄλλων Ἀπολιναριστῶν* (81).
ι'. *Περὶ Αὐδιανῶν.*
ια'. *Περὶ Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν, καὶ Ἐνθουσιαστῶν* (82).
ιβ'. *Περὶ Νεστορίου* (83).
ιγ'. *Περὶ Εὐτύχους* (84).

349 PRÆFATIO.

Quod infandarum hæresium plurimæ antiquis Valentini deis, Profundo et Silentio, traditæ sint, in libris jam scriptis ostensum est. Verum autem esse quod dicimus, testantur urbes et vici ab his liberati. Sed mendacii parens, quem Dominus homicidam merito appellavit (semper enim hominum animabus insidiatur), alias insidiarum machinas fabricatus est. Animadvertens enim exsecranda omnibus videri quæ de Deo universorum ab ejus discipulis dicta sunt, et probabilia non esse quæ de incarnatione proferebant (quidam enim nudam divinitatem apparuisse dixerunt, alii solam humanitatem divinitate destitutam dispensationem peregisse), impietatem ab utroque excessu remotam temperavit.

I. — *De Ario.*

Arium enim nactus, humanæ gloriæ cupidum, et arrogantiæ morbum in eo inflammavit, et hæreseos errorem indidit. Hic enim cum Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter esset, et magnum Alexandrum in pontificali cathedra sedentem videret, invidiæ stimulo percitus est, pugnæque cum eo conserendæ materiam quærens, occasionem invenit dogmatum impietatem. Nam cum ille apostolicam herbam gregi præberet, et ad fontes evangelicos oves duceret, contradicebat hic ejus dictis, et sapientissimo magistro Filium Patri consubstantialem affirmante,

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ὅτι μὲν τῶν δυσωνύμων αἱρέσεων αἱ πλείους τοῖς ἀρχεγόνοις Βαλεντίνου θεοῖς τῷ Βυθῷ καὶ τῇ Σιγῇ παρεδόθησαν (85), ἐν τοῖς ἤδη γραφεῖσι βιβλίοις δεδήλωται. Μαρτυροῦσι δὲ τῷ λόγῳ πόλεις καὶ κῶμαι τούτων ἀπηλλαγμέναι. Ἀλλ' ὁ τοῦ ψεύδους πατήρ, ὃν ἀνθρωποκτόνον εἰκότως ὁ Κύριος προσηγόρευσεν (ἀεὶ γὰρ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύει ψυχαῖς), ἑτέρας ἐπιβουλῶν ἐτεκτήνατο μηχανάς. Συνιδὼν γάρ, ὡς μυσαρὰ πᾶσιν εἶναι δοκεῖ τὰ περὶ Θεοῦ τῶν ὅλων παρὰ τῶν ἐκείνου φοιτητῶν εἰρημένα, καὶ τῆς οἰκονομίας οἱ λόγοι τὸ πιθανὸν οὐκ ἐσχήκασιν· οἱ μὲν γὰρ γυμνὴν ἔφασαν ἐπιφανῆναι θεότητα, οἱ δὲ μόνην ἀνθρωπότητα θεότητος ἔρημον τὴν οἰκονομίαν ἐργάσασθαι· ἐκέρασεν ἀσέβειαν ἑκατέρας ἀπηλλαγμένην ὑπερβολῆς.

Α'. — *Περὶ Ἀρείου.*

Καὶ τὸν Ἄρειον εὑρὼν ἀνθρωπίνης ὀριγνώμενον δόξης, καὶ τῆς ἀλαζονείας ἐν αὐτῷ τὸ πάθος ἐπύρσευσε, καὶ τῆς αἱρέσεως τὸν πλάνον ἐνέθηκεν. Οὗτος (86) γὰρ εἷς τῶν πρεσβυτέρων κατάλογον τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τελῶν, καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον τοῖς ἀρχιερατικοῖς ἐνιδρυθέντα θώκοις ἰδὼν, τοῦ φθόνου τὸ κέντρον ἐδέξατο, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀψιμαχίας ἐπιζητῶν ἀφορμὰς, πρόφασιν εὗρε τὴν τῶν δογμάτων ἀσέβειαν. Ἐκείνου γὰρ τὴν ἀποστολικὴν πόαν τῇ ποίμνῃ προσφέροντος, καὶ πρὸς τὰς εὐαγγελικὰς τὰ πρόβατα ποδηγοῦντος πηγάς, οὗτος

(77) Πρόλ. Des. in edit. Rom.
(78) καὶ — αἱρ. Edit. Rom. Περὶ Κυρτιανῶν. Περὶ Δουλειανῶν.
(79) Μελετ. Infra præm. τῶν ἐν Αἰγύπτῳ.
(80) Ἀπολ. Edit. Rom. Ἀπολιναρίδων.
(81) καὶ — Ἀπολ. ibid. περὶ ἄλλων Ἀπολιναρίδων.
(82) καὶ Ἐνθ. Des. ibid.
(83) Νεστ. ibid. Νεστοριανῶν.
(84) Εὐτ. ibid. Εὐτυχιανῶν.
(85) παρ. Edit. Rom. παρεδόθη.
(86) οὗτος, κ. τ. λ. Pluribus Arii historiam expositam vide in *Hist. eccles.* lib. I integro.

Digitized by Google

ἀντεῖπε τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῦ πανσόφου διδασκάλου τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον λέγοντος, οὗτος ἀντέλεγε, κτίσμα ἀποκαλῶν (87), ὃν υἱὸν γνήσιον προσηγόρευσε· κἀκείνου τὸν Θεὸν Λόγον συναΐδιον λέγοντος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς ἐν ἀρχῇ ὄντα, καὶ Θεὸν ὄντα Λόγον, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης· οὗτος ἐξ οὐκ ὄντων (88) ἔλεγε γεγενῆσθαι τὸν ὄντα, καὶ τρεπτὴν αὐτὸν ἔχειν ἔφησε φύσιν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἠκρωτηρίασε λόγον. Σῶμα γὰρ αὐτὸν ἄψυχον ἔφη εἰληφέναι, ἐνηργηκέναι δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τὴν θεότητα, ὥστε ταύτῃ προσάψαι τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐγγινομένην συμπάθειαν. Οὗτος καὶ τῆς δοξολογίας τοὺς νόμους καταλιπὼν, οὓς οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου παρέδοσαν, ἕτερον ἐπεισήγαγε τύπον, δοξάζειν (89), τοὺς ἐξηπατημένους διδάξας τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τοῦ θείου βαπτίσματος γινομένην ἐπίκλησιν ἐναλλάξαι διὰ τὸ τῆς παραβάσεως προφανὲς οὐκ ἐθάρρησεν· ἀλλὰ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν, βαπτίζειν μὲν παρέδωκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· δοξάζειν δὲ κατὰ τὸν τοῦ βαπτίσματος διεκύλυσε νόμον, καίτοι τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, οὐχ ἁπλῶς βαπτίσαι, ἀλλὰ πρότερον μαθητεῦσαι προστεταχότος. « Πορευθέντες γὰρ, ἔφη, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν νόμον καὶ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, μαθητεύουσι τοὺς προσιόντας πιστεύειν εἰς τὸ (90) ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τοὺς μαθητευθέντας βαπτίζουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐδὲ χάριν, οἱ τῆς δωρεᾶς ἀπολαύσαντες, ὡς ἐμαθητεύθησαν καὶ ἐβαπτίσθησαν, δοξάζουσι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Σχέτλιον γὰρ, τοὺς παρὰ τῆς ἁγίας Τριάδος κομισαμένους τὴν τοῦ βαπτίσματος δωρεὰν, μόνῳ τὴν δοξολογίαν προσενεγκεῖν τῷ Πατρὶ, καὶ ἀγέραστον καταλιπεῖν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ (91) ταῦτα μὲν ἐν οἷς κατ' ἐκείνων συνεγράψαμεν διὰ πλάτους εἰρήκαμεν· τῆς δὲ παρούσης συγγραφῆς ὁ σκοπὸς αἱρέσεως ἑκάστης ἐπιδεῖξαι τὸν χαρακτῆρα. Τοῦτον τοίνυν τὸν Ἄρειον, ταῦτα πεφρονηκότα, οἱ ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότες ἅγιοι Πατέρες ἀντικρυς ἀπεκήρυξαν, ὡς ἀλλότρια παντελῶς τῶν θείων λογίων καὶ ἀλλόφυλα ἐπεισάγοντα δόγματα. Χρόνῳ δὲ ὕστερον σκηψάμενος μεταμέλειαν, τοὺς τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ παραδυναστεύοντας ἔπεισε χώραν αὐτῷ μετανοίας δοθῆναι. Δεξάμενος δὲ τὴν ἱκετείαν ὁ βασιλεὺς, τῆς βασιλευούσης πόλεως ἐπήγγειλε τὸν ἐπίσκοπον, ὁρέξαι χεῖρα τῷ σωτηρίας ἐφιεμένῳ. Ὁ δὲ θεῖος Ἀλέ-

A **350** repugnabat iste, creaturam vocans quem germanum Filium appellabat. Et cum ille Deum Verbum Deo Patri coæternum esse doceret, ut qui erat in principio, et Deus erat Verbum, et splendor gloriæ, hic ex non exstantibus eum qui est, factum dicebat, et mutabilem illi naturam esse. Quin et incarnationis quoque rationem mutilabat. Corpus enim inanimatum assumpsisse illum aiebat, animæque partes implevisse divinitatem, ut huic quoque prodeuntem ex corpore consensum tribueret. Idem gloriæ decantandæ ' legibus relictis, quas tradiderant qui ab initio spectatores et ministri Verbi fuerant, aliam formam introduxit, glorificare quos deceperat docens Patrem per Filium in sancto Spiritu. Et divini quidem baptismatis usitatam in-

B vocationem mutare propter apertam transgressionem ausus non est; sed juxta Dominicum præceptum baptizare docuit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : glorificare autem juxta baptismatis legem vetuit, licet Deus et Salvator noster non simpliciter baptizare, sed prius docere præceperit. « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [67]. Ex hac autem lege et divini apostoli, et qui eos secuti sunt Ecclesiæ magistri, docent eos qui accedunt, **351** credere in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et quos docuerunt, baptizant in nomine

C Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quocirca qui donum adepti sunt, sicut edocti fuerunt et baptizati, sic glorificant Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Absurdum enim est eos qui baptismi donum a sancta Trinitate acceperint, solam gloriam Patri offerre, et inhonoratum Filium ac Spiritum sanctum relinquere. Verum nos ista in libris quos contra illos scripsimus prolixe diximus : præsentis autem operis institutum est, uniuscujusque hæreseos characterem ostendere. Hunc igitur Arium, sic sentientem, qui Nicææ convenerant sancti Patres aperte abdicarunt, ut qui a divinis eloquiis prorsus aliena et peregrina dogmata inveheret. Postea autem pœnitentiam simulans, eis qui apud magnum imperatorem Constantinum auctoritate valebant persuasit, ut ipsi daretur locus pœnitentiæ. Precibus susceptis imperator regiæ urbis episcopum jussit salu-

D tem desideranti manum porrigere. At divinus Alexander (is enim Ecclesiæ illius clavum tenebat), primum quidem persuadere conatus est imperatori, ne fictis Arii verbis abduceretur. Ubi autem ægre hæc illum ferre animadvertit, tacitus recessit. Constitutum porro erat ut Arius mane admitteretur. Sabbatum enim erat quando hæc dicta sunt. Verus ergo ille vir ' Dei, cum duobus e domesticis divinum templum ingressus, Ecclesiarum **352** Domi-

[67] Matth. XXVIII, 19.

(87) κτίσμα ἀποκ., κ. τ. λ. Hinc Ariani, qui et Ἀρειομανῖται audiunt, Διατομῖται a Joanne Damasceno, l. c. c. 69, appellantur.

(88) ἐξ οὐκ ὄντων. Hinc nomen Exucontiorum illis hæsit.

(89) δοξάζειν, κ. τ. λ. Vid. quæ de Leontio Antiocheno exstant in *Hist. eccles.* l. II, c. 19.

(90) τό. Ex edit. Rom. suppletum.

(91) ἀλλά, κ. τ. λ. Conf. t. III, p. 758 seqq. et p. 782 seqq.

Digitized by Google

num, ante sancta altaria humi prostratus, et lacrymas fundens, obsecravit ne lupum ovibus admisceri permitteret, siquidem ille, prorsus quæ luporum sunt agere volens, ovina se pelle contegebat. Ferunt autem hæc etiam verba precibus suis adjecisse illum : quod si illum, quamvis talia moliatur, ineffabili consilio ingredi permittis (investigari quippe judicia tua non possunt), me famulum tuum ex præsenti vita exime. Sic expleta oratione domum flens rediit. Arius autem, stata fore imperatoris promissa confidens, diluculo processit. Deinde cum ad egerendum venter urgeret, publicas latrinas ingressus est, famulo qui sequebatur foris relicto : et intestinis repente solutis ac effusis, intus sedens mortuus est. Rem spectantibus qui una sedebant, et exclamantibus, accurrens famulus, et exanimem conspicatus, quod acciderat domesticis renuntiavit. Divulgata per populosissimam urbem universam divinitus immissa plaga, in templum simul omnes confluxere. Postquam autem et imperatoris pollicitationem, et pontificis orationem cognoverunt, Ecclesiarum præsidem laudarunt, hæreseosque impietatem abominati sunt. At tamen, quamvis hæc ita evenerint, et apertissime ostensa sit divina sententia, perstiterunt qui morbum contraxerant contra Unigenitum et sanctissimum Spiritum linguas acuere. Sed cum hæc in **353** Historia ecclesiastica copiose conscripserim, supervacaneum puto hic dicere. Prætermisso itaque Eusebio, et Theogni, [et Theodoto] Perinthio, et Menophanto Ephesino, et Patrophilo Scythopolitano, et aliis, solius Eudoxii mentionem faciam. Hujus enim mentionem exigunt illa, quæ de Aetio et Eunomio narranda sunt.

ξανδρὸς (οὗτος γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης κατεῖχε τὰ πηδάλια), πρῶτον μὲν ἐπειράθη πεῖσαι τὸν βασιλέα, τοῖς πεπλασμένοις Ἀρείου λόγοις μηδαμῶς ὑπαχθῆναι. Ἐπειδὴ δὲ δυσχεραίνοντα εἶδε, σιγήσας ἐξῆλθεν. Ἐδέδοκτο δὲ ἔωθεν εἰσδεχθῆναι τὸν Ἄρειον· Σάββατον γὰρ ἦν, ἡνίκα ταῦτα ἐρρέθη. Ὁ τοίνυν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, σὺν δύο τισὶ συνόντων, εἰς τὸν θεῖον νεὼν εἰσδραμὼν, ἠντιβόλησε τῶν Ἐκκλησιῶν τὸν Δεσπότην, πρὸ τῶν ἱερῶν θυσιαστηρίων ἐπὶ τῆς γῆς ἐρριμμένος, καὶ δάκρυα προχέων, μὴ συγχωρῆσαι τὸν λύκον τοῖς προβάτοις ἀναμιγῆναι, εἴπερ ἀληθῶς τὰ λύκων δράσαι βουλόμενος ἑαυτὸν συγκαλύπτει τῷ τοῦ προβάτου (92) κωδίῳ. Φασὶ δὲ (93) αὐτὸν καὶ τόνδε τὸν λόγον προσθεῖναι τῇ προσευχῇ· εἰ δὲ ἐνδίδως αὐτὸν εἰσελθεῖν καὶ τοιαῦτα βεβουλευμένον διὰ τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν (ἀνεξιχνίαστα γάρ σου τὰ κρίματα), ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου τῆς παρούσης ζωῆς ἐλευθέρωσον. Οὕτω τὴν εὐχὴν ποιησάμενος, εἰς τὸ δωμάτιον δακρύων ἀνελήλυθεν. Ὁ δὲ Ἄρειος, νομίζων ἐμπεδωθήσεσθαι τοῦ βασιλέως τὰς ὑποσχέσεις, περὶ τὸ λυκαυγὲς προελήλυθεν. Εἶτα τῆς γαστρὸς πρὸς ἔκκρισιν ἐπειγούσης (94) εἰς τὰ δημόσια εἰσελήλυθε λάσανα, τὸν ἐπόμενον οἰκέτην ἔξω καταλιπών. Ἐξαπίνης δὲ τῶν σπλάγχνων διαλυθέντων τε καὶ ἐκκριθέντων, ἔνδον καθήμενος ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ συγκαθημένων τὸ πάθος θεασαμένων, καὶ βοησάντων, ὁ παῖς εἰσδραμὼν, καὶ τεθνεῶτα ἰδὼν, τὸ συμβὰν τοῖς οἰκείοις ἐμήνυσεν. Εἰς πᾶσαν δὲ τὴν πολυανθρωποτάτην πόλιν τῆς θεηλάτου μηνυθείσης πληγῆς, εἰς τὸν θεῖον νεὼν συνέδραμον ἅπαντες. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦ βασιλέως τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τοῦ ἱερέως ἔγνωσαν τὴν εὐχὴν, ὕμνησαν τῶν Ἐκκλησιῶν τὸν προστάτην, καὶ τῆς αἱρέσεως ἐδδελύξαντο τὴν ἀσέβειαν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὕτως γεγενημένων, καὶ λίαν ἐναργῶς τῆς ψήφου τῆς θείας ἐπιδειχθείσης, ἐπέμειναν οἱ τὴν νόσον εἰσδεδεγμένοι, κατὰ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀκονῶντες τὰς γλώττας. Ἀλλὰ ταῦτα διὰ πλάτους ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ συγγράψας, περιττὸν ἡγοῦμαι ταὐτὰ λέγειν. Καταλιπὼν τοίνυν Εὐσέβιον (95), καὶ Θέογνιν (96) καὶ Θεόδοτον (97) τὸν Περίνθιον, καὶ Μηνόφαντον τὸν Ἐφέσιον, καὶ τὸν Σκυθοπολίτην Πατρόφιλον, καὶ τοὺς ἄλλους, Εὐδοξίου μόνον μνησθήσομαι. Ἀπαιτεῖ γὰρ τούτου τὴν μνήμην τὰ κατὰ Ἄετιον καὶ Εὐνόμιον διηγήματα.

II. — *De Eudoxio.*

Eudoxius hic Germaniciæ urbis Tauro vicinæ episcopus erat, sed contempto oppidulo, cum Leontii mortem audivisset, Antiochiam profectus est. Deinde sedem præter ecclesiasticas leges * rapuit. Imperatoriis porro litteris illinc ejectus, et ad synodum, quæ Seleuciæ in Isauria cogebatur, ire jussus, accessit quidem ut fuerat imperatum, sed consessum ingredi non est ausus ; Constantinopolimque propere contendens, et imperatoris cubiculariis blandiens, persuasit ut ibi synodus cogeretur. Ac ne omnibus dicendis sim longior (horum enim omnium in opere illo memini), illius quoque civi-

Β'. — *Περὶ Εὐδοξίου.*

Οὗτος ὁ Εὐδόξιος Γερμανικείας τῆς τῷ Ταύρῳ γειτονευούσης πόλεως ἐπίσκοπος ἦν· ἀλλὰ τῆς πολίχνης καταφρονήσας, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ὥρμησε, τὴν Λεοντίου μεμαθηκὼς τελευτήν. Εἶτα τὸν θρόνον παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἁρπάζει θεσμούς. Βασιλικοῖς δὲ γράμμασιν ἐκεῖθεν ἐξελαθεὶς, καὶ καταλαβεῖν τὴν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας ἀθροιζομένην σύνοδον κελευσθεὶς, ἀφίκετο μὲν ὡς προσετάχθη, εἰς (98) τὸ συνέδριον δὲ εἰσελθεῖν οὐκ ἐθάῤῥησεν, ἀλλ' εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἔδραμε, καὶ τοὺς βασιλικοὺς θωπεύσας θαλαμηπόλους, ἔπεισεν αὐτόθι συναθροισθῆναι τὴν σύνοδον. Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέ-

(92) προβ. Edit. Rom. προστάτου.
(93) φασὶ δὲ, κ. τ. λ. Vid. *Hist. eccl.* l. I, c. 13.
(94) ἐπ. Edit. Rom. ἐπεχούσης.
(95) Εὐσ. Scilicet Nicomediensem.
(96) Θέογν. Edit. prior habebat Θεόγνιον, de quo dubitari posset, anne sit legendum Θεογόνιον. Ita enim nomen hujus episcopi Nicææ passim in *Hist. eccl.* scribitur, ut l. I, c. 6, 18, 19 et 20.
(97) καὶ Θεόδ. Des. in edit. Rom. Mutavimus lectionem edit. prioris, imo etiam Romanæ, Θεόδωρον in Θεόδοτον. Ita enim episcopus ille Laodiceæ a Nostro in *Hist. eccl.* l. I, c. 20, appellatur.
(98) εἰς, κ. τ. λ. Edit. Rom. εἰς δὲ τὸ συνέδριον εἰσελθεῖν.

Digitized by Google

γων μηκύνω (τούτων (99) γὰρ πάντων ἐμνήσθην ἐν ἐκείνῃ τῇ συγγραφῇ), ἴσχυσε καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἁρπάσαι θρόνον, καὶ τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας τὰς Ἐκκλησίας γυμνῶσαι.

tatis sedem invadere valuit, et veritatis prædicatoribus Ecclesias orbare.

Γ'. — *Περὶ Εὐνομίου καὶ Ἀετίου.*

Τότε τὸν πανεύφημον Ἐλεύσιον ἐξαγαγὼν τῆς Κυζίκου, τὸν Εὐνόμιον (1), ἐχειροτόνησεν ἀντ' ἐκείνου. Ὁ δὲ Εὐνόμιος ἠύχει Ἀέτιον (2) τὸν Σύρον διδάσκαλον, οὗ τὸν τρισάθλιον βίον, καὶ ἃ μετῆλθεν ἐπιτηδεύματα, καὶ Γρηγόριος ὁ Νύσσης (3) καὶ Θεόδωρος (4) ὁ Μοψουεστίας (5), ἐν οἷς κατ' Εὐνομίου συνέγραψαν, ἐδίδαξαν ἀκριβῶς. Οὗτος (6) τὰς Ἀρείου προφανῶς ηὔξησε βλασφημίας. Οὗ δὴ χάριν αὐτὸν ὁ Κωνστάντιος εἰς ἐσχατιάν τινα τῆς Φρυγίας ἐξώρισε· καὶ ταῦτα οὕτω πως ἐκτραπεὶς τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας, καὶ εἰς ἑτέραν ἀποκλίνας ὁδόν. Μετὰ γὰρ δὴ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν, ὑπαχθείς τισι τὴν θεραπείαν τοῦ σώματος πεπιστευμένοις, νόμον τέθεικεν ἀπαγορεύοντα μήτε ὁμοούσιον, μήτε μὴν ἑτεροούσιον τολμᾶν τινα λέγειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ὅσιον εἶναι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν ἐρευνᾶν· ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι λέγειν ἐκέλευσε. Διά τοι τοῦτο καὶ τὸν Ἀέτιον, φάναι πρῶτον τολμήσαντα ἀνόμοιον (7) εἶναι τὸν Υἱὸν κατὰ πάντα τῷ τοῦτον γεγεννηκότι Θεῷ, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν προειρημένην ἐσχατιάν. Ταῦτ' εἰδὼς (8) ὁ Εὐδόξιος, ἔπεισε τὸν Εὐνόμιον μὴ γυμνῶσαι τὸ σφέτερον φρόνημα, ἀλλὰ τέως ἐν παραβύστῳ κατέχειν, καὶ ἐν σκότῳ τρέφειν οἷόν τι λαθρίδιον κύημα, ἄχρις ἂν τὴν παρὰ τοῦ καιροῦ λάθωσιν ἐξουσίαν. Τούτοις εἴξας ὁ Εὐνόμιος, συνεσκιασμένην τοῖς πολλοῖς ἐν Κυζίκῳ διδασκαλίαν προσέφερεν. Ὠδίνων δὲ τεκεῖν τὴν ἀσέβειαν, παρεδήλου ταύτην διαλεγόμενος, καὶ τῶν ἀκουόντων ἐτίτρωσκε τὰς ψυχάς. Τότε τινὲς, ζήλῳ πυρπολούμενοι θείῳ, κρύπτουσι μὲν τὸν ζῆλον, τὸ δὲ τῆς αἱρέσεως ὑποδύονται πρόσωπον, καὶ τὸ τοῦ Εὐνομίου κατειληφότες δωμάτιον, ἠντιβόλουν σαφῶς διδάξαι τοῦ δόγματος τὴν ἀλήθειαν. Ὑπαχθεὶς δὲ ἐκεῖνος, καὶ τοπάσας εἶναι ὁμόφρονας, ἥμεσε τὸν ἰὸν, ὃν τέως κατέκρυπτεν. Οἱ δὲ πάλιν σπουδαιότερον ἐλιπάρησαν ταύτην αὐτὸν παντὶ τῷ λαῷ τὴν διδασκαλίαν προσενεγκεῖν, καὶ τῆς βασιλέως θεραπείας προτιμῆσαι τὸ ποίμνιον μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν ὀριγνώμενον. Οὕτω πάλιν ἐξαπατηθεὶς ὁ Εὐνόμιος, δημοσιεύει τὴν βλασφημίαν. Οἱ δὲ παραυτίκα τῶν ὁμοπίστων παρειληφότες πολλοὺς, εἰς τὸ στρατόπεδον ἔδραμον, καὶ τὸν Εὐδόξιον ἐδίδαξαν τὴν τολμηθεῖσαν ἀσέβειαν. Ὁ δὲ Εὐδόξιος ἤλγησε μὲν μαθὼν τὸν Εὐνόμιον παραβεβηκέναι τὰς συγκειμένας συνθήκας· τοῖς δὲ κατηγό-

III. — 354 *De Eunomio et Aetio.*

Tunc amoto e Cyzicena urbe laudatissimo Eleusio, Eunomium ejus loco ordinavit. Eunomius autem magistrum jactabat Aetium Syrum, cujus miserrimam vitam, et quibus studiis se dederit, Gregorius Nyssenus, et Theodorus Mopsuestenus, in iis quæ adversus Eunomium scripserunt, accurate docuerunt. Hic Arii blasphemias aperte amplificavit. Quo nomine illum Constantius in quamdam Phrygiæ solitudinem relegavit : idque cum a recta via jam deflexisset, atque in alteram declinasset. Post obitum enim patris seductus a quibusdam, qui corporis ejus curam gerebant, legem tulit, ne quis ejusdem vel diversæ substantiæ dicere auderet Filium Dei (nec enim fas esse aiebat Dei substantiam scrutari), similem autem Patri in omnibus dicere jussit : et ideo Aetium, qui primus omnium dicere ausus est Filium in omnibus dissimilem esse Deo Patri qui genuit, in supradictam solitudinem amandavit. Hæc cum sciret Eudoxius, persuasit Eunomio ne quod sentiebant aperirent, sed tantisper occultum tenerent, atque in tenebris tanquam furtivum fetum alerent, 355 donec tempus facultatem præberet. Quibus acquiescens Eunomius, obumbratam multis apud Cyzicum doctrinam tradebat. Impietatem autem parere gestiens, hanc inter disserendum innuebat, et audientium animas sauciabat. Tunc divino quidam zelo succensi, zelum occultantes, hæreseos personam induunt, et Eunomii domum venientes, rogabant ut veritatem dogmatis aperte doceret. Induetus ille, eosque sibi consentientes ratus, venenum quod hactenus celabat, evomuit. Illi rursus obnixius orarunt, ut doctrinam toti populo exhiberet, et imperatoris observantiæ gregem suum præferret, qui veritatem scire desiderabat. Ita rursum deceptus Eunomius blasphemiam publice depromit. At illi statim, multis secum ejusdem fidei assumptis, ad comitatum properarunt, et Eudoxium admissam blasphemiam docuerunt. Eudoxius vero indoluit quidem, Eunomium audiens pacta transgressum de quibus convenerat ; accusatoribus autem pollicitus est rem sibi curæ futuram, sed eam penitus neglexit, negotiorum obtendens multitudinem. Eunomii ergo accusatores, cum Eudoxii mentem perspexissent, Eunomii blasphe-

(99) τούτ. — συγγρ. Vid. supra, t. III, p. 891 seq.

(1) Εὐν. Mutanda fuit lectio Sirm. Εὐσέβιον, etsi in ea consentiret editio Romana. Legendum esse Εὐνόμιον, patet tum ex sequente narratione, tum ex *Hist. eccles.* l. II, c. 23 in fine, et c. 25 ab initio.

(2) Ἀέτιον. Des. in edit. Rom.

(3) Γρ. ὁ Νύσσ. Adhuc supersunt ejus libri XII, adversus Eunomium, quorum primus exstat in Appendice edit. Paris. ann. 1618.

(4) Θεόδ. ὁ Μοψ. Hujus libros XXV, pro Basilio contra Eunom. commemorat Photius, cod. 4 et cod. 138.

(5) ὁ Μοψ. Edit. Rom. ὁμόψυχος.

(6) Οὗτος. Scilicet Aetius.

(7) ἀνόμ., κ. τ. λ. Idem cum illo statuit Eunomius, teste Augustino. Hinc qui a partibus Eunomii stabant, Anomœi dicti sunt.

(8) ταῦτ' εἰδώς, κ. τ. λ. His gemina vide supra, t. III, p. 902 seqq.

Digitized by Google

miam imperatori significarunt. Imperator vero, principio quidem jussit Eudoxio, ut Eunomium acciret, et prolatam accusationem examinaret. Ubi autem illum differre animadvertit (continenter enim veniebant accusatores), utrumque in solitudinem missurum se minatus est, in qua degebat Aetius. Metuens itaque Eudoxius, evocavit Eunomium : et primum quidem in memoriam revocavit de quibus illum admonuerat, **356** deinde manifesto convictum deposuit, quamvis ipse morbo eodem laboraret. Imperatoris enim minas pertimescebat. Cæterum Eunomius protinus se ipsum hæreseos principem renuntiavit, idque cum in remota quadam ora Pamphiliæ habitare coactus esset. Atque hinc orta est secta Eunomianorum. Hic artis argutias theologiæ adhibuit, et adversus Unigenitum et sanctum Spiritum blasphemias palam eructavit. Ac Filium quidem primam creaturam Patris præcipuamque esse dixit ; Spiritum vero sanctum a Filio ante alia opera creatum esse. Idem sancti etiam baptismatis legem olim a Domino et apostolis traditam evertit, et contrariam aperte sancivit, non oportere dicens ter illum immergere qui baptizatur, nec invocare Trinitatem, sed semel baptizare in Christi mortem. Baptizantes vero usque ad pectus aqua madefaciunt, reliquis autem corporis partibus tanquam exsecrandis ' aquam adhibere prohibent. Qua de causa, quando in solio baptizabant, hominem extra illud statuentes, ejus caput usque ad pectus semel in aquam deprimebant. Postquam autem contigit sauciari quempiam capite ad solium illiso, aliud **357** genus baptismatis excogitarunt. In subsellio enim quodam pronum hominem extendentes et extra illud caput erigentes, aquam infundunt, quæ nullum aliud membrum attingit. Quidam porro illorum alium etiam baptismatis modum invenerunt. Tæniam enim longissimam præparantes et hanc consecrantes, ea hominem usque ad ungues involvunt, a pectore incipientes, atque ita deinde aquam infundunt. Hæc autem indicarunt, qui eorum impietatem fugientes, Servatoris et Dei nostri ovibus se adjunxerunt. Sed et aliud audere illos dicunt, quod scriptis committere non ausim. Sufficit enim ad polluendum animum vel sola rei nefariæ auditio. Verum hæc ab illis perpetrentur, an secus, equidem affirmare nolim ; audivi certe ab iis qui res illorum apprime norunt. Debacchatus in hunc modum adversus veritatem Eunomius, morbum in dies augere

A ροις ὑπισχνεῖτο μὲν φροντισειν, ἠμέλει δὲ παντελῶς ἀσχολίας σκηπτόμενος. Οἱ δὲ Εὐνομίου κατήγοροι τὸν Εὐδοξίου κατειληφότες σκοπὸν, τῷ βασιλεῖ τὰς Εὐνομίου βλασφημίας ἐμήνυσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ μὲν πρῶτον ἐκέλευσε τῷ Εὐδοξίῳ τὸν Εὐνόμιον ἀγαγεῖν, καὶ τὴν γεγενημένην βασανίσαι κατηγορίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀναβαλλόμενον ἔγνω (συνεχῶς γὰρ προσῆεσαν οἱ κατήγοροι), ἀμφοτέρους ἠπείλησε πέμψειν εἰς ἣν Ἀέτιος διῆγεν ἐσχατιάν. Δείσας τοίνυν ὁ Εὐδόξιος, ἦγαγε τὸν Εὐνόμιον· καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸν ἀνέμνησε τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων ὑποθηκῶν, ἔπειτα (9) δὲ προφανῶς ἐλεγχθέντα καθεῖλε, καίτοι τὴν αὐτὴν

B νόσον· τὰς γὰρ βασιλικὰς ἔδεισεν ἀπειλάς. Ὁ δέ γε Εὐνόμιος, εὐθὺς προστάτην αἱρέσεως ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, καὶ ταῦτα ἐσχατιάν τινα τῆς Παμφυλίας ἠναγκασμένος οἰκεῖν. Ἐντεῦθεν ἡ τῶν Εὐνομιανῶν (10) ἐφάνη συμμορία. Οὗτος τὴν θεολογίαν τεχνολογίαν ἀπέφηνε, καὶ προφανῶς τὰς κατὰ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἠρεύξατο βλασφημίας. Καὶ τὸν μὲν Υἱὸν πρῶτον κτίσμα τοῦ Πατρὸς καὶ ἐξαίρετον ἔφησεν εἶναι· τὸ δὲ (11) πανάγιον Πνεῦμα πρὸ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργηθῆναι ποιημάτων. Αὐτὸς (12) καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνέτρεψε τὸν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀποστόλων παραδοθέντα θεσμὸν, καὶ ἀντικρυς ἀντενομοθέτησε, μὴ χρῆναι λέγων τρὶς καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, μηδὲ ποιεῖσθαι τὴν τῆς Τριάδος ἐπίκλησιν· ἀλλ' ἅπαξ βαπτίζειν εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ βαπτίζοντες δὲ μέχρι τῶν στέρνων τῷ ὕδατι δεύουσι, τοῖς δὲ

C ἄλλοις μορίοις τοῦ σώματος ὡς ἐναγέσι προσφέρειν τὸ ὕδωρ ἀπαγορεύουσιν. Οὗ δὴ χάριν, ἡνίκα μὲν εἰς πύελον ἐβάπτιζον, ἔξω τὸν ἄνδρα ταύτης στήσαντες, τὴν (13) τούτου κεφαλὴν μέχρι τοῦ στήθους ἅπαξ εἰς τὸ ὕδωρ κατῆγον. Ἐπειδὴ δέ τινα συνέβη τραυματίαν γενέσθαι τῆς κεφαλῆς τῇ πυέλῳ προσαρραχθείσης, ἕτερον εἶδος βαπτίσματος ἐπενόησαν. Ἐπὶ βάθρου γάρ τινος (14) πρηνῆ τὸν ἄνθρωπον διατείνοντες, ἔξω δὲ τούτου τὴν κεφαλὴν αἰωροῦντες, καταχέουσι τὸ ὕδωρ, οὐδενὸς ἄλλου μορίου προσψαῦον. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ ἕτερον τρόπον ἐξεῦρον βαπτίσματος. Ταινίαν γὰρ μακροτάτην κατασκευάσαντες, καὶ ταύτην καθιερώσαντες, ἐλίττουσι ταύτῃ τὸν ἄνθρωπον μέχρι τῶν ὀνύχων, ἀπὸ τοῦ στήθους ἀρξάμενοι, εἶθ' οὕτως προσφέρουσι τοῦ ὕδατος τὴν κατάχυσιν. Ταῦτα δὲ μεμηνύκασιν οἱ τὴν ἐκείνων πεφευγότες ἀσέβειαν, καὶ τοῖς τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν συναφθέντες προβάτοις. Καὶ ἄλλο (15) δέ τι

D

(9) ἔπειτα, κ. τ. λ. Supra, l. c. refertur, Eudoxium per litteras monuisse Eunomium, ut fuga sibi consuleret.

(10) Εὐν. seu Anomœorum.

(11) τὸ δὲ, κ. τ. λ. Contra hunc Eunomianorum errorem pugnat Noster, t. III, p. 306. Spiritum sanctum dixerunt etiam in omnibus dissimilem esse Filio.

(12) αὐτὸς, κ. τ. λ. Cum Marcione duo principia, malum et bonum, dicuntur statuisse, et inferiores partes a malo principio ortas. Hinc non totum hominem baptizandum esse putarunt. Quidquid sit, Marcioni jungitur Eunomius apud Ambrosium, *De Officiis ministrorum*, l. I, c. 25.

(13) τὴν, κ. τ. λ. Κατὰ κεφαλῆς ἄνω τοὺς πόδας στρέφοντες τῶν βαπτιζομένων. Verba sunt Joannis Damasceni l. c. c. 76. His tamen additur, ὡς πολλοῖς ἄδεται λόγος. Adde Epiph. hær. 75, in fine.

(14) τινος. Ita ex edit. Rom. rescribendum esse putavimus. Sirm. τινες.

(15) καὶ ἄλλο — παραδοῦναι. Hoc quid sit, non satis liquet. Epiphanius l. c. nefarium et scelceratum facinus dicit, quod ausi sint eos qui jam baptizati erant, iterum baptizare, et quidem hac adhibita formula : « In nomine Dei increati, et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus sanctificantis

Digitized by Google

τολμᾶσθαι παρ' αὐτῶν λέγουσιν, ὃ οὐκ ἂν τολμήσαιμι συγγραφῇ παραδοῦναι· ἱκανὴ γὰρ καὶ μόνη ἡ τοῦ μύσους (16) ἀκοὴ μιᾶναι τὸν λογισμόν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴτε τολμᾶται παρ' αὐτῶν, εἴτε καὶ μή, ἐγὼ, μὲν οὐκ ἂν ἰσχυρισαίμην· ἀκήκοα δὲ ὅμως αὐτὰ παρ' ἀνδρῶν ἀκριβῶς τὰ ἐκείνων ἐπισταμένων. Οὕτω λυττήσας κατὰ τῆς ἀληθείας ὁ Εὐνόμιος, αὔξειν ὁσημέραι τὴν νόσον ἐσπούδαζεν. Ἐτόλμησε (17) γὰρ εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν τῶν θείων ἠγνόησεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἀκριβῶς ἐπίσταται τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, ἣν αὐτὸς ἔχει περὶ ἑαυτοῦ ὁ Θεός. Εἰς ταύτην ὑπ' αὐτοῦ τὴν μανίαν ἐκβακχευθέντες οἱ τῆς ἐκείνου λώβης μετεσχηκότες, τολμῶσιν ἀντικρυς λέγειν, οὕτως εἰδέναι τὸν Θεὸν, ὡς αὐτὸς ἑαυτόν. Καὶ ἕτερα δὲ ἄττα προσεπενόησεν, ἵνα δόξῃ καινῶν εὑρετὴς γεγενῆσθαι δογμάτων. Ἐντεῦθεν (18) ἡ Ἀρειανικὴ συμμορία διῃρέθη διχῆ· καὶ οἱ μὲν ἐκλήθησαν Ἀρειανοὶ, οἱ δὲ Εὐνομιανοί. Οἱ δὲ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐδοξιανοὶ προσωνομάσθησαν κατὰ τὸν Εὐδοξίου καιρόν· τῇ γὰρ κενῇ δόξῃ δεδουλωμένος, τὴν οἰκείαν ἐπιθεῖναι τοῖς ὁμόφροσι προσηγορίαν ἐσπούδασεν. Οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ Ἐξακιονῖται προσαγορεύονται, ἀπὸ τοῦ τόπου τὴν ὀνομασίαν δεξάμενοι, ἐν ᾧ ποιεῖσθαι εἰώθασι τὴν συνέλευσιν. Οἱ δὲ Εὐνομιανοὶ καὶ Ἀετιανοὶ ἐκαλοῦντο, ὡς Εὐνομίου τὸν Ἀέτιον διδάσκαλον ὀνομάσαντος· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Τρωγλῖται ἦγουν Τρωγλοδύται ὀνομάζονται, ὡς ἐν οἰκίαις λανθανούσαις τὰς συνόδους ποιούμενοι. Καὶ γὰρ ἄγαν εἰσὶν εὐαρίθμητοι, πάντων αὐτοὺς βδελυττομένων διὰ τὴν τῆς βλασφημίας ἀναίδειαν. Καὶ τὸ μὲν πλεῖστον τῆς οἰκουμένης τῆς τούτων λύμης ἀπήλλακται, ὀλίγαι δὲ καὶ ἄγαν εὐαρίθμητοι πόλεις ἔχουσιν ἐκ τούτων τινὰς, καὶ αὐτοὺς πειρωμένους λανθάνειν.

A studebat. Ausus enim est dicere se nihil ex rebus divinis ignorare, sed ipsam etiam Dei essentiam exacte se nosse, eamdemque de Deo notitiam habere, quam Deus ipse habet de seipso. Ad hunc ab **358** illo furorem perducti qui ejus pestem hauserunt, audent aperte profiteri se ita Deum nosse, ut ipse seipsum. Et alia porro excogitavit, ut novorum dogmatum inventor haberetur. Hinc Ariana secta bipartito divisa est, et alii quidem Ariani appellati sunt, alii Eunomiani. Ariani autem Eudoxiani quoque vocati sunt tempore Eudoxii. Vanæ enim gloriæ serviens nomen suum iis imponere studuit qui eadem sentiebant. Iidem autem ipsi etiam Exacionitæ appellantur, vocabulum a loco sortiti, in quo conventus agere solebant. Eunomiani vero Aetiani B quoque vocabantur, quod Eunomius Aetium magistrum suum appellarit. Iidem et Troglitæ seu Troglodytæ nominantur, ut qui clanculum occultis in domibus conventus suos celebrent. Etenim * perpauci sunt numero, aversantibus illos omnibus propter blasphemiæ impudentiam. Atque orbis sane maxima pars ab horum pernicie liberata est, paucæque admodum urbes horum habent aliquos, qui et ipsi latere conantur.

Δ'. — *Περὶ Ψαθυριανῶν, καὶ τῶν ἄλλων* (19) *ἐκ τῆς Ἀρείου καταγομένων αἱρέσεως.*

Ἐκ δὲ τῆς Ἀρείου βλασφημίας πάλιν ἕτερον ἀπερράγη τμῆμα. Οὗτοι δέ φασι· Πατὴρ ὁ Θεὸς, ἀεὶ δὲ καὶ ὁ Υἱὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκτισμένος. Ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ κτίσαι καὶ τὸ γεννῆσαι. Τούτους οἱ Ἀντιοχεῖς Ψαθυριανοὺς ὀνομάζουσι· τὸν γὰρ τῆς αἱρέσεως ἄρχοντα λέγουσι τοιούτων ποπάνων γεγενῆσθαι δημιουργόν. Καὶ ἄλλοι (20) δὲ πάλιν ἐξ αὐτῶν χωρισθέντες, οἱ μὲν παρ' ἑνίων Κυρτιανοὶ, Πιθηκιανοὶ δὲ παρ' ἄλλων ἐκλήθησαν, σμικροῦ τινος ἀνθρωπίσκου, καὶ τὸ μετάφρενον ὑψηλὸν ἐσχηκότος, σὺν ἐκείνοις ἐξεληλυθότος, καὶ ταύτην αὐτοῖς τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιτεθεῖναι παρασκευάσαντος. Χρόνῳ (21) δὲ ὕστερον καὶ ἕτερος συνέστη σύλλογος, ἐκ τῶν Ἀρειανῶν χωρισθείς· τὴν δὲ προσηγορίαν ἐκ τῆς ἀσεβείας ἐσχήκασι. Δουλειανοὶ γὰρ ὠνομάσθησαν, τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν δοῦλον τοῦ Πατρὸς τολμήσαντες καλέσαι. Συλλογισμῷ (22) δὲ τοιῷδε κεχρημένοι τὴν βλασφημίαν κατασκευάζουσι. Πᾶν κτίσμα, φασὶ, δοῦλον τοῦ

C IV. — *De Psathyrianis et aliis ab Arii hæresi derivatis.*

Ex Arii autem blasphemia alia rursus secta erupit. Hi dicunt, Pater Deus, semper etiam Filius a Deo creatus. Idem enim est in Deo creare et gignere. Hos Antiocheni Psathyrianos vocant, quod hæreseos auctorem **359** hujusmodi placentarum artificem fuisse ferunt. Aliique rursus ab illis separati, a nonnullis Cyrtiani, ab aliis Pitheciani dicti sunt, pusillo quodam homuncione, et cui altæ erant scapulæ, cum illis egresso, per quem factum ut hoc eis nomen imponeretur. Post hæc alius quoque deinceps conflatus est cœtus, ab Arianis sejunctus, nomen autem ab impietate sortitus. Duliani enim D appellati sunt, quod unigenitum Dei Filium servum Patris vocare ausi sunt. Syllogismo autem hujusmodi astruunt blasphemiam. Omnis, inquiunt, creatura servit Creatori ; Patris vero creatura est Filius. Tot ex Arii vesania blasphemiarum occasiones sumpsere : et in tot partes Arii secta divisa est.

et a creato Filio procreati. » Joannes Damasc. l. c. his utitur verbis, quæ lucem affundere videntur : τὸ δὲ σφαλῆναι ἐν τινὶ πορνείᾳ ἢ ἑτέρᾳ ἁμαρτίᾳ, οὐδὲν δεινὸν εἶναί φασιν. Ex loco denique Ambrosii jam commemorato (schol. 35) hæc illustrare aggressi sunt editores Bened., t. II, p. 31.

(16) μύσ. Edit. Rom. μίσους.

(17) ἐτόλμ. κ. τ. λ. Vid. Epiph. l. c. c. 4, et supra, t. II, p. 1220.

(18) Ἐντ., κ. τ. λ. Edit. Rom. præmittit titulum Περὶ Ἀρειανῶν καὶ Εὐνομιανῶν, ἤτοι Ἀετιανῶν.

(19) ἄλλων. Ex Indice, p. 348, suppletum.

(20) Καὶ ἄλλοι, κ. τ. λ. Edit. Rom. præm. titulum Περὶ Κυρτιανῶν ἢ Πιθηκιανῶν.

(21) Χρόνῳ, κ. τ. λ. Ibid. præm. titulus Περὶ Δουλειανῶν.

(22) συλλ., κ. τ. λ. Similem paralogismum vide t. III, p. 895 seq.

Digitized by Google

κεκτικότος· κτίσμα δὲ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. Τοσαύτας ἔλαβον ἐκ τῆς Ἀρείου μανίας βλασφημιῶν ἀφορμάς· εἰς τοσαῦτα τμήματα καὶ ἡ Ἀρείου διηρέθη συμμορία.

V. — *De Macedonianis.*

Alia rursus præter supradictas ex his germinavit hæresis, quæ minus impie sentire existimata est. Paulo enim celeberrimo, qui regiæ urbis pastor fuit, ab iis qui Ariano morbo laborabant expulso, Macedonius pro eo Ecclesiæ clavum suscepit. Hic Macedonius consubstantialem quidem Patri Filium dicere omnino repudiavit, similem autem per omnia dici constituit, et *homœusion* pro *homousio* excogitavit. Spiritum vero sanctum, sicut Arius et Eunomius, **360** blasphemare perstitit. Unde qui ejus sectæ dicebantur Pneumatomachi cognominati sunt. Inde et Macedonianorum sparsa sunt zizania.

Ε'. — *Περὶ Μακεδονιανῶν.*

Καὶ ἑτέρα δὲ πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἐκ τούτων ἐβλάστησεν αἵρεσις, ἧττον δυσσεβεῖν ὑπειλημμένη. Παύλου (23) γὰρ τοῦ πανευφήμου, τοῦ τὴν βασιλίδα πόλιν ποιμάναντος, παρὰ τῶν τὴν Ἀρείου νόσον εἰσδεξαμένων ἐξελασθέντος, Μακεδόνιος ἀντ' ἐκείνου τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης ἐνεχειρίσθη πηδάλια. Οὗτος (24) ὁ Μακεδόνιος, τὸ μὲν ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ παντελῶς ἀπεκήρυξεν· ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα λέγειν ἐνομοθέτησε, καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου προσεπενόησε. Τὸ δὲ (25) Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ παραπλησίως, βλασφημῶν διετέλεσεν. Ὅθεν οἱ ἐκ τῆς τούτου συμμορίας καλούμενοι Πνευματομάχοι (26) ἐπωνομάσθησαν. Ἐντεῦθεν καὶ τὸ τῶν Μακεδονιανῶν παρεσπάρτ ζιζάνιον.

VI. — *De Donatistis.*

In ea autem, quæ Libya olim, nunc Africa vocatur, Donatistarum quos vocant amentiam communis hostis excitavit. Hi, quod ad hæresin attinet, cum Ario sentiunt; sed novum insaniæ genus excogitarunt. Violentam enim mortem martyrium vocant; et qui appellationem hanc consequi cupiunt, id longo ante tempore fidei suæ sociis significant. Illi vero omni eos cura prosequuntur, et omne ciborum genus afferunt, ac velut victimas quasdam præpascunt et pinguefaciunt. Postquam autem in his deliciis diutius versati fuerint, cogunt per vias quos offenderint lethalia ipsis gladio vulnera inferre. Et nonnulli quidem optatis potiuntur, alii vero frustrantur. Quis enim sanæ mentis manifestæ cædis crimen in se suscipiat? Seipsos ergo Corybantum instar furentes ex alto deorsum præcipitant. Ego vero inter Arianas narrationes festivum quiddam, quod in his evenit, referre institui. Nam cum ex his permulti, phasianorum instar adipati, in strenuum quemdam juvenem incidissent, et **361** nudo ense porrecto, ut eis vulnera infligere juberent, jugulaturosque minarentur, nisi faceret quod jubebatur: ille vereri se dixit ne, aliquot interemptis, pœnitentia ducti reliqui cædis pœnas ab eo exigerent; oportere itaque ligari prius unumquemque, ac ensem postea adigere. Cumque paruissent illi et vincula admisissent, virgis omnes cecidit, et vinctos relinquens abiit. In talem et istos revera phrenesin conjecit malus dæmon.

Ϛ'. — *Περὶ Δονατιστῶν.*

Ἐν δὲ τῇ πάλαι μὲν Λιβύῃ, νῦν δὲ Ἀφρικῇ καλουμένῃ, τὴν τῶν καλουμένων Δονατιστῶν παραπληξίαν ὁ κοινὸς ἀλάστωρ ἔδειξεν. Οὗτοι δὲ, κατὰ μὲν τὴν αἵρεσιν τοῖς Ἀρείου συμφέρονται (27). Καινὸν δὲ μανίας ἐπενόησαν εἶδος. Τὸν γὰρ (28) βίαιον θάνατον μαρτύριον ὀνομάζουσι· καὶ οἱ τῆσδε τῆς προσηγορίας τυχεῖν ἱμειρόμενοι, πρὸ πολλοῦ μὲν τοῦτο χρόνου μηνύουσι τοῖς ὁμόφροσιν. Οἱ δὲ πᾶσαν αὐτοῖς προσφέρουσι θεραπείαν, καὶ παντοδαπὴν κομίζουσιν ἐδωδήν, οἷον ἱερεά τινα προσιτίζοντες καὶ πιαίνοντες. Ἐπὶ πλεῖστον δὲ ταύτης τῆς χλιδῆς ἀπολαύσαντες, ἀναγκάζουσιν ἐν ταῖς ὁδοῖς, οὓς ἂν εὕρωσιν, τὰς διὰ τοῦ ξίφους αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν θανατηφόρους πληγάς. Καί τινες μὲν ἐπιτυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ, τινὲς δὲ διαμαρτάνουσι. Τίς γὰρ σωφρονῶν ἀνάσχοιτο ἂν τοῦ τῆς μιαιφονίας ἄγους τὴν ἅλωσιν εἰσδέξασθαι; Σφᾶς αὐτοὺς τοίνυν κορυβαντιῶντες ῥίπτουσιν ἀφ' ὑψους κατὰ κρημνῶν. Ἐγὼ δὲ μεταξὺ τῶν Ἀρειανικῶν διηγημάτων, χαρίεν τι συμβὰν ἐπὶ τούτοις διηγήσασθαι βούλομαι. Συχνοὶ γὰρ ἐκ τούτων παραπλησίως τοῖς φασιανικοῖς ὄρνισι πιανθέντες, νεανίᾳ τινὶ περιτυχόντες γενναίῳ, εἶτα γυμνὸν τὸ ξίφος ὀρέξαντες, ἐπέταξαν ἐπενεγκεῖν τὰς πληγάς, καὶ προσηπείλησαν κατασφάξειν, εἰ μὴ δράσοι τὸ κελευσθέν. Ὁ δὲ ἔφησε δεδιέναι, μή τινων ἀναιρεθέντων, μεταμεληθέντες οἱ λειπόμενοι δίκας αὐτὸν εἰσπράξωνται τῆς σφαγῆς· χρῆναι τοίνυν ἑκάστῳ πρότερον ἐπιθεῖναι δεσμὸν, εἶθ' οὕτως τὸ ξίφος ἐπενεγκεῖν. Εἱξάντων ἐκείνων, καὶ τὰ δεσμὰ δεξαμένων, ῥάβδοις ἅπαντας αἰκισάμενος, ᾤχετο δεδεμένους καταλιπών. Εἰς τοιαύτην καὶ τούτους ἀληθῶς φρενῖτιν ἐμβέβληκε νόσον ὁ πονηρὸς δαίμων.

(23) Παύλου, κ. τ. λ. Vid. *Hist. eccles.* l. II, c. 4.

(24) οὗτος, κ. τ. λ. Vid. l. c. cap. 5.

(25) τὸ δὲ, κ. τ. λ. Loco cit. hæc exstant: κτιστὸν δὲ τὸ Πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων.

(26) Πνευμ. Strictiori sensu ita dicti. Idem enim nomen Arianis omnibus ab aliis tribuitur. Vid. Epiph. in *Ancorato*, c. 118.

27) τοῖς Ἀρ. συμφ. Ita esse, ex Donati libro *De Spiritu sancto* probarunt Augustinus et Hieronymus.

(28) τὸν γὰρ, κ. τ. λ. His gemina sunt quæ de Circumcellionibus narrantur, qui Montenses etiam et Scototopitæ vocantur. Alia quoque de Donatistis refert J. Damascenus *De hæres* c. 95, ad quem locum vid. Cotelerium l. c. p. 789.

Digitized by Google

Ζ'. — *Περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ* (29) *Μελετιαρῶν.*

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ, καθ' ὃν καιρὸν Ἄρειος τῆς κατὰ Μονογενοῦς ἤρξατο βλασφημίας, Μελέτιός (30) τις ἐπίσκοπος κατὰ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου στασιάσας ἡγεμονίας, πολλαῖς πόλεσι καὶ ἐπισκόπους ἐχειροτόνησε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, οὐ καινῆς αἱρέσεως προστατεύων, ἀλλὰ (31) ταὐτὰ μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ φρονῶν, τὸ δὲ τῆς φιλαρχίας εἰσδεξάμενος πάθος. Τοῦτον οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες ἁγιώτατοι Πατέρες τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀπέστησαν πηδαλίων· τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας τῶν παρανόμως δοθέντων ἐγύμνωσαν. Ἐντεῦθεν τὸ τῶν Μελετιανῶν ἐν Αἰγύπτῳ ῥῆγμα συνέστη. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐκαινοτόμησεν· οὗτοι δὲ, τὴν αἵρεσιν τὴν Ἀρείου παρὰ τῶν τηνικαῦτα βασιλευόντων κρατυνομένην ἰδόντες, εἰς ἐκείνην ἀπέκλιναν. Νῦν δέ γέ φασιν αὐτοὺς ταύτης μὲν ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου, ἰδικῶς (32) δὲ διάγειν, ὑφ' ἑτέρων μὴ βουλομένους ἰθύνεσθαι, καὶ τὴν πρὸς τὰς Ἐκκλησίας παραιτεῖσθαι συνάφειαν. Ταύτητοι, ὡς αὐτόνομοι, καὶ τὰ καταγέλαστα ἐκεῖνα προσεπενόησαν, τὸ παρ' ἡμέραν μὲν ὕδατι τὸ σῶμα καθαίρειν, μετὰ δὲ κρότου χειρῶν, καί τινος ὀρχήσεως, τὰς ὑμνῳδίας ποιεῖσθαι, καὶ κώδωνας πολλοὺς κάλου τινὸς ἐξηρτημένους κινεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοῦτοις ἐστὶ παραπλήσια. Οὗ δὴ χάριν αὐτοῖς ὁ μέγας (33) ἐκεῖνος Ἀθανάσιος πολεμῶν διετέλεσεν.

VII. — *De Meletianis in Ægypto.*

In Alexandria Ægypti, quo tempore Arius adversus Unigenitum blasphemiam exorsus est, Meletius quidam episcopus, adversus magnum Alexandrum seditionem movens, multis in urbibus et episcopos ordinavit, et presbyteros, et diaconos, non novam hæresin inchoans (eadem enim cum Ecclesia sentiebat), sed ambitionis morbo laborans. Hunc qui Nicææ convenerant sanctissimi Patres ab Ecclesiæ gubernaculis repulerunt, ab eoque ordinatos iis spoliarunt, quæ præter leges donata erant. Hinc Meletianorum schisma in Ægypto conflatum est. Verum pietatis quidem dogmatum nihil ille innovavit : hi vero, cum Arii hæresin ab iis qui tunc imperabant confirmari viderent, in eam declinarunt. Nunc autem dicunt illos **362** esse ab hoc morbo liberatos : sed privatim vivere, nolentes ab aliis regi, et cum Ecclesiis conjungi recusare. Hac ratione, tanquam sui juris, ridicula etiam illa excogitarunt, corpus alternis diebus aqua mundare, cum plausu manuum et saltatione quadam hymnos concinere, et tintinnabula multa ligno appensa agitare, et alia his similia. Qua de causa magnus ille Athanasius perpetuum cum eis bellum gessit.

Η'. — *Περὶ Ἀπολιναρίου.*

Ἀπολινάριος (34) δὲ ὁ Λαοδικεὺς ἐν ἐνίοις (35) συγγράμμασι τὸν περὶ τῆς Τριάδος οὐ παρέφθειρε λόγον· ἀλλ' ὁμοίως ἡμῖν καὶ τὴν μίαν τῆς Θεότητος οὐσίαν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἐκήρυξεν· ἐν ἐνίοις (36) δὲ βαθμοὺς ἀξιωμάτων ὡρίσατο, ἑαυτὸν διανομέα τῆς θείας χειροτονήσας νομῆς. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν εὕρεμα, τὸ, Μέγα, μεῖζον, μέγιστον· ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Υἱοῦ μείζονος, μεγίστου δὲ τοῦ Πατρός. Τί δὲ τούτου γένοιτ' ἂν γελοιότερον; Εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς Τριάδος τὴν οὐσίαν τῷ ὄντι φησὶν, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ σμικρὰν καὶ μεγάλην ὑπείληφεν; Ἐν μὲν γὰρ τοῖς σώμασιν ἡ ποσότης καὶ ἡ πηλικότης τὰ τοιαῦτα μέτρα ποιεῖ· ἡ δὲ τούτων ἐλευθέρα φύσις οὐδὲ τούτων ἐπιδέχεται μέτρα. Ἀλλὰ νῦν οὐκ ἀντειπεῖν, ἀλλὰ δεῖξαι τὰς διαφόρους προεθέμεθα δόξας. Ἐν ἐνίοις τοίνυν πάλιν οὗτος συγγράμμασι τὰς τῶν ὑποστάσεων συνέχεεν ἰδιότητας, καὶ ταὐτὸ δέδρακεν ἐπὶ τῆς Τριάδος, ὅπερ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἐτόλμησεν. Ὅθεν καὶ τὴν τοῦ Σαβελλισμοῦ κατηγορίαν ἐδέξατο, σαρκωθῆναί (37) τε τὸν Θεὸν ἔφησε Λόγον, σῶμα καὶ ψυχὴν ἀνειληφότα, οὐ τὴν λογικὴν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον, ἣν

VIII. — *De Apolinario.*

Apolinarius vero Laodicenus in nonnullis quidem scriptis suis doctrinam de Trinitate non violavit, sed, sicut nos, et unam Divinitatis substantiam, et tres hypostases prædicavit : in quibusdam autem gradus dignitatum definivit, seipsum divinæ distributionis divisorem constituens. Ejus enim inventum est illud : Magnum, majus, maximum : quasi magnus quidem sit Spiritus, major vero Filius, maximus Pater. Quid autem his magis ridiculum esse possit? Si enim unam Trinitatis substantiam revera dicit, quo pacto eamdem et parvam et magnam existimavit? In corporibus enim quantitas et quantitatis modus ejusmodi mensuras efficiunt : natura vero ab his libera nec horum mensuras admittit. Sed nos in præsens non refellere, sed opiniones diversas ostendere instituimus. In quibusdam ergo hic **363** rursus libris suis personarum proprietates confudit, idemque in Trinitate præstitit, quod ratione incarnationis ausus fuit. Unde et Sabellianismi insimulatus est, et incarnatum Deum Verbum dixit corpore assumpto, et anima, non rationali, sed rationis experte, quam vegetativam seu vitalem quidam vo-

(29) τῶν ἐν Αἰγ. Hæc desunt in Indice, p. 848.
(30) Μελέτιος, κ. τ. λ. Vid. t. III, p. 764 seq.
(31) ἀλλὰ — φρονῶν. Ita quoque sentit Epiphanius, hær. 68. Et Joannes Damasc. l. c. cap. 68, his utitur verbis : Σχίσμα ὄντες (Μελετιανοὶ), οὐχ αἵρεσις.
(32) Ἰδ. Edit. Rom. ἀδεῶς.
(33) ὁ μέγας, κ. τ. λ. Vide ejus Apologiam alterum.
(34) Ἀπολ., κ. τ. λ. Paucis h. l. de Apolinarii erroribus agitur. Reliqua jam alibi a Nostro tradita sunt. Vid. initium dial. 2, p. 73, et t. II, p. 1045 ac 1590.
(35) ἐν ἐνίοις. Edit. Rom. ἐνίοις μέν.
(36) ἐν ἐνίοις, κ. τ. λ. Vid. supra, t. III, p. 1016.
(37) σαρκ., κ. τ. λ. In hoc consentiebant Apolinaristæ, Christum anima rationali caruisse, etsi de corpore humano Christi diverso modo sentirent. Vid. supra, l. c. pag. 1017. Ab Epiphanio vocantur Dimœritæ, ab aliis Sarcolatræ..

Digitized by Google

cant. Mentem quoque aliud esse statuens, quam animam, minime assumptam fuisse ait, sed divinam suffecisse naturam ad usum mentis explendum. Nec animadvertit sapientissimus, quod ne corpore quidem opus habuisset si noluisset, sed etiam sine corpore, sicut olim patriarchis, visus esset. Sed disputationem de incarnatione in librum sequentem differemus.

IX. — *De Polemianis et aliis Apolinaristis.*

Polemius vero quidam, ex hujus scriptis ansam nactus, et substantiarum confusionem factam dixit, et commistionem divinitatis et corporis. Inde Polemianorum hæresis nata est. Sed et alii quidam ex cœtu Apolinarii, corpus Domini de cœlis descendisse **364** dixerunt : et cum diversa in ejus scriptis dogmata offenderent, hæc istis, aliis alia placuerunt. Quomodo autem hic ab Ecclesiæ corpore resecatus diversas dogmatum nugas pepererit, supervacaneum dicere existimavi.

X. — *De Audianis.*

Audæus autem quidam, ex Syria trans Euphratem ortus, Deum humanam formam habere docuit, et corporis illi membra tribuit, stulte intelligens quæ per accommodationem in divina Scriptura dicta sunt. Hominibus enim loquens Scriptura divina, qui ne eorum quidem quæ cernuntur naturam exacte norunt, prout ipsis audire licebat doctrinam tradidit. Et ideo facultatem qua Deus videt oculos appellavit, et aures, qua audit, et manus, qua operatur, et alias agendi potentias similiter. Hæc amens ille plane non intelligens, humanam Deo formam imposuit, atque ita illud intellexit : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [43] : » rationisque inopia laborans, animam invisibilem et immortalem non perspexit, et in solo corpore cogitationem defixit. Sed de hoc etiam Deo duce dicetur, cum de hominis formatione disseremus. Hunc igitur Audæum aiunt, et tenebras, et ignem, et aquam ingenita dixisse. Qui vero ejus nomen gerunt, hæc **365** celant. Fingunt autem se communionem Ecclesiæ vitare propter feneratores, et cohabitantes mulieribus, quamvis apud illos multo graviora perpetrantur. Neque animadvertunt, quod

[43] Gen. I, 26.

φυτικὴν (38), ἤγουν ζωτικήν τινες ὀνομάζουσι· τὸν δὲ νοῦν ἄλλο τι παρὰ τὴν ψυχὴν εἶναι λέγων, οὐκ ἔφησεν ἀνειλῆφθαι, ἀλλ' ἀρκέσαι τὴν θείαν φύσιν εἰς τὸ πληρῶσαι τοῦ νοῦ τὴν χρείαν. Καὶ οὐ συνεῖδεν (39) ὁ σοφώτατος (40), ὡς οὐδὲ σώματος ἂν μὴ βουληθεὶς ἐδεήθη· ἀλλ' ὤφθη ἂν καὶ δίχα σώματος, ὥσπερ δὴ πάλαι τοῖς πατριάρχαις. Ἀλλὰ (41) τὸν περὶ τῆς οἰκονομίας λόγον ἐν τῷ μετὰ τοῦτον φυλάξομεν λόγῳ.

Θ'. — *Περὶ Πολεμιανῶν, καὶ ἄλλων Ἀπολιναριστῶν* (42)

Πολέμιος (43) δέ τις, ἐκ τῶν τούτου συγγραμμάτων τὰς ἀφορμὰς ἐσχηκὼς, καὶ συνουσίωσιν (44) λέγει γεγενῆσθαι καὶ κρᾶσιν τῆς θεότητος καὶ τοῦ σώματος. Ἐντεῦθεν ἡ τῶν Πολεμιανῶν ἐβλάστησεν αἵρεσις. Καὶ ἄλλοι (45) δέ τινες ἐκ τῆς Ἀπολιναρίου συναγωγῆς, ἐκ (46) τῶν οὐρανῶν ἔφασαν κατεληλυθέναι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα· διάφορα δὲ εὑρόντες ἐν τοῖς ἐκείνου συγγράμμασι δόγματα, οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις ἠρέσθησαν. Ὅπως δὲ οὗτος τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἀποτμηθεὶς σώματος τὸν διάφορον ἐκύησε φλήναφον τῶν δογμάτων, περιττὸν ᾠήθην εἰπεῖν.

Ι'. — *Περὶ Αὐδιανῶν.*

Αὐδαῖος (47) δέ τις, ἐκ τῆς πέραν Εὐφράτου Συρίας ὁρμώμενος, ἀνθρωπόμορφον ἔφησε τὸν Θεὸν, καὶ τὰ τοῦ σώματος αὐτῷ περιτέθεικε μόρια, τὰ συγκαταβατικῶς παρὰ τῆς θείας εἰρημένα Γραφῆς ἀνοήτως νενοηκώς. Καὶ γὰρ ἀνθρώποις ἡ θεία διαλεγομένη Γραφὴ, οὐδὲ τῶν ὁρωμένων ἀκριβῶς τὴν φύσιν ἐπισταμένοις, ὡς ἐνῆν αὐτοῖς ἀκούειν, τὴν διδασκαλίαν πεποίηται. Διά τοι τοῦτο τὴν ὀπτικὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ὀφθαλμοὺς προσηγόρευσε, καὶ ὦτα τὴν ἀκουστικὴν, καὶ χεῖρας τὴν πρακτικὴν, καὶ τὰς ἄλλας ἐνεργείας ὡσαύτως. Τούτων οὐδὲν συνεὶς ὁ ἀνόητος, τὴν ἀνθρωπείαν τῷ Θεῷ μορφὴν περιτέθεικεν. Οὕτω γὰρ ἐνόησε καὶ τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Καὶ ἀλογίαν νοσῶν, τὸ μὲν τῆς ψυχῆς ἀόρατον καὶ ἀθάνατον οὐ συνεῖδε, τῷ δὲ σώματι μόνῳ τὸν λογισμὸν προσαπήρεισε. Ἀλλὰ (48) καὶ περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου διαπλάσεως σὺν Θεῷ φάναι λεχθήσεται. Τοῦτον (49) τοίνυν φασὶ τὸν Αὐδαῖον, καὶ τὸ σκότος εἰπεῖν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ ἀγέννητα. Οἱ δὲ τῆς τούτου προσηγορίας μετειληχότες κατακρύπτουσι ταῦτα. Σκήπτονται (50) δὲ φεύγειν τῆς Ἐκκλησίας τὴν κοινωνίαν, διὰ τοὺς

(38) φυτ. Edit. prior habebat φυσικήν, sed φυτικήν esse legendum colligimus ex initio dialogi 2. Vid. supra, p. 73.

(39) συνεῖδεν. Edit. prior habebat σύνοιδεν. Sed malumus legere συνεῖδεν. Eadem enim verba sunt, quæ exstant in Commentario ad Ezech. c. XLVIII. Vid. t. II, p. 1045.

(40) ὁ σοφ. Ironice Nostrum loqui, patet ex loco jam citato. Vid. ibid. p. 1590.

(41) ἀλλὰ, κ. τ. λ. Vid. sequentem librum V, c. 11 seqq.

(42) κ. ἄ. Ἀπ. Des. in edit. Rom.

(43) Πολ. Idem Latine dici solet Polemon.

(44) καὶ συνουσ., κ. τ. λ. Hinc Synusiastæ dicti sunt.

(45) καὶ ἄλλοι, κ. τ. λ. Edit. Rom. præm. titulum Περὶ τῶν ἄλλων Ἀπολιναριστῶν.

(46) ἐκ — σῶμα, Hanc Polemianorum fuisse sententiam, nonnullis visum est. Alii eam Vitalianis tribuunt, s. Vitalis Antiocheni asseclis.

(47) Αὐδ. Alii scribunt Αὔδιος, unde Αὐδιανοὶ dicti, quos etiam Ὠδιανοὺς vocant. Latinum *Audiani* nonnulli mutarunt in *Vadiani*.

(48) ἀλλὰ, κ. τ. λ. Vid. l. IV, c. 9.

(49) τοῦτον, κ. τ. λ. Vid. *Hist. eccles.* l. IV, c. 9.

(50) σκ. Edit. Rom. σκέπτονται.

Digitized by Google

τοκογλύφους, καὶ γυναιξὶ συνοικοῦντας, καίτοι πολλῶν καὶ παρ' αὐτοῖς τολμωμένων χαλεπωτέρων. Καὶ οὐ συνορῶσιν, ὡς οὐδὲ τοῖς ἀκριβέσι τῶν ἐπισκόπων τὸ ἐκτέμνειν εὐπετές· ἀλλὰ χρεία μὲν κατηγόρων, χρεία δὲ μαρτύρων, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν νόμον· « Κατηγορίαν γὰρ, φησὶ, κατὰ πρεσβυτέρου μὴ καταδέξῃ (51) ἐκτὸς (52) δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. » Ὅτι δὲ τοὺς ἁλισκομένους οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κολάζουσι νόμοι, μαρτυρεῖ πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης τὰ γινόμενα. Καὶ γὰρ ἐπίσκοποι, καὶ διάκονοι, καὶ πρεσβύτεροι, τῶν ἐκκλησιαστικῶν καταλόγων χωρίζονται. Οὗτοι δὲ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ποιεῖσθαι νεανιεύονται. Διχῇ γὰρ τὰς ἱερὰς βίβλους μετὰ τῶν νόθων διελόντες (διαφερόντως γὰρ ταύτας νομίζουσιν ἀποκρύφους καὶ μυστικὰς), καὶ στιχηδὸν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τεθεικότες, διαβαίνειν ἕκαστον μεταξὺ τούτων κελεύουσι, καὶ τὰ πλημμεληθέντα ὁμολογεῖν· εἶτα τοῖς ὡμολογηκόσιν δωροῦνται τὴν ἄφεσιν· οὐ χρόνον ὁριζόμενοι εἰς μετάνοιαν, καθὰ κελεύουσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας θεσμοὶ, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ποιούμενοι τὴν συγχώρησιν. Εἰδότες δὲ οἱ διαβαίνοντες παιδιὰν κρύπτουσι, σμικρὰ δέ τινα λέγουσι, καὶ γέλωτος ἄξια, ἃ καὶ λέγειν ὀκνήσειεν ἄν τις, εἰ μὴ τὴν τούτων ἔχοι φρενοβλάβειαν.

A nec diligentissimis episcoporum proclive sit abscindere, sed accusatoribus opus sit, et opus testibus, secundum legem apostolicam: « Accusationem enim, inquit, adversus presbyterum noli recipere, nisi adsint duo aut tres testes [49]. » Quod vero convictos puniant ecclesiasticæ leges, testantur quæ ubique terra marique aguntur. Nam et episcopi, et diaconi, et presbyteri ex ecclesiasticis tabulis expunguntur. Hi autem peccatorum remissionem dare se jactant. Duas enim in partes libros sacros cum adulterinis dividentes (hos enim eximie arcanos et mysticos existimant), et ordine hinc inde collocantes, inter hos jubent transire unumquemque, et peccata sua confiteri: deinde confessis dant veniam, non tempus ad pœnitentiam definientes, sicut Ecclesiæ leges B præcipiunt, sed ex potestate condonantes. Scientes autem, qui sic transeunt, ludum esse quod agitur, vera peccata celant, et parva quædam risu digna dicunt, quæ et dicere aliquem pigeat, nisi eadem qua ipsi amentia teneatur.

ΙΑ'. — *Περὶ Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν* (53) *καὶ Ἐνθουσιαστῶν* (54).

Hanc Ecclesia de anima et corpore e divinis eloquiis didicit opinionem. Non solum autem creatorem novit universorum Deum, verum etiam curatorem, et administratorem, gubernatoremque universorum. Absurdissimum enim foret, creasse quidem illum omnia dicere, non ob ullam utilitatem suam, sed ob solam benignitatem, eorum autem quæ fecit nullam curam gerere, et creaturam negligere, velut cymbam aliquam sine clavo et gubernatore a contrariis ventis huc illucque impulsam scopulisque et rupibus illisam. Exsecramur **416** enim impium Diagoram, abhorremus etiam ab Epicuro, qui Deum quidem esse concedit, sed hunc in seipsum conversum ait, nihil eorum sentire quæ in rebus creatis fiunt. Et Aristotelis quoque Providentiam reprehendimus, qui limitem illi lunam constituit, duorum altero, vel impotentiam ejus accusans vel socordiam. Aut enim potentiam non habet universorum curæ sufficientem, aut, cum habeat, per socordiam res nostras sine gubernatione reliquit. Sed utrumque plenum est blasphemiæ. Qui enim vel minimas creationis partes condere voluit, impotens qui vocari queat? qui vero per socordiam hæc negligat, quæ per bonitatis abyssum creavit? Verum abunde horum amentiam Platonis providentia redarguit. Omnium enim, ille dixit et qui eadem cum illo sentiunt, curam gerere Deum universorum. Deo autem providente, fati et Parcarum cum staminibus fabula explosa est. Summæ enim amentiæ fuerit, Deo gubernante orbis terrarum navi, alterum gubernatorem inducere. Cæterum distingui oratione convenit, quænam a Providentiæ gubernaculis pendeant, quænam animæ ratiocinationi attributa sint, et quænam sint naturalia mala, quænam similiter talia vocentur, cum mala non sint,

Ι'. *Περὶ Προνοίας.*

Ταυτην ἡ Ἐκκλησία περὶ ψυχῆς καὶ σώματος παρὰ τῶν θείων λογίων ἐδιδάχθη τὴν δόξαν. Οὐ μόνον δὲ δημιουργὸν οἶδε τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ηκδεμόνα καὶ πρύτανιν, καὶ κυβερνήτην τῶν ὅλων. Των γὰρ ἄγαν ἀτοπωτάτων, πεποιηκέναι μὲν αὐτὸν τὰ σύμπαντα λέγειν, οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν, ἀλλὰ μόνην φιλανθρωπίαν, ἀμελεῖν δὲ ὧν ἐποίησε, καὶ περιορᾷν τὴν κτίσιν οἷόν τι σκάφος ἀνερμάτιστόν τε καὶ ἀκυβέρνητον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀνέμων τῇδε κἀκεῖσε πεμπόμενον, καὶ σκοπέλοις καὶ ῥάχεσι (30) προσρηγνύμενον. Μυσαττόμεθα (31) γὰρ τῶν περὶ Διαγόραν τὸ ἄθεον· βδελυττόμεθα δὲ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, εἶναι μὲν Θεὸν συγχωροῦντα, τοῦτον δὲ ἐπεστράφθαι (32) πρὸς ἑαυτὸν λέγοντα, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν τῇ κτίσει γινομένων αἰσθάνεσθαι. Καὶ τῆς Ἀριστοτέλους δὲ προνοίας κατηγοροῦμεν· ὅρον γὰρ αὐτῇ τέθεικε τὴν σελήνην, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀδυναμίαν αὐτῆς, ἢ ὄκνον κατηγορῶν· ἢ γὰρ οὐκ ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν ἐξαρκοῦσαν, ἢ δυναμένη, ὀκνοῦσα δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς ἀκυβέρνητα καταλέλοιπεν. Ἀλλ' ἑκάτερον βλασφημίας μεστόν. Ὁ γὰρ καὶ τὰ σμικρότατα τῆς κτίσεως μόρια δημιουργῆσαι θελήσας, πῶς ἂν ἀδύνατος κληθείη; Πῶς δ' ἂν ἀμελήσοι δι' ὄκνον τούτων, ἃ πεποίηκε διὰ τὴν τῆς ἀγαθότητος ἄβυσσον; Ἀλλ' ἱκανῶς τὴν τούτων ἄνοιαν διελέγχει ἡ Πλάτωνος πρόνοια. Πάντων γὰρ ἔφησεν ἐκεῖνος, καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες, προμηθεῖσθαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Θεοῦ δὲ προμηθουμένου, τῆς εἱμαρμένης ὁ μῦθος μετὰ τῶν μοιρῶν καὶ τῶν νημάτων ἐλήλαται. Ἀνοίας γὰρ ἐσχάτης, τοῦ Θεοῦ κυβερνῶντος, ἕτερον τῷ σκάφει τῆς οἰκουμένης ἐπεισαγαγεῖν κυβερνήτην. Χρὴ δὲ διαιρεθῆναι τῷ λόγῳ, τίνα μὲν τῶν τῆς Προνοίας πηδαλίων ἐξήρτηται, τίνα δὲ τῷ τῆς ψυχῆς ἀπονενέμηται λογικῷ, καὶ τίνα μὲν φυσικὰ, τίνα δὲ ὁμωνύ-

[17] Job x, 12. [18] ibid. [19] ibid. 13.

(28) μνήσθητι, κ. τ. λ. Alias lectiones vide infra, in libro *De cur. Græc. aff.* l. c.

(29) σεαυτῷ. Edit. prior habebat ἑαυτῷ.

(30) ῥάχεσι. Ita legendum esse videtur. Sirm. βράχεσι. Sic quoque ed. Rom.

(31) μυσαττ., κ. τ. λ. Ad hunc locum conf. initium serm. 6, *De cur Græc. affect.*

(32) ἐπεστρ. Loco jam. citato leg. ἀποστράφθαι.

Digitized by Google

μως καλεῖται, οὐκ ὄντα μὲν, νομιζόμενα δὲ εἶναι κακά. Τῶν ἀνθρωπίνων τοίνυν πραγμάτων, φύσει μὲν ἀγαθὰ, φρόνησις, καὶ σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ τὰ ἄλλα μόρια τῆς ἀρετῆς· κακὰ δὲ, ἀφροσύνη, καὶ ἀκολασία, καὶ ἀδικία, καὶ δειλία, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα τούτοις προσόμοια. Πλοῦτος δὲ, καὶ πενία, καὶ δουλεία, καὶ δεσποτεία, καὶ ὑγεία, καὶ νόσος, καὶ αἱ ἄλλαι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου εὐκληρίαι τε καὶ δυσκληρίαι, μέσον τινὰ ἔχουσι κλῆρον. Οἷον γάρ τινα ὄργανα πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ οἱ μὲν ἄριστοι τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρετὴν δι' ἑκάστου τῶν εἰρημένων (33) κατασκευάζουσιν. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν, καὶ πλούτῳ κομῶντας, καὶ πενίᾳ συζῶντας, ἀρετῆς ἐπιμελουμένους, καὶ ἐν ὑγείᾳ τὸν εὐεργέτην ἀνυμνοῦντας, καὶ ἐν νόσῳ καρτεροῦντας, καὶ δούλους σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ λαμπρυνομένους· καὶ αὖ πάλιν ἄλλους, τοὺς μὲν ἐν πενίᾳ τὴν κακίαν ἀσπαζομένους, καὶ οὐ μόνον λωποδυτοῦντας, ἀλλὰ καὶ νεκροσυλίαν καὶ ἱεροσυλίαν τολμῶντας, τοὺς δὲ τὸν πλοῦτον ἀποφαίνοντας ὄργανον ἀδικίας, καὶ ἐν ὑγείᾳ μὲν ὑπεροψίᾳ κεχρημένους καὶ τύφῳ, ἐν δὲ νόσοις βλασφήμους ἐρυγγάνοντας λόγους. Δι' ὧν καταμαθεῖν εὐπετὲς, ὡς τῶν μετιόντων τῇ χρήσει, πλοῦτος καὶ πενία, καὶ δουλεία καὶ δεσποτεία, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια, νῦν μὲν ἐπαινετὰ, νῦν δὲ ψεκτά. Ὥσπερ δὲ καὶ τὸν σίδηρον νῦν μὲν συνεργὸν ἀποκαλοῦμεν τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, διὰ μὲν ἀρότρου, καὶ σκαπάνης, καὶ δικέλλης, γεωργοῦντα τὴν γῆν, διὰ δὲ δρεπάνου καθαίροντα τὰ φυτὰ, διὰ σκεπάρνου καὶ πρίονος καὶ οἰκιῶν καὶ σκευῶν διαφόρων κατασκευὰς παρέχοντα· νῦν δέ τινες ἐπίβουλον ὀνομάζουσι, τὸ ξίφος ὁρῶντες, καὶ τὰς διὰ τούτου γεγενημένας σφαγάς. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ξίφος αἴτιον τῶν σφαγῶν, ἀλλ' ὁ κακῶς τῷ ξίφει χρησάμενος· οὔτε ὁ πλοῦτος καὶ ἡ πενία, καὶ ἡ ἄλλη τοῦ βίου εὐποτμία τε καὶ δυσποτμία, κατηγορίας ἄξιαι, ἀλλ' οἱ παρὰ τοὺς νόμους ἑκάστῳ τούτων χρησάμενοι. Εἰ γὰρ τούτων ἕκαστον φύσει πονηρὸν ἐτύγχανεν, οὐκ ἂν ἀγαθῶν τισιν ἐγένετο πρόξενον. Εὑρίσκομεν δὲ ὅμως πολλοὺς διὰ τούτων κατωρθωκότας τὴν ἀρετήν. Οὔτε οὖν κακὸν τὸ ἀγαθοῦ γιγνόμενον ὄργανον, οὔτ' αὖ πάλιν ἀγαθὸν τὸ ἐργαλεῖον ἑτέρῳ πρὸς πονηρίαν γιγνόμενον. Τὴν μέσην τοίνυν ἔχει τάξιν, καθάπερ τὰ φάρμακα. Καὶ γὰρ τὸ ὄπιον, καὶ τὸ κώνειον, εἰ ἄριστα κριθείη παρὰ τῶν ἰατρῶν, ἀλεξιφάρμακα γίγνεται· εἰ δὲ παρὰ τὸν τῆς τέχνης ληφθῇ λόγον, δηλητήρια καὶ ὀλέθρια. Ἔστι δὲ ὅτε ἄρτος καὶ οἶνος νόσον τοῖς χρωμένοις ἐπάγουσι· λώβην γὰρ ἡ ἀμετρία γεννᾷ. Οὕτω δὴ καὶ τὴν εὐπραξίαν, καὶ τὴν δυσπραγίαν, οἱ μὲν σοφῶς κυβερνῶντες σωτήρια κατασκευάζουσι φάρμακα· οἱ δὲ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως, ἀφορμὰς ὀλέθρου διὰ τούτων εἰσδέχονται. Ταῦτα μὲν οὖν, καὶ ὅσα τούτοις προτόμοια, εὐκαρπία γῆς, καὶ ἀκαρπία, εὔπλοιά τε καὶ ναυαγία, τῆς θείας προνοίας ἐξήρτηται. Διὸ δὴ στέργειν ἅπαντας χρὴ τὰ παρ' αὐτῆς (34) γιγνόμενα, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας· ἀνέφικτος γὰρ τῶν θείων πηδαλίων ὁ λόγος·

A sed esse existimentur. In rebus itaque humanis, natura quidem bona sunt, prudentia, et temperantia, et justitia, et animi magnitudo, et aliæ partes virtutis; mala autem, imprudentia, et intemperantia, et injustitia, et timiditas, et alia his similia. Divitiæ vero, et paupertas, et servitus, et dominium, et **417** sanitas, et morbus, et cæteræ vitæ humanæ prosperitates et adversitates, mediam quamdam sortem obtinent. Sunt enim velut instrumenta quædam hominibus proposita: et qui ex hominibus optimi sunt, per singula illorum virtutem sibi comparant. Videre enim licet, qui vel divitiis affluentes, vel cum paupertate conflictantes, virtutis curam gerant, quique et in sanitate benefactorem laudent, et in morbo fortiter ferant; et servos temperantia B justitiaque præstantes; et alios rursus, qui in paupertate improbitatem amplectuntur, et non solum furantur, sed sepulcra etiam et sacra diripiunt, vel qui divitias instrumentum faciunt injustitiæ, quique in sanitate quidem superbiam et insolentiam ostendunt, in morbis vero blasphemas voces eructant. Ex quibus facile est intelligere quod, pro usu eorum qui habent, divitiæ et paupertas, et servitus et dominium, atque his similia, nunc laudanda sint, nunc vituperanda: quemadmodum et ferrum, nunc quidem humanæ vitæ adjutorem vocamus, quippe quod per aratrum, bipalium et ligonem terram colat, per falcem arbores putet, per dolabram et serram et domorum et diversorum C instrumentorum fabricam præstet, nunc vero insidiatorem appellant quidam, dum nesem vident, et cædes quæ per eum fiunt. Sed neque ensis causa est cædium, sed qui ense male usus est: neque divitiæ et paupertas, et alia vitæ prosperitas vel adversitas reprehendi merentur, sed qui præter leges **418** horum quolibet usi sunt. Nam si natura malum esset horum unumquodque, bonorum occasio quibusdam non esset. At multos cernimus, qui per hæc perfectam virtutem exhibuerunt. Nec igitur malum est, quod instrumentum fit boni, nec bonum rursus, quod alteri ad vitium est instrumentum. Medium igitur ordinem tenent, sicut et medicamenta. Nam opium, et cicuta, si a medicis recto judicio adhibeantur, morborum fiunt remedia; D si vero præter artis rationem sumpta fuerint, venena fiunt exitialia. Interdum etiam panis et vinum morbum utentibus afferunt: damnum enim procreat immoderatio. Sic utique et prosperitatem et adversitatem, qui recte gubernant, salutaria efficiunt medicamenta: qui stulte et imprudenter, exitii occasionem ex iisdem sumunt. Hæc igitur, et quæcunque his similia, fertilitas et sterilitas terræ, secunda navigatio et naufragium, a divina pendent Providentia. Quare in iis quæ ab ea fiunt acquiescere omnes oportet, nec causas curiosius inquirere: incomprehensibilis enim est divinæ gubernationis ratio: eorum autem quæ in nostra sunt

(33) δι' ἐκ. τ. εἰρ. Ita ad calcem edit. Rom. emendatur lectio τὴν ἀρετὴν τῶν ἀνθρώπων κατασκ.

(34) αὐτ. Sirm. αὐτῶν. Sequimur autem edit. Romanam.

Digitized by Google

potestate curam gerere, ac vitium quidem penitus expellere, virtutem autem introducere, et hujus partibus splendescere : et quemadmodum mulieres ornatus studiosæ comendi arte corpus expoliunt, sic animæ decorem temperantiæ, et justitiæ, et fortitudinis, et prudentiæ floribus ornare. In nostra enim potestate horum est acquisitio. Extremæ autem est stultitiæ, eorum quidem quæ in nostra potestate non sunt possessionem quærere, idque cum citissimis mutationibus obnoxia sit; **419** quæ autem in nostra sunt potestate, gloriosa illa, et perseverantia, ac stabilia, tanquam vilia et nihili facienda negligere. Si hanc rerum humanarum distinctionem perspectam habuerimus, divinæ gubernationis nutibus acquiescemus, et de omnia gubernante Providentia non ambigemus. Videmus enim anni tempestates ordine mutari, et in tempore omnia produci, fierique in tempore unumquodque. Neque enim, juxta obscenissimas Manetis fabulas, materiæ principes, lucis filiam concupiscentes, eamque persequentes, sudant, et pluviam suppeditant, sed universorum Opifex innuit, et nubes coguntur. Et hoc aperte divina docet Scriptura. « Educens, inquit, nubes ab extremo terræ fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos e thesauris suis [20]. » Et rursus : « Qui vocat aquam maris, et effundit ipsam in faciem terræ [21]. » Et rursus : « Flabit spiritus ejus, et fluent aquæ [22]. » Et alibi : « Rigans montes e cœnaculis suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fenum jumentis et herbam servituti hominum, ut educas panem de terra [23]. » Possunt et alia innumerabilia in divina Scriptura inveniri, quæ Dei providentiam ostendunt. Sed cum de Providentia decem jam libros scripserim, supervacaneum puto de ea nunc sermonem producere.

ἐπιμελεῖσθαι δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὴν μὲν κακίαν πάμπαν ἀποσκευάζεσθαι, εἰσοικίζεσθαι δὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῖς ταύτης μορίοις φαιδρύνεσθαι· καὶ καθάπερ αἱ φιλόκοσμοι γυναῖκες κομμωτικῇ τέχνῃ τὸ σῶμα λαμπρύνουσιν, οὕτω τῆς ψυχῆς καλλωπίζειν τὴν ὥραν τοῖς τῆς σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ φρονήσεως ἄνθεσιν. Ἐφ' ἡμῖν γὰρ τούτων ἡ κτῆσις. Ἀβελτηρίας δὲ ἐσχάτης, τῶν μὲν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τὴν κτῆσιν ἐπιζητεῖν, καὶ ταῦτα μεταβολαῖς ὀξυῤῥόποις ὑποκειμένην, τῶν δὲ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν τελούντων, εὐκλεῶν τε ὄντων, καὶ τὸ διαρκὲς ἐχόντων, καὶ μόνιμον, ὡς εὐώνων τινῶν, καὶ οὐδενὸς λόγου ἀξίων καταφρονεῖν. Εἰ ταύτην τῶν ἀνθρωπίνων γνοίημεν τὴν διαίρεσιν, στέφξομεν τὰ τῶν θείων οἰάκων κινήματα, καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα κυβερνώσης Προνοίας οὐκ ἐνδοιάσομεν. Ὁρῶμεν γὰρ κατὰ τὴν τάξιν ἐναλλαττομένας τοῦ ἔτους τὰς ὥρας, εἰς καιρὸν δὲ πάντα φυόμενα, καὶ κατὰ καιρὸν γιγνόμενον ἕκαστον. Οὐ γὰρ κατὰ τοὺς Μάνεντος ἀσελγεστάτους μύθους, οἱ τῆς ὕλης ἄρχοντες, τῆς τοῦ φωτὸς ἱμειρόμενοι θυγατρὸς, καὶ ταύτην καταδιώκοντες, ἱδροῦσι, καὶ τὸν ὑετὸν χορηγοῦσιν· ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς νεύει, καὶ τὰ νέφη συνίσταται. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ θεία διδάσκει Γραφή. « Ἀνάγων γὰρ, φησὶ, νεφέλας ἐξ ἐσχάτων (35) τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν πεποίηκεν (36), ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον (37) τῆς γῆς. » Καὶ αὖθις· « Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. » Καὶ ἑτέρωθι· « Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ, ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ. Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς. » Καὶ μυρία δὲ ἔστιν εὑρεῖν ἕτερα παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, τοῦ Θεοῦ δεικνύοντα τὴν πρόνοιαν. Ἀλλὰ περὶ προνοίας δέκα λόγους ἤδη συγγράψας, Περιττὸν οἶμαι νῦν τοῦτον εὐρῦναι τὸν λόγον.

420 XI. — *De Servatoris incarnatione.*

De divina autem incarnatione quid sentiamus, operæ pretium est ostendere. Apertius enim Dei universorum providentiam prædicat hæc disputatio. Valentinus ergo in fabulis quas finxit, alium dixit esse Unigenitum, alium Verbum, et alium Christum qui intra pleroma, et alium Jesum et alium rursus, qui extra, Christum. Incarnatum autem dixit esse Jesum, Christo qui extra est indutum, et, corpore assumpto ex animæ substantia, per Virginem tantum trajecisse, nec ex humana natura quidquam accepisse. Basilides quoque similiter alium Unigenitum, alium Verbum, et aliam dixit esse Sapientiam. Cerdon autem, et Marcion, et Manes, Christum ut hominem apparuisse dixerunt, cum humanum nihil haberet. Cerinthus vero, Jesum quidem ex Josepho

ΙΑ'. — *Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας.*

Περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως τίνα φρονοῦμεν προῦργου δεῖξαι. Σαφέστερον γὰρ οὗτος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κηρύττει τὴν προμήθειαν. Ὁ μὲν οὖν Βαλεντῖνος ἐν οἷς ἀνέπλασε μύθοις, ἄλλον μὲν ἔφη τὸν Μονογενῆ, ἄλλον δὲ τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν ἐντὸς τοῦ πληρώματος, καὶ ἕτερον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἄλλον πάλιν τὸν ἔξω Χριστόν. Ἐνανθρωπῆσαι δὲ τὸν Ἰησοῦν ἔφη, τὸν ἔξω Χριστὸν ἐνδυσάμενον, καὶ σῶμα ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας ἀνειληφότα· πάροδον δὲ μόνην διὰ τῆς Παρθένου ποιήσασθαι, οὐδὲν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως εἰληφότα. Καὶ Βασιλίδης δὲ ὡσαύτως ἄλλον τὸν Μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον, καὶ ἑτέραν εἴρηκε τὴν Σοφίαν. Κέρδων δὲ, καὶ Μαρκίων, καὶ Μάνης, ὡς ἄνθρωπον φανῆναι τὸν Χριστὸν ἔφασαν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα. Ὁ δὲ

[20] Psal. CXXXIV. 7. [21] Amos IX, 6. [22] Psal. CXLVII, 18. [23] Psal. CIII, 13, 14.

(35) ἐσχ. Supra, t. , p. 1516, leg. ἐσγάτου.
(36) πεπ. Ibid. ἐποίησεν.
(37) πρόσ. Supra, t. II, p. 1444, leg. προσώπου.

Digitized by Google

Κήρινθος τὸν (38) μὲν Ἰησοῦν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας ἔφησε γεννηθῆναι κατὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον, ἄνωθεν δὲ τὸν Χριστὸν κατελήλυθότα ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν. Ἐβιωναῖοι δὲ, καὶ Θεοδοτιανοὶ, καὶ Ἀρτεμωνιανοὶ, καὶ Φωτεινιανοὶ, ψιλὸν ἄνθρωπον εἰρήκασιν ἐκ τῆς Παρθένου τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος, σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τὴν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνεργηκέναι τὴν χρείαν. Ὁ δὲ Ἀπολινάριος, ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχήν· περιττὸς γὰρ ἦν, φησὶν, ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ Λόγου παρόντος. Τὰς δὲ τῶν πλειόνων αἱρέσεων τέθεικα δόξας, δεῖξαι βουλόμενος τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀλήθειαν. Τὸν γὰρ αὐτὸν ἡ Ἐκκλησία, καὶ Υἱὸν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Θεὸν Λόγον, καὶ Σωτῆρα Κύριον, καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν ὀνομάζει. Ἀλλ' Υἱὸς μὲν (39) μονογενὴς, καὶ Θεὸς Λόγος, καὶ Κύριος καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὠνομάζετο, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ὡσαύτως καλεῖται. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ αὐτὸς ὠνομάσθη, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὰς προσηγορίας δεξάμενος. Ἰησοῦς μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ ἑρμηνεύεται, καὶ τούτου μάρτυς ὁ Γαβριὴλ, πρὸς τὴν Παρθένον εἰπών· « Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὅτι αὐτὸς (40) σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ (41). » Χριστὸς δὲ προσηγορεύθη, διὰ τὸ χρίσμα τοῦ Πνεύματος. Ὁ μὲν γὰρ ὑμνοποιὸς Δαβὶδ λέγει· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Διὰ δὲ τῆς Ἡσαΐου τοῦ προφήτου γλώττης αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἔφη· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ· οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με Κύριος. » Οὕτω δὲ τὴν προφητείαν νοεῖν αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Δεσπότης ἐδίδαξεν. Εἰς γὰρ τὴν συναγωγὴν εἰσελθὼν, καὶ τὸ προφητικὸν βιβλίον λαβὼν, ἀνέγνω μὲν τὸ εἰρημένον χωρίον, ἔφη δὲ πρὸς τοὺς παρόντας· « Σήμερον ἐπληρώθη (42) ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. » Συνῳδὰ δὲ τοῖς προφήταις καὶ ὁ μέγας ἐκήρυξε Πέτρος. Τοῖς γὰρ περὶ τὸν Κορνήλιον ἐπιδεικνὺς τὸ μυστήριον οὕτως ἔφη· « Ὑμεῖς οἴδατε τὸ ῥῆμα τὸ γενόμενον (43) καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν (44) αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. » Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς διὰ τὸ χρίσμα τοῦ Πνεύματος ὠνομάσθη Χριστός. Ἐχρίσθη δὲ, οὐχ ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Εἰ δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον κέχρισται, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ Χριστὸς ὠνομάσθη. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ἄλλος ὁ Χριστός· ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας ὠνομάσθη Χριστὸς Ἰησοῦς· ἐνηνθρώπησε δὲ, ἵνα τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διαφθαρεῖσαν νεουργήσῃ φύσιν. Διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἡμαρτηκυῖαν ἔλαβεν, ἵνα πᾶσαν ἰάσηται. Οὐ γὰρ προκαλύμματι τῆς θεότητος χρώμενος ἀνέλαβε τὴν τοῦ σώματος φύσιν, κατὰ τὴν Ἀρείου καὶ

et Maria communi hominum lege genitum dixit, Christum autem e superis in Jesum descendisse. Ebionæi rursus, et Theodotiani, et Artemoniani, et Photiniani, nudum hominem dixerunt ex virgine natum esse Christum. Arius vero et Eunomius corpus quidem assumpsisse illum dicunt, sed divinitatem animæ usum exercuisse. Apollinarius porro Servatoris corpus animatum quidem esse aiebat, sed animam ratione præditam non habuisse. Mens enim supervacanea, inquit, ubi Deus Verbum adest. Multarum autem hæresium opiniones posui, veritatem Ecclesiæ ostendere volens. **421** Ecclesia enim eumdem et Filium, et Unigenitum, et Deum Verbum, et Servatorem Dominum, et Jesum Christum nominat. Sed Filius quidem unigenitus, et Deus Verbum, et Dominus etiam ante incarnationem appellabatur, et post incarnationem similiter vocatur. Jesus vero Christus post incarnationem idem nominatus est, ex rebus ipsis sumptis vocabulis. Jesus enim explicatur Salvator, reique testis Gabriel Virginem alloquens: « Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum a peccatis ejus[24]. » *Christus* autem appellatus est, propter unctionem Spiritus. Dicit enim psalmista David: « Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis[25]. » Per Isaiæ autem prophetæ linguam Dominus ipse dixit: « Spiritus Domini super me, qua de causa unxit me Dominus[26]. » Prophetiam autem sic intelligere docuit nos ipse Dominus. Synagogam enim ingressus, cum propheticum librum accepisset, prædictum locum legit, et iis qui aderant dixit: « Hodie impleta est Scriptura hæc in auribus vestris[27]. » Consona etiam prophetis prædicavit et magnus Petrus. Cornelio enim mysterium exponens sic dixit: « Vos scitis verbum quod factum est per universam Judæam, incipiens a Galilæa post baptismum quem prædicavit Joannes. Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus **422** Spiritu sancto et virtute[28]. » Ex his ergo manifestum est, quod propter unctionem Spiritus appellatus sit Christus. Unctus autem est, non ut Deus, sed ut homo. Quod si secundum humanam naturam est unctus, etiam post incarnationem Christus appellatus est. Attamen non alius Deus verbum, et alius Christus. Deus enim Verbum homo factus, Christus Jesus nominatus est. Homo autem factus est, ut corruptam a peccato naturam renovaret. Propterea totam quæ peccarat assumpsit, ut toti mederetur. Non enim ad divinitatis integumentum corporis naturam assumpsit, juxta delirium Arii et Eunomii. Facile enim ipsi erat efficere ut etiam sine corpore conspiceretur, quemadmodum olim conspectus est ab Abrahamo, et Jacobo, et aliis sanctis: sed voluit ut natura ipsa, quæ victa fuerat, debellaret adver-

[24] Matth. I, 21. [25] Psal. XLIV, 8. [26] Isa. LXI, 1. [27] Luc. IV, 21. [28] Act. X, 37, 38.

(38) τὸν, κ. τ. λ. Eumdem errorem nonnulli Marcosiis tribuunt. Vid. p. 301 et 329.
(39) μέν. Ex edit. Rom. suppletum.
(40) ὅτι αὐτός. Loco cit. leg. αὐτὸς γάρ.
(41) αὐτ. Loco cit. est αὐτῶν.
(42) ἐπλ. Loco cit. leg. πεπλήρωται.
(43) Loco cit. leg. τὸ γενόμενον ῥῆμα.
(44) ὡς ἔχρ. Edit. Rom. ἐπέχρισεν.

Digitized by Google

sarium, et victoriam referret. eamque ob causam et corpus et animam ratione præditam assumpsit. Neque enim tres in partes hominem divina Scriptura dividit, sed ex anima et corpore constare hoc animal dicit. Deus enim, cum ex limo corpus formasset, animam inspiravit, et duas naturas ostendit esse, non tres. Ipse autem Dominus in Evangeliis ait: « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere [29]. » Et multa hujusmodi in divina Scriptura reperire licet. Quod autem non divinitati integumentum astruens, juxta hæreticorum fabulas, sed ut universo generi per primitias victoriam præstaret, perfectam humanam naturam assumpserit, verus testis et doctor absolutus est divinus **423** Apostolus. In Epistola enim ad Romanos incarnationis reserans mysterium sic loquitur: « Propterea sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, siquidem omnes peccaverunt [30]. » Cum autem his verbis ostendisset quid fuerit initium peccati, et quis ex eo fructus germinarit, et quis hoc primus admiserit, hujus quoque finem ostendit. « Usque ad legem enim, inquit, peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputatur, cum lex non est, sed regnavit mors ab Adamo usque ad Mosen etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adami, qui est forma futuri [31]. » Mosen autem vocat legem: usque ad Servatoris porro adventum vigebat hujus observatio. Transgredientibus autem, et iis qui sub hac vivebant, et iis qui sub lege agebant naturæ, jure mors regnavit, confirmante ejus potentiam peccato. Mors enim pœna erat peccati. Ad hunc modum cum docuisset, unde peccatum sumpserit initium, et quousque mors regnarit, ostendit quomodo confracta sit horum potentia, et immensam Dei benignitatem laudat dicens: « Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in multos abundavit [32]. » Superat, inquit, benignitatis munificentia justitiam. Justitiæ enim decretum, cum **424** unus peccasset, hujus universum genus morti tradidit: divina autem misericordia, cum omnes homines essent sub maledicto, et peccati laqueis essent irretiti, propter unius justitiam dedit omnibus salutem. Servatorem autem hominem appellavit, non ejus negans divinitatem: sciebat enim illum Deum esse, Deumque honore Patri æqualem; sed docens simile simili curatum esse, et totum per primitias sanctificatum. Cum enim secundum humanitatem subditus esset legi, legemque implevisset, eos qui legem transgressi erant, a maledicto liberavit. Deinde rursus eamdem orationem aliter versat: « Et non

A Εὐνομίου φρενοβλάβειαν· ῥᾴδιον γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ δίχα σώματος ὀφθῆναι, καθάπερ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις ἐωράθη· ἀλλ' ἠβουλήθη αὐτὴν τὴν ἡττηθεῖσαν φύσιν καταγωνίσασθαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν νίκην ἀπολαβεῖν· τούτου δὴ χάριν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀνέλαβε λογικήν. Οὐ γὰρ τριχῆ διαιρεῖ τὸν ἄνθρωπον ἡ θεία Γραφὴ, ἀλλ' ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος τόδε τὸ ζῶον συνεστάναι φησίν. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐκ τοῦ χοὸς τὸ σῶμα διαπλάσας ἐνεφύσησε τὴν ψυχὴν, καὶ δύο φύσεις ἔδειξεν, οὐ τρεῖς. Ὁ δὲ αὐτὸς Δεσπότης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησί· Μὴ φοβεῖσθε (45) ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων. » Καὶ πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ὅτι δὲ οὐ προκάλυμμα τῇ θεότητι μηχανώμενος, κατὰ τοὺς τῶν αἱρετικῶν μύθους, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀπαρχῆς παντὶ τῷ γένει τὴν νίκην πραγματευόμενος, τελείαν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀνέλαβε, μάρτυς ἀληθὴς, καὶ διδάσκαλος ἀκριβὴς, ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ἐν γὰρ τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ τὸ τῆς οἰκονομίας ἀποκαλύπτων μυστήριον οὕτως ἔφη· « Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν ὁ θάνατος, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. » Δείξας δὲ διὰ τούτων τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀρχὴν, καὶ τὸν ἐκ ταύτης βεβλαστηκότα καρπὸν, καὶ τὸν ταύτην ἐξ ἀρχῆς εἰσδεξάμενον, ἐπιδείκνυσι ταύτης τὸ τέλος. « Ἄχρι γὰρ νόμου, φησὶν, ἁμαρτία ἦν ἐν τῷ κόσμῳ, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου· ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ, μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. » Μωϋσέα (46) δὲ τὸν νόμον καλεῖ, μέχρι δὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας ἡ κατὰ τοῦτον ἐκράτει πολιτεία. Παραβαινόντων δὲ καὶ τῶν ὑπὸ τοῦτον πολιτευομένων, καὶ τῶν ὑπὸ τῷ νόμῳ τελούντων τῆς φύσεως, ἐβασίλευσεν εἰκότως ὁ θάνατος, κρατυνούσης αὐτοῦ τὴν δυναστείαν τῆς ἁμαρτίας· καταδίκη γὰρ ἦν τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. Οὕτω διδάξας πόθεν τε ἡ ἁμαρτία τὴν ἀρχὴν εἴληφε, καὶ μέχρι τίνος ὁ θάνατος ἐβασίλευσε, δείκνυσι πῶς κατελύθη τούτων τὸ κράτος, καὶ τὴν ἀμέτρητον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ὑμνεῖ, λέγων οὕτως· « Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τοῦ (47) ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν. » Ὑπερβαίνει, φησὶν, ἡ τῆς φιλανθρωπίας φιλοτιμία τὸ δίκαιον. Ὁ μὲν γὰρ τῆς δικαιοσύνης ὅρος ἑνὸς ἁμαρτηκότος ἅπαν τὸ τούτου γένος τῷ θανάτῳ παρέδωκεν· ὁ δὲ θεῖος ἔλεος, πάντων ἀνθρώπων ὑπὸ τὴν ἀρὰν γεγενημένων, καὶ ταῖς τῆς ἁμαρτίας πάγαις ἐμπεπαρμένων, δι' ἑνὸς δικαιοσύνην πᾶσι τὴν σωτηρίαν δεδώρηται. Ἄνθρωπον δὲ τὸν Σωτῆρα

[29] Matth. x, 28. [30] Rom. v, 12. [31] ibid. 13, 14. [32] ibid. 15.

(45) μὴ φοβ. κ. τ. λ. Aliter l. c. legitur.
(46) Μωϋσ. Edit. Rom. Μωσέα.
(47) τοῦ. Des. τῇ, quod l. c. et apud Nostrum, t. III, p. 58, præcedit.

Digitized by Google

προσηγόρευσεν, οὐκ ἀρνούμενος αὐτοῦ τὴν θεότητα (Θεὸν γὰρ οἶδεν αὐτὸν, καὶ Θεὸν τοῦ γεγεννηκότος ὁμότιμον), ἀλλὰ διδάσκων, ὡς τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐξιάθη, καὶ τῇ ἀπαρχῇ τὸ ὅλον ἡγιάσθη. Κατὰ γὰρ τὸ ἀνθρώπειον ὑπὸ νόμον γενόμενος, καὶ τὸν νόμον πεπληρωκὼς, τοὺς παραβεβηκότας τὸν νόμον τῆς ἀρᾶς ἠλευθέρωσεν. Εἶτα πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον ἑτέρως ἀνακυκλοῖ· « Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος (48) τὸ δώρημα. Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα, ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. » Ὅτε, φησὶν, εἷς ἥμαρτε, κατεκρίθησαν ἅπαντες· νῦν δὲ πάντων ἡμαρτηκότων, ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἡ διὰ πίστεως πρόκειται σωτηρία. Οὕτως δείξας τῆς κοινῆς ἁμαρτίας τὴν τοῦ ἑνὸς δικαιοσύνην ἀλεξίκακον γενομένην, δείκνυσι δι' αὐτοῦ καὶ τὴν τοῦ θανάτου τελεσθεῖσαν κατάλυσιν. « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τῆς δωρεᾶς, καὶ τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τοῦ θανάτου πρόξενος, φησὶν, ἡ ἁμαρτία. τῆς δὲ ἐν βασιλείᾳ ζωῆς ἡ τοῦ ἑνὸς δικαιοσύνη (49). Σωζόμεθα, οὐ νόμῳ, ἀλλὰ τῷ οἰκτῳ τῷ θείῳ τῆς σωτηρίας τυγχάνοντες. Ὁ γὰρ τοῦ δικαίου νόμος πάντας εἰς τιμωρίαν ἦγε. Πάντες γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἐργάται κατέστημεν. Εἰ γὰρ ἑνὸς ἡμαρτηκότος κατεκρίθη τὸ γένος, πάντως δήπουθεν δικαιότερον τοὺς ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τελέσαντας, τὴν κόλασιν δέξασθαι. Ἀλλ' ὁ θεῖος ἔλεος ὑπερέβη τοῦ δικαίου τοὺς ὅρους, καὶ ἡ φιλανθρωπία νενίκηκε τὴν ἰσότητα, καὶ ἑνὸς τὸν νόμον πεπληρωκότος, πάντας τοὺς τούτῳ πιστεῦσαι βουλομένους ἀπολαύειν τῆς σωτηρίας ἔξεστι. Δείξας δὲ ἐν τούτοις τὸ τῆς φιλανθρωπίας ἀστάθμητον, πάλιν ἐπὶ τὸν τοῦ λόγου μεταβαίνει λόγον. Ἆρα οὖν « ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας τοὺς (50) ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς δικαίωσιν ζωῆς. » Εἶτα ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὰ πρόσωπα μεταβαίνει. « Ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. » Σφόδρα δὲ ἀναγκαίως ἐφ' ἑκατέρου τὸ « οἱ πολλοὶ » τέθεικε. Καὶ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ἡμαρτηκότος, καὶ τῶν πλείστων τοὺς θείους παραβεβηκότων νόμους, διέμεινάν τινες ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγένοντο φροντισταὶ, ὡς Ἄβελ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Νῶε, καὶ οἱ πατριάρχαι, καὶ οἱ προφῆται, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, οὐ μόνον παρὰ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι, περὶ ὧν ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος· « Ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. » Καὶ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνειαν οὐχ ἅπαντες ἀπολαύουσι τῆς σωτηρίας, ἀλλ' οἱ πιστεύοντες, καὶ

A sicut per unum qui peccavit, donum. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem : gratia autem ex multis delictis in justificationem [33]. » Quando, inquit, unus peccavit, omnes condemnati sunt : nunc autem, cum omnes peccaverint, omnibus volentibus salus proposita est per fidem. Cum sic ostendisset unius justitiam communis peccati remedium exstitisse, ostendit per ipsum mortis quoque peractam esse destructionem. « Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, et donationis, et justitiæ accipientes in vita regnabunt per unum Jesum Christum [34]. » Mortem, inquit, conciliavit peccatum : vitam autem in regno unius hominis justitia. Salvamur, non lege, sed misericordia Dei salutem adipiscentes. Lex B enim justitiæ omnes ad **425** supplicium ducebat: omnes enim peccatores constituti sumus. Si enim cum unus peccasset, condemnatum est genus, multo utique justius erat, eos qui peccato subditi erant, supplicium subire. Sed misericordia divina justitiæ limites transgressa est, et æqualitatem vicit benignitas, et cum unus legem impleverit, salute omnibus ei credere volentibus frui licet. Ostensa autem in his benignitatis inæqualitate, rursus ad dicti sui rationem se confert. Igitur « sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ [35]. » Deinde a rebus transit ad personas. « Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi : ita et per unius C obeditionem justi constituentur multi [36]. » Valde autem apposite in utroque posuit « multi. » Etenim cum Adam peccasset, et plurimi divinas transgressi essent leges, permanserunt in naturæ finibus nonnulli, et virtutis curam gesserunt, sicut Abel, Enoch, et Noe, et patriarchæ, et prophetæ, et alii plurimi, non solum apud Judæos, sed etiam apud alias gentes, de quibus dixit divinus Apostolus: « Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciant, ejusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex [37]. » Et post Servatoris adventum non omnes salutem assequuntur, sed qui credunt, et vitam ex divinis ejus legibus ducunt. Propterea et in imagine et **426** in archetypo D illud posuit « multi. » Sed videamus, qua de causa incarnatus sit unigenitus Filius Dei, assumptaque natura humana homo appellatus sit. Eamdem autem nobis doctrinam protulit etiam in Epistola ad Corinthios. Sic enim dicit: « Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium; quoniam enim per hominem mors, per hominem etiam resurrectio mortuorum [38]. » Deinde a natura transit ad personas, et ait: « Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivifica-

[33] Rom. v, 16. [34] ibid. 17. [35] ibid. 18. [36] ibid. 19. [37] Rom. II, 14. [38] I Cor. xv, 20, 21.

(48) ἁμ. Supra, t. III, l. c. leg. ἁμαρτήματος.

(49) ἡ τοῦ ἑν. δικ. Ed. Rom. habet μετὰ τῆς τοῦ ἑνὸς δικαιοσύνης.

(50) τούς. Abesse solet a loco citato. Deest etiam, t. III, p. 59.

Digitized by Google

buntur [39]. » Et non dixit, *salvabuntur*, sed *vivificabuntur*, quia communis est quidem resurrectio: post resurrectionem vero fiet distinctio. Et hoc declaravit subjungens: « Unusquisque autem in suo ordine [40]. » Multi enim et eorum qui puniuntur, et eorum qui salvantur, sunt ordines. Nam pro qualitate et quantitate justitiæ donorum fient remunerationes. Similique modo pro differentia peccatorum erunt et supplicia.

A κατὰ τοὺς θείους αὐτοῦ πολιτευόμενοι νόμους. Τούτου δὴ χάριν, καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀρχετύπου, τὸ « πολλοὶ » τέθεικεν. Ἀλλ' ἴδωμεν τίνος χάριν ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρωπείαν φύσιν λαβὼν, ἄνθρωπος ἐχρημάτισε. Τὴν αὐτὴν δὲ ἡμῖν διδασκαλίαν προσενήνοχε κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ. Λέγει δὲ οὕτως· « Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων (51). Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Εἶτα ἀπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ τὰ πρόσωπα μεταβαίνει, καί φησιν· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Καὶ οὐκ εἶπε *σωθήσονται*, ἀλλὰ *ζωοποιηθήσονται*· κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ἀνάστασις, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν γενήσεται ἡ διάκρισις· καὶ τοῦτο δεδήλωκεν, ἐπαγαγών· « Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. » Πολλὰ γὰρ καὶ κολαζομένων καὶ σωζομένων τάγματα. Κατὰ γὰρ τὴν τῆς δικαιοσύνης καὶ ποιότητα καὶ ποσότητα, αἱ τῶν δωρεῶν ἀντιδόσεις παρασχεθήσονται. Ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἁμαρτημάτων διαφορὰν αἱ τιμωρίαι γενήσονται.

XII. — *Quod Dominus corpus assumpserit.*

Quoniam ergo incarnationis causam didicimus, age ostendamus ex divinorum eloquiorum testimoniis, quod homo factus Deus Verbum corpus humanum susceperit. Primum quidem fasciæ corporis erant, non divinitatis: deinde butyrum et mel, quod propheta multo ante prædicit [41]; et lac maternum, et cibus alius potusque, naturam horum susceptricem **427** ostendunt. Si quis autem stulte opponat cibum in Abrahæ tabernaculo oblatum [42], is valde stulte se loqui intelligat. Illa enim fieri videbantur: alio autem comsumpta sunt modo, quem novit qui consumpsit. Quod si quis etiam stolide concesserit incorpoream naturam illorum participem fuisse, ibi certe nec famem, nec sitim invenies. Hic vero passiones hujusmodi excitabat indigentia: non quod non posset unita divinitas efficere ut corpus non indigeret: qui enim paulo post omnibus corporibus immortalitatem largitus est, facilius proprium corpus invictum ab egestate reddidisset: sed huic permittebat ut naturam suam patefaceret, ut falsi aperte convinceret hæreses quæ illud assumptum negarent. Quemadmodum enim, cum morte potentius reddere id posset (post tres enim dies hoc fecit), pati tamen et mori permisit, ut dispensationis mysterium impleret: sic etiam esurire et sitire, et defatigari, et dormire concessit, ne quam haberent occasionem Docetæ, qua hæresis suæ falsitatem confirmarent. Fames ergo, et sitis, defatigatio præterea, et somnus, humanum Domini corpus fuisse testantur. Quod confirmans divinus Apostolus clamat, et dicit: « Quia ergo pueri participes facti sunt carnis et sanguinis, et ipse similiter participat eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant morti [43]. » **428** Aperte autem his verbis declaravit eamdem quam nos naturam induisse

IB'. — *Ὅτι σῶμα ὁ Δεσπότης ἀνέλαβεν.*

Ἐπειδὴ τοίνυν τὴν τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως μεμαθήκαμεν αἰτίαν, φέρε δείξωμεν, ταῖς τῶν θείων λογίων χρώμενοι μαρτυρίαις, ὅτι τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον ἐνανθρωπήσας ὁ Θεὸς Λόγος ἀνέλαβε. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ σπάργανα, σώματος, οὐ θεότητος ἦν· ἔπειτα δὲ τὸ βούτυρον, καὶ τὸ μέλι, ὃ προφήτης πόρρωθεν προαγορεύει, καὶ τὸ μητρῷον γάλα, καὶ ἡ ἐδωδὴ ἡ ἄλλη καὶ ἡ πόσις, τὴν τούτων δεκτικὴν ἐπιδείκνυσι φύσιν. Εἰ δέ τις ἀνοηταίνων ἀντιθείη τὴν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ γεγενημένην τροφὴν, ἴστω λίαν ἀνοηταίνων. Ἐκεῖνα γὰρ ἐδόκει γίγνεσθαι, καθ' ἕτερον ἀλισκόμενα τρόπον, ὃν οἶδεν ὁ δαπανήσας. Εἰ δὲ καὶ δοίη τις ἀνοήτως μεταλαβεῖν ἐκείνων τὴν ἀσώματον φύσιν, ἀλλ' οὐ πεῖναν εὑρήσεις καὶ δίψος ἐκεῖ. Ἐνταῦθα δὲ ἡ χρεία τοιαῦτα παρεκίνει πάθη, οὐχ ὡς μὴ δυναμένης τῆς ἡνωμένης θεότητος ἀνενδεᾶ καταστῆσαι τὸ σῶμα (ὁ γὰρ μικρὸν ὕστερον πᾶσι τοῖς σώμασι τὴν ἀθανασίαν δωρησάμενος, ῥᾷον ἂν τὸ οἰκεῖον σῶμα κρεῖττον ἐνδείας ἀπέφηνεν), ἀλλὰ παρεχώρει τούτῳ τὴν οἰκείαν ἐπιδεῖξαι φύσιν, ὥστε τὰς τούτου τὴν πρόσληψιν ἀρνησαμένας αἱρέσεις ἐναργῶς ψευδομένας ἐλέγχεσθαι. Ὥσπερ γὰρ κρεῖττον ἀποφῆναι δυνάμενος θανάτου (τοῦτο γὰρ δὴ καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας εἰργάσατο), καὶ παθεῖν, καὶ ἀποθανεῖν συνεχώρησεν, ἵνα πληρώσῃ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον· οὕτως ἐνεδίδου καὶ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ κοπιᾷν, καὶ ὑπνοῦν, ἵνα μηδεμίαν λάβωσιν ἀφορμὴν οἱ Δοκηταὶ, κρατῦναι τοῦ ψεύδους τὴν αἵρεσιν. Τοιγαροῦν καὶ ἡ πεῖνα, καὶ τὸ δίψος, καὶ πρὸς τούτοις ὁ κόπος, καὶ ὁ ὕπνος, σῶμα ἀνθρώπινον προσμαρτυροῦσιν εἶναι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα. Καὶ τοῦτον μὲν βεβαιῶν τὸν λόγον ὁ θεῖος Ἀπόστολος, βοᾷ λέγων· « Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, παραπλησίως καὶ αὐτὸς (52) μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου (53), καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ

[39] I Cor. xv, 22. [40] ibid. 23. [41] Isa. vii, 15. [42] Gen. xviii, 3. [43] Hebr. ii, 14, 15.

(51) κεκ. Deest ἐγένετο quod l. c. sequitur.
(52) παρ. κ. αὐτ. Verba sunt transposita.
(53) θαν. Desunt quæ sequuntur l. c. τουτέστι, τὸν διάβολον.

Digitized by Google

ζῆν ἐνοχοι ἦταν θανάτῳ (54). Ἀντικρυς δὲ διὰ τούτων ἐδήλωσεν, ὡς τὴν αὐτὴν ἡμῖν περιεβάλετο φύσιν. Εἰ δέ τις τὴν περιβολὴν δυσχεραίνει, ἀκουσάτω τοῦ πατριάρχου προλέγοντος Ἰακώβ· « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. » Ἀκουσάτω δὲ καὶ τοῦ θείου Παύλου βοῶντος· « Ἔχοντες οὖν ἀδελφοὶ παρρησίαν πρὸς (55) τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ τῆς (56) πίστεως, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καταπέτασμα (57) γὰρ τὴν σάρκα αὐτοῦ προαηγόρευσεν, ὡς ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ στολὴν καὶ περιβολήν. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν τὸν περὶ τούτου λόγον εὑρύνειν, καὶ τῆς Καινῆς καὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης σαφῶς ἐπιδεικνυούσης τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα.

A ilium. Si quis autem ægre fert indumentum, audiat patriarcham Jacobum vaticinantem : « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ indumentum suum [46]. » Audiat et divinum Paulum clamantem : « Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Jesu, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est, carnem suam ; et sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei [47] ; » et quæ sequuntur. Velamen enim ejus carnem appellavit, sicut patriarcha Jacob stolam et indumentum. Verum supervacaneum est hac de re prolixius loqui, cum et Novum et Vetus Testamentum Domini corpus aperte demonstrent.

ΙΓ' — *Ὅτι καὶ ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος ἀνέλαβεν.*

XIII. — *Quod animam etiam cum corpore assumpserit.*

B

Ὅτι δὲ καὶ ψυχὴν ἀνέλαβε λογικὴν ἐνανθρωπήσας ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, διδάσκει ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς λέγων· « Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ (58) καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. » Προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ μὲν σῶμα, σοφίᾳ δὲ ψυχή. Θεότης γὰρ οὐδετέραν ἐπίδοσιν ἐπιδέχεται· παντέλειος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Εἰκότως δὲ συνέζευξε τῇ τῆς ἡλικίας αὐξήσει τὴν τῆς σοφίας ἐπίδοσιν. Πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἀπεκάλυπτεν ἡ θεία φύσις τὴν οἰκείαν σοφίαν. Σαφέστερον δὲ τῆς ψυχῆς τὴν πρόσληψιν ὁ Δεσπότης διδάσκει. Τοῖς γὰρ τοπάζουσιν ἀκούσιον εἶναι τὸ πάθος, ἔλεγε πρὸ τοῦ πάθους· « Ἐξουσίαν (59) ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Οὐδεὶς αἴρει C αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. » Ἐναργῶς δὲ διὰ τούτων δεδήλωκεν, ὡς ἄλλη μὲν ἡ τιθεμένη καὶ λαμβανομένη ψυχή, ἄλλη δὲ ἡ τιθεῖσα καὶ λαμβάνουσα θεότης. Ἄλλην δὲ καὶ ἄλλην ἔφην, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διαιρῶν, ἀλλὰ τῶν φύσεων δεικνὺς τὸ διάφορον. Οὕτω καὶ ἑτέρωθι ἔφη· « Διὰ τοῦτο ὁ Πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ τῶν προβάτων (60). » Ἐν ἄλλῳ δὲ χωρίῳ, καὶ ἦν ὑπέμεινεν ἡ ψυχὴ ταραχὴν παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν διαῤῥήδην ἐπέδειξεν. Ἔφη γάρ· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐλήλυθα (61) εἰς τὴν ὥραν ταύτην. » Διὰ δὲ τούτων τῶν λογισμῶν ἐδήλωσεν ἀγωνίαν, νῦν μὲν τὸ πάθος ὑφορωμένων, νῦν δὲ τὸ δέος ἀπωθουμένων. Σαφέστερον δὲ τοῦτο τὸ δέος ἐδίδαξεν ὁ Λουκᾶς. Οὕτω γὰρ αὐτὸν ἔφησεν ἀγωνιάσαι τὸ πάθος, ὡς ὑφαιμον γενέσθαι τὸν ἱδρῶτα τοῦ σώματος. « Ἐγένετο γάρ, φησὶν, ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡς (62)

Quod autem animam quoque rationalem unigenitus Dei Filius homo factus assumpserit, evangelista Lucas docet, dicens : « Jesus autem proficiebat ætate et gratia apud Deum et homines [48]. » Proficit autem ætate quidem corpus, sapientia vero anima. Divinitas enim neutrum recipit incrementum : omni enim ex parte perfectum est Dei Verbum. Jure autem cum ætatis augmento conjunxit incrementum sapientiæ. Pro mensura enim ætatis corporis, divina natura sapientiam suam revelabat. Animæ 429 porro assumptionem Dominus apertius docet. Iis enim qui passionem involuntariam esse conjiciebant, dicebat ante passionem : « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me : ego pono eam a meipso, ut iterum sumam eam [49]. » Perspicue autem per hæc docuit, quod alia sit anima quæ ponitur et sumitur, alia divinitas quæ ponit et sumit. Aliam autem et aliam dixi, non in duas personas dividens, sed naturarum ostendens differentiam. Sic et alibi dixit : « Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam pro ovibus [50]. » In alio vero loco turbationem etiam quam anima passionis tempore sustinuit, aperte declaravit. Dixit enim : « Nunc anima mea turbata est ; et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora, sed propterea veni in horam hanc [51]. » His autem ratiocinationibus, nunc passionem reformidantis, nunc metum abjicientis angorem ostendit. Metum vero hunc Lucas apertius docuit. In tanta enim mortis agonia eum fuisse ait, ut cruentus corporis sudor esset. « Factus est, inquit, sudor ejus sicut guttæ sanguinis [52]. » Hoc etiam adjecit, quod angelus veniens

D

[46] Gen. XLIX, 11. [47] Hebr. X, 19-22. [48] Luc. II, 52. [49] Joan. X, 18. [50] ibid. 17. [51] Joan. XII, 27. [52] Luc. XXII, 44.

(54) θαν. Rec. lectio δουλείας exstat, t. III, p. 560.
(55) πρός. Rec. lectio εἰς exstat, t. III, p. 607.
(56) τῆς. Des. l. c.
(57) καταπ., κ. τ. λ. Plura vide, t. III, l. c.
(58) ἡλ. Deest σοφίᾳ, quod l. c. præcedit. Quæ h. l. sequuntur, probant, Nostrum in codice suo legisse hanc vocem.
(59) ἐξουσ., κ. τ. λ. Mutatus est h. l. ordo verborum.
(60) ὑπ. τ. προβ. Hæc ex vers. 15, subjiciuntur.
(61) ἐλ. Loco cit. est ἦλθον.
(62) ὡς. Loco cit. est ὡσεί.

Digitized by Google

confortaverit eum. Per omnia porro humanæ mihi naturæ infirmitatem consideravit. Cur enim etiam unita divinitate Unigeniti, et unctionis instar astante Spiritu, angelus et animæ et corporis imbecillitatem sustentat? An clarum est **430** quod divina permittente natura hæc omnia facta sint, ut * posterorum deinceps ii qui animæ corporisque assumptionem crederent, demonstrationibus confirmarentur, qui contradicerent evidentibus testimoniis convincerentur?

A θρόμβοι αἵματος. » Προστέθεικε δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἄγγελος ἐλθὼν ὑπεστήρισεν αὐτόν. Διὰ πάντων δέ μοι δρα τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὴν ἀσθένειαν. Ἀνθ' ὅτου γὰρ καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἡνωμένης θεότητος, καὶ ὡς χρίσματος παρόντος τοῦ Πνεύματος, ἄγγελος ὑπερείδει καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν; Ἦ δῆλον, ὅτι τῆς θείας φύσεως συγχωρούσης ταῦτα πάντα ἐγένετο, ὥστε τῶν ὕστερον ἐσομένων, τοὺς μὲν πιστεύοντας τῇ προσλήψει τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, βεβαιωθῆναι ταῖς ἀποδείξεσι, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας τοῖς ἐναργέσι μαρτυρίοις, ἐλεγχθῆναι;

XIV. — *Quod perfectam humanam naturam assumpserit.*

ΙΔ'. — *Ὅτι τελείαν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀνέλαβεν.*

Propterea autem et hominem seipsum et Filium hominis vocat. Apostolis enim sæpenumero dixit: B « Tradetur Filius hominis in manus hominum, et occident eum, et tertio die resurget [51]. » Ei autem qui sequi volebat: « Vulpes, ait, foveas habent, et volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet [52]. » Judæis vero aperte dixit: « Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem dixi vobis, quam audivi a Patre meo [53]? » Divinus autem Apostolus clamat: « Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum [54]. » Et rursus: « Quoniam per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum [55]. » Hac de causa et semen Abrahæ, et filius Davidis appellatus est. Quoniam enim pollicitus est Abrahæ universorum Deus, se in semine illius benedicturum omnibus gentibus, C et promissionem dedit et Isaaco et Jacobo, jure divinus Apostolus ad Galatas scribens dixit: « **431** Abrahæ autem dictæ sunt promissiones, et semini ejus [56]; » et docens quemnam *semen* vocarit, subjungit: « Non dicit, Et seminibus, ut in multis, sed ut in uno: Et semini tuo, quod est Christus [56]. » Et ad Hebræos scribens sic ait: « Non enim angelos utique assumit, sed semen Abrahæ assumit. Unde debuit in omnibus fratribus assimilari, ut misericors esset et fidelis sacerdos in iis quæ ad Deum pertinent [56]. » Quia vero etiam Judæ, quam ab universorum Deo acceperat, Jacobus patriarcha benedictionem tribuit, dicens: « Non deficiet princeps ex Juda, et dux ex femoribus tuis, donec venerit cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [57]: » jam vero D Michæas quoque propheta prædictionem renovat, dicens: « Et tu, Bethlehem terra Judæ, nequaquam es minima in principibus Judæ. Ex te enim egredietur mihi dux, et egressus ejus ab initio a diebus sæculi [58]. » Et iterum divinus Apostolus prædictionum finem ostendit, et ait: « Manifestum enim est quod

Διὰ δὲ τοῦτο, καὶ ἄνθρωπον ἑαυτὸν, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου προσαγορεύει. Τοῖς μὲν γὰρ ἀποστόλοις πολλάκις ἔφη· « Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Τῷ δὲ ἀκολουθῆσαι βουληθέντι, « Αἱ ἀλώπεκες, ἔφη, φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι (63). » Τοῖς δὲ Ἰουδαίοις ἀντικρυς εἰρηκε· Τί (64) με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ (65) τοῦ Πατρός μου (66); » Ὁ δὲ (67) θεῖος Ἀπόστολος βοᾷ. « Εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. » Καὶ πάλιν· « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Τούτου δὴ χάριν, καὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, καὶ υἱὸς Δαβὶδ ὠνομάσθη. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπέσχετο τῷ Ἀβραὰμ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογεῖν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ δέδωκεν, εἰκότως ὁ θεῖος Ἀπόστολος Γαλάταις ἐπιστέλλων ἔφη· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. » Καὶ διδάσκων τίνα προσηγόρευσε σπέρμα, ἐπήγαγεν· « Οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅ (68) ἐστιν ὁ Χριστός. » Καὶ Ἑβραίοις γράφων οὕτως ἔφη· « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. » Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῷ Ἰούδᾳ ἦν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐλαβεν Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης εὐλογίαν ἀπένειμεν, εἰρηκώς· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν σου (69), ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν ἔσται· » καὶ Μιχαίας δὲ ὁ προφήτης ἀνανεοῦται τὴν πρόρρησιν, εἰπών· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν

[51] Luc. IX, 44. [52] ibid. 58. [53] Joan. VIII, 40 [54] I Tim. II, 5. [55] I Cor. XV, 21. [56] Galat. III, 16. [56] I Cor. XV, 21. [56] Hebr. II, 16, 17 [57] Gen. XLIX, 11. [58] Mich. V, 2; Coll. Matth. II, 6.

(63) κλ. Rec. lectio est κλίνῃ.
(64) Τί, κ. τ. λ. Loco cit. est Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτ.
(65) παρά. Sic lectio edit. Rom. περὶ emendatur ad calcem libri.
(66) Πατρ. μου. Loco cit. est Θεοῦ.
(67) δέ. Ex edit. Rom. insertum.
(68) ὅ. Receptam lectionem ὃς alibi Noster sequitur, ut t. III, p. 376.
(69) σου. Rec. lectio est, αὐτοῦ.

Digitized by Google

tur, sola autem anima ut victrix præconium publicæ laudis obtineat. Quod si absurdum hoc est, justum ergo, ut resurgant prius corpora, * deinde ut gestorum in vita rationem una reddant. Hoc enim divinus quoque dicit Apostolus. « Nam omnes, inquit, admovebimur tribunali Christi, ut referat unusquisque ea quæ gessit per corpus, prout fecerit, sive bonum, sive malum [28]. » His porro consentanea dicit et beatus David : « Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua [29]. » Pythagoras ergo animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens eas non solum in corpora brutorum, sed etiam in arbores transire. Et hanc fabulam nescio quo pacto secutus est etiam Plato. Hinc Manes, et ante hunc impia Gnosticorum quos vocant caterva, occasionem sumentes, **449** hoc supplicium esse dixerunt. Scelerati autem Carpocrates, et Epiphanes, et Prodicus, et Caieni, suillam plane vitam instituentes, ideo animas in corpora transmitti dixerunt, ut per libidinem, omnemque intemperantiam, unumquemque conditorum angelorum demererentur. Piorum autem Ecclesia has et similes fabulas exsecratur : divinis autem eloquiis obsequens, credit corpora resurgere, et cum his judicari animas, et eos qui vitiose vixerint puniri, qui virtutis studiosi fuerint promissa præmia consequi.

A οἱ πόδες νῦν μὲν εἰς εὐκτηρίους θέουσιν οἴκους, νῦν δὲ στάσιν ἐν προσευχαῖς, καὶ πλεῖστον ὅσον ὑπομένουσι πόνον. Πῶς οὖν δίκαιον, τὸ σῶμα μετὰ τῆς ψυχῆς συναθροῖσαν τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς, κόνιν εἶναι καὶ παρεῤῥίφθαι, μόνην δὲ τὴν ψυχὴν ὡς νικηφόρον ἀνακηρύττεσθαι; Εἰ δὲ τοῦτο σχέτλιον, δίκαιον ἄρα πρότερον ἀναστῆναι τὰ σώματα, εἶθ' οὕτως κοινῇ δοῦναι τὰς τῶν πεπολιτευμένων εὐθύνας. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος. « Πάντες (18) γὰρ, φησὶ, παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. » Συνῳδὰ δὲ λέγει καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Πυθαγόρας μὲν οὖν τὰς μετενσωματώσεις ἐμυθολόγησε τῶν ψυχῶν, οὐκ B εἰς ἀλόγων σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς φυτὰ μεταβαίνειν ταύτας εἰπών. Ἠκολούθησε δὲ οὕτω πως καὶ ὁ Πλάτων τῷδε τῷ μύθῳ. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης, καὶ πρό γε τούτου, ὁ τῶν καλουμένων Γνωστικῶν δυσσεβὴς ὁρμαθὸς, τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες, ταύτην ἔφασαν εἶναι κόλασιν. Οἱ δὲ παμμίαροι, Καρποκράτης καὶ Ἐπιφάνης, καὶ Πρόδικος, καὶ οἱ Καϊηνοὶ (19), τὸν συῶδη βίον νομοθετοῦντες, εἶπον εἰς σώματα μεταπέμπεσθαι τὰς ψυχὰς, ὥστε διὰ λαγνείας, καὶ πάσης ἀκολασίας, τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων ἕκαστον θεραπεῦσαι. Ἡ δὲ τῶν εὐσεβῶν Ἐκκλησία τούτους μὲν καὶ τοὺς τοιούτους μύθους μυσάττεται, τοῖς δὲ θείοις ἑπομένη λόγοις, ἀνίστασθαι πιστεύει τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις κρίνεσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ τοὺς μὲν κακίᾳ συνεζηκότας κολάζεσθαι, τοὺς δὲ ἀρετῆς πεφροντικότας τυγχάνειν τῶν ἀναῤῥήσεων.

XXI. — *De promissionibus.*

Promisit autem munificus donator, se daturum esse non caducum aut temporaneum quid, sed æternam bonorum fruitionem. Non enim secundum Cerinthi, et similium ejus hæresin, terrenum erit Dei et Servatoris nostri regnum, non certo tempore circumscriptum. Fingant illi sibi mille annorum curriculum, et interituras delicias, et alias voluptates, ac præterea sacrificia et Judaicas solemnitates. Nos vitam senii expertem exspectamus. « Hi enim, inquit Dominus, resurgent in vitam æternam, hi vero in supplicium et ignominiam sempiternam [30]. » Et rursus : « Venite, benedicti Patris mei, hæredes estote regni vobis parati ante constitutionem mundi [31]. » Et : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est **450** regnum cœlorum [32]. » Et : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [33]. Et divinis apostolis prædicantibus dicere * præcepit : « Appropinquavit regnum cœlorum [34]. » Et alio loco eis dixit : « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [35]. Et rursus : « Multæ sunt mansiones apud

C

ΚΑ'. — *Περὶ ἐπαγγελιῶν.*

Ἐπηγγείλατο δὲ δώσειν ὁ μεγαλόδωρος, ἐπίκηρον μὲν οὐδὲν οὐδὲ πρόσκαιρον, αἰώνιον δὲ ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν· οὐ γὰρ, κατὰ τὴν Κηρίνθου, καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων, ἐπίγειος ἔσται τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ βασιλεία, οὐ χρόνῳ περιγεγραμμένη ῥητῷ. Ἐκεῖνοι γὰρ φανταζέσθωσαν τῶν χιλίων ἐτῶν τὴν περίοδον, καὶ τὴν φθειρομένην χλιδὴν, καὶ τὰς ἄλλας ἡδυπαθείας, καὶ πρὸς τούτοις τὰς θυσίας, καὶ τὰς Ἰουδαϊκὰς πανηγύρεις· ἡμεῖς γὰρ τὴν ἀγήρω προσμένομεν βιοτήν. « Οὗτοι γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀναστήσονται (20) εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον. » Καὶ πάλιν· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ (21) καταβολῆς D κόσμου. » Καὶ, « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καί· « Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καὶ τοῖς θείοις δὲ ἀποστόλοις κηρύττουσι λέγειν ἐκέλευσεν· « Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (22). » Καὶ ἑτέρωθι πρὸς αὐτοὺς εἴρηκεν· « Ὅταν (23) ὑψωθῶ ἐκ

[28] II Cor. v, 10; Coll. Rom. xiv, 10. [29] Psal. lxxi, 13. [30] Matth. xxv, 46. [31] Ibid. 34. [32] Matth v, 3. [33] Matth. v, 10. [34] Luc. x, 9. [35] Joan. xii, 32.

(18) πάντες — Χριστοῦ. Hæc ex loco ad Rom. xiv, 10, reliqua ex II Cor. v, 10 desumpta sunt. Utrumque locum conjungit Noster in fine orat. 9, *De Provid.*

(19) Καϊηνοί. Vid. p. 289, schol. 15.

(20) ἀναστ. Loco cit. est ἀπελεύσονται. Reliqua respondent lectionibus istis pag. præced.

(21) πρό. Loco cit. est ἀπό.

(22) τ. οὐρ. Loco cit. leg. τοῦ Θεοῦ.

(23) ὅτ. Loco cit. est ἐάν.

Digitized by Google

τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.» Καὶ αὖθις· « Πολλαὶ (24) μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου· εἰ δὲ μή γε, εἶπον ἂν ὑμῖν ὅτι πορεύσομαι καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν. » Καί· « Πάλιν ἐλεύσομαι (25), καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν, ἵν' ὅπου ἐγώ εἰμι, ἦτε καὶ ὑμεῖς. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ἐσθίων (26) μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὸν Πατέρα διαλεγόμενος, οὕτως ἔφη· « Πάτερ (27), οὓς ἔδωκάς μοι, θέλω ἵν' ὅπου ἐγώ εἰμι, καὶ ἐκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. » Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἔλεγεν· « Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου (28), καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Καὶ πάλιν· « Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν (29). » Καὶ Ῥωμαίοις δὲ ἐπιστέλλων ἔφη· « Εἰ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς καὶ (30) τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. » Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν κολοφὼν, τὸ ἁμαρτίας ἐλευθέραν εἶναι τὴν ἐπηγγελμένην ζωήν. Ἀφθάρτων γὰρ τῶν σωμάτων ἀνισταμένων καὶ τῶν ψυχῶν τὸ ἄτρεπτον δεχομένων, οὐδὲ μίαν λοιπὸν ἕξει χώραν ἡ ἁμαρτία. Τῆς δὲ ἁμαρτίας ἐκποδὼν γενομένης, καὶ τοῦ διαβόλου μετὰ τῶν δαιμόνων τῇ γεέννῃ παραδοθέντος, παυθήσονται καὶ τῶν ἀγώνων οἱ πόνοι, καὶ τῆς ἥττης τὸ δέος, καὶ ἡ περὶ τῆς νίκης φροντίς. Ἄλυπος δὲ βίος καὶ θυμήρης τοῖς ἀξίοις δοθήσεται, καὶ φωτὸς ἀπολαύσουσι νοεροῦ τε καὶ θείου, μᾶλλον δὲ αὐτοὶ φωτοειδεῖς γενήσονται. « Τότε γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος. »

A Patrem meum. Sin minus, dixissem vobis, quia vado, et parabo vobis locum [36]. » Et : « Iterum veniam, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, sitis et vos [37]. » Et rursus : « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam [38]. » Patrem quoque alloquens sic dixit : « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi [39]. » Quæ cum didicisset divinus Apostolus, dicebat : « Rapiemur in nubibus in occursum Domini, et ita semper cum Domino erimus [40]. » Et rursus : « Fidelis sermo : nam si una mortui sumus, una quoque vivemus : si sustinebimus, et simul regnabimus [41]. » Et ad Romanos B scribens ait : « Si unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes in **451** vita regnabunt per unum Jesum Christum [42]. » Et iterum : « Quod enim in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ cernuntur, sed quæ non cernuntur. Quæ enim cernuntur, temporalia sunt; quæ autem non cernuntur, æterna sunt [43]. » Bonorum autem colophon est, quod immunis sit a peccato vita promissa. Cum enim resurgant corpora immortalia, et animarum immutabilitatem adipiscantur, nullus de cætero locus erit peccato. Sublato autem peccato, et diabolo cum dæmonibus gehennæ tradito, cessabunt etiam labores certaminum, et succumbendi metus, et sollicitudo de victoria. Vita autem jucunda et tristitiæ expers dabitur iis qui digni erunt, et luce fruentur intellectuali et divina, vel ipsi potius fient luminosi. « Tunc enim, ait Dominus, fulgebunt justi sicut sol [44]. »

ΚΒ'. — *Περὶ τῆς δευτέρας τοῦ* (31) *Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.*

Ἔσται δὲ ταῦτα μετὰ τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν. Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὑπέσχετο· « Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Καὶ αὖθις· « Πάλιν ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ· « Τότε (32) ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. Τότε καθίσει (33) ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορί-

XXII. — *De secundo Dei et Servatoris nostri adventu.*

Erunt autem hæc post secundum Servatoris nostri adventum. Sic enim apostolis promisit : « Revertor, et venio ad vos [45]. » Et rursus : « Veniam ad vos, et accipiam vos ad meipsum [46]. » Et alio loco : « Tunc videbitis Filium hominis venientem in D nubibus cœli in gloria sua, et omnes sancti angeli cum ipso. Tunc sedebit in throno gloriæ suæ, et **452** congregabuntur ante ipsum omnes gentes, et separabit illos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hædis, et statuet quidem oves a dextris suis, hæ-

[36] Joan. XIV, 2. [37] Ibid. 3. [38] Joan. VI, 54. [39] Joan. XVII, 24. [40] I Thess. IV, 17. [41] II Timoth. II, 11, 12. [42] Rom. V, 17. [43] II Cor. IV, 17, 18. [44] Matth. XIII, 43. [45] Joan. XIV, 18. [46] Ibid. 3.

(24) Πολλαὶ — ἑτ. τ. ὑμῖν. Aliæ sunt lectiones l. c.

(25) ἐλ. ibid. ἔρχομαι. In iis quæ sequuntur, verba sunt transposita.

(26) ἐσθ. Loco cit. est τρώγων.

(27) Πάτ. κ. τ. λ. Paulo aliter leg. l. c.

(28) τοῦ Κυο. Deest εἰς ἀέρα, quod sequitur l. c.

(29) συμβ. Edit. Sirm. et Rom. συμβασιλεύομεν, sed sequimur lectionem emendatam ad calcem edit. Rom. notatam.

(30) καί. Abesse solet ab h. l. Exstat etiam hæc particula, t. III, p. 58.

(31) τοῦ — ἡμῶν. Supra, p. 373, τοῦ Σωτῆρος.

(32) Τότε — οὐρανοῦ. Aliter l. c. leg.

(33) καθ. Edit. prior. habebat καθίσῃ.

Digitized by Google

dos autem a sinistris [47]. » Hunc autem ejus adventum divinus quoque Daniel conspexit. « Aspiciebam, inquit, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum quasi nix, et capillus capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus, fluvius igneus proripiebat sese egrediens ante ipsum. Millia millium ministrabant ipsi, et decies centena millia assistebant ipsi. Judicium sedit, et libri aperti sunt [48]. » — « Et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit. Et data est illi potestas et regnum. Potestas ejus potestas æterna, et regnum ejus in æternum erit [49]. » — Et : « Translatum est imperium bestiarum, et datum regnum sanctis Altissimi [50]. » Tanta est concordia prædicationis evangelicæ et propheticarum prædictionum. Unius enim Dei sunt hæc et illa oracula. De hoc igne loquitur etiam Isaias propheta : « Quis annuntiabit vobis locum æternum [51]? » Et in fine prophetiæ ait : « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur [52]. » Hunc ipsum adventum vaticinans divinus David **453** dixit : « Deus, deorum Dominus, locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum. Ex Sione species decoris ejus. Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tacebit. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida [53]. » In alio quoque psalmo : « Nubes et caligo in circuitu ejus, justitia et judicium correctio sedis ejus. Ignis ante ipsum præcedet, inflammabit in circuitu inimicos ejus [54]. » Et iterum : « Quoniam venit judicare terram, ut judicet orbem terrarum in justitia, et populos in æquitate [55]. » Et per Malachiam prophetam ipse universorum Deus : « Ecce ego mitto vobis Eliam Thesbitam, ne veniens percutiam terram funditus [56]. » Et divinus Apostolus beato Tito scribens, cum priore Servatoris nostri adventu posteriorem etiam conjunxit : « Apparuit enim, inquit, gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi [57]. » Ostendit autem his verbis, priorem adventum posterioris gratia factum esse. Propterea enim, inquit, apparuit, ut ab impietate nos et iniquitate liberans, et omnem virtutem docens, efficeret ut læto et alacri animo secundum adventum exspectaremus. Et Thessalonicenses quoque laudat [58], quod conversi essent ad Deum a simulacris, **454** et servire voluerint

σει (34) αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. » Ταύτην δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ ὁ θεῖος ἐθεάσατο Δανιήλ. « Ἐθεώρουν, φησίν, ἕως (35) οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισε· τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον, ποταμὸς πυρὸς πορευόμενος εἶλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν.» — « Καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἤρχετο ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε (36), καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἐξουσία (37) καὶ ἡ βασιλεία. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται (38). » Καὶ, « Μετεστάθη ἡ ἀρχὴ τῶν θηρίων, καὶ ἐδόθη ἡ βασιλεία ἁγίοις Ὑψίστου. » Τοσαύτη συμφωνία τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων καὶ τῶν προφητικῶν θεσπισμάτων. Ἑνὸς γὰρ Θεοῦ ταῦτα κἀκεῖνα τὰ λόγια. Περὶ τούτου τοῦ πυρὸς καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης φησί· « Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; » — Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς προφητείας φησίν· « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. » Ταύτην καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ θεσπίζων τὴν ἐπιφάνειαν ἔφη· « Θεὸς, θεῶν Κύριος, ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τῷ ψαλμῷ· « Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ, δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ· πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται (39), καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν, κρῖναι (40) τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. » Καὶ διὰ Μαλαχίου τοῦ προφήτου αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ἵνα μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. » Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῷ μακαρίῳ Τίτῳ γράφων, τῇ προτέρᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείᾳ καὶ τὴν δευτέραν συνέταξεν· « Ἐπεφάνη γὰρ, φησὶν, ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

[47] Matth. xxv, 31-33. [48] Dan. vii, 9, 10. [49] Ibid. 13, 14. [50] Ibid. 17, 18. [51] Isa. xli, 26. [52] Isa. lxvi, 24. [53] Psal. lix, 1-3. [54] Psal. xcvi, 2, 3. [55] Psal. xcvii, 9. [56] Malach. iv, 5. [57] Tit. ii, 11-13. [58] I Thess. i, 9, 10.

(34) ἀφ. Edit. prior ἀφοριεῖ.

(35) ἕως, κ. τ. λ. Alias lectiones vide t. II, p. 1197.

(36) ἔφθ. Desunt ea quæ loc. cit. sequuntur, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη.

(37) ἡ ἐξουσ. Supra t. II, pag. 1200, leg. ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀρχή. Omissa etiam sunt quæ l. c. sequuntur post καὶ ἡ βασιλεία.

(38) εἰς τ. αἰῶνα ἔστ. Rec. lectio est, οὐ διαφθαρήσεται.

(39) ἐν αὐτ. προπ. T. II, p. 1296, leg. ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται.

(40) κρ. Legendum esse videtur κρινεῖ.

Digitized by Google

Χριστοῦ. » Ἔδειξε δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν προτέραν ἐπιφάνειαν διὰ τὴν δευτέραν γεγενημένην. Τούτου γὰρ ἕνεκα, φησὶν, ἐπεφάνη, ἵνα ἀσεβείας ἡμᾶς καὶ παρανομίας ἐλευθερώσας, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐκπαιδεύσας, μετὰ θυμηδίας τὴν δευτέραν ἐπιφάνειαν προσμένειν παρασκευάσῃ. Καὶ Θεσσαλονικέας δὲ θαυμάζει, ὅτι τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ἀπαλλαγέντες εἵλοντο δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν (41), Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Καὶ Ἑβραίοις δὲ γράφων, τήνδε τὴν παρουσίαν ἐμήνυσε προφητικῇ χρησάμενος μαρτυρίᾳ. « Ἔτι γὰρ, φησὶν, ὅσον ὅσον (42), ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ. » Ταῦτα δὲ καὶ Φιλιππησίους ἐδίδαξεν· « Ἡμῶν γὰρ, ἔφη, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν. » Ὡσαύτως δὲ καὶ Θεσσαλονικέας· « Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι (43) Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτοι (44), » καὶ τὰ ἑξῆς. Ῥᾴδιον δὲ καὶ ἄλλας παραγαγεῖν μαρτυρίας, τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν κηρυττούσας, ἀλλ' ἀποχρῶσι καὶ αὗται πεῖσαι καὶ τοὺς λίαν ἐριστικούς.

A Deo viventi et vero, et exspectare Filium ejus e cœlis, quem suscitavit a mortuis, Jesum qui liberat nos ab ira ventura. Et ad Hebræos scribens hunc adventum significavit prophetico utens testimonio. « Adhuc enim, inquit, modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, et non tardabit [40]. » Hæc autem etiam Philippenses docuit : « Nostra enim, inquit, conversatio est in cœlis, unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum Jesum [40]. » Similiter et Thessalonicenses : « Ipse enim, inquit, Dominus cum classico, cum voce archangeli, et cum tuba Dei, descendet de cœlo, et mortui in Christo resurgent primi [41], » et quæ sequuntur. Facile autem esset alia quoque proferre testimonia, secundum Servatoris nostri adventum prædicantia : sed sufficiunt B hæc ad persuadendum vel maxime contentiosis.

ΚΓ'. — *Περὶ ἀντιχρίστου* (45).

Ἐκεῖνο μέντοι ἀναγκαῖον προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὡς πρὸ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἥξει φύσιν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, ὁ ἀντίθεος δαίμων, ὁ τῆς θείας προσηγορίας λῃστής. Καὶ καθάπερ πάλαι τὸ Θεός ὄνομα κεκλοφὼς ἐπιτέθεικεν ἑαυτῷ, καὶ τοῖς τῆς πονηρίας αὐτοῦ συνεργοῖς, καὶ πέπεικε τοὺς ἀνθρώπους διὰ τῶν χειροτμήτων ξοάνων τὸ θεῖον αὐτῷ σέβας προσενεγκεῖν, οὕτω τὴν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίαν σφετερισάμενος, πάντας μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξαπατήσει, φενακίσει δὲ καὶ τῶν σεπτὸν ὄνομα περικειμένων πολλοὺς, ἑαυτὸν εἶναι λέγων Χριστὸν, ὃν οἱ θεῖοι χρησμῳδοῦντες προφῆται ἐπιφανήσεσθαι προὔλεγον. Δελεάσει δὲ καὶ τοὺς εὐαλώτους, θαυματουργίαις τισὶν ἀπατηλαῖς κεχρημένος· καὶ τοῦτο πολλοὶ μὲν τῶν προφητῶν αἰνιγματωδῶς προεῖπον ἐν τῇ Παλαιᾷ. Εὐρύτερον δὲ καὶ σαφέστερον τὰ περὶ τούτου τεθέσπικεν ὁ θεῖος Δανιήλ. Εἰ δέ τινα τούτων καὶ σαφηνίσαι δεῖ, προανεπτύξαμεν ταῦτα, πᾶσαν κατὰ λέξιν ἡρμηνευκότες τὴν προφητείαν. Καὶ τὰ Θεσσαλονικεῦσι δὲ ὑπὸ τοῦ θείου Παύλου γραφέντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιστολῶν ἑρμηνεύσαντες, μακροτέροις ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐχρησάμεθα λόγοις τὸ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου χωρίον διερευνώμενοι. Τινὰς γὰρ ὑπειληφότας τὸν τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας πελάσαι καιρὸν, ἀναγκαίως ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐξεπαίδευσεν, ὡς χρὴ πρότερον ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσι καταυγασθῆναι τὴν οἰκουμένην, καὶ δήλους γενέσθαι τοὺς τροφίμους τῆς πίστεως, καὶ ἀποκριθῆναι τῶν πεπιστευκότων τοὺς ἀντιλέγοντας, εἶθ' οὕτω πρότερον ἐπιφανῆναι τὸν τοῦ ψεύδους τεχνίτην, εἰς ἔλεγχον τῶν τῆς ἀληθείας μὴ δεξαμένων τὸ κήρυγμα. Τοῦτο γὰρ καὶ (46)

XXIII. — *De antichristo.*

Illud sane ad ea quæ dicta sunt addi necesse est, ante adventum Dominicum venturum, induta humana natura, hominibus infestum, Dei adversarium dæmonem, divini nominis prædonem. Et quemadmodum olim Dei nomen raptum sibi imposuit, et nequitiæ suæ administris, persuasitque hominibus ut per manufactas statuas divinum ipsi cultum exhiberent : ita Christi Domini appellatione usurpata, omnes ut semel dicam **455** decipiet, C imponetque multis eorum qui venerandum nomen susceperunt, dicens se Christum esse, quem vaticinantes divini prophetæ venturum prædixerunt. Inescabit vero etiam simpliciores, fraudulentis quibusdam miraculis utens; quod multi ex prophetis in Veteri ænigmatice prædixerunt. Prolixius autem et apertius de hoc vaticinatus est divinus Daniel [42]. Quod si aliqua ex his declaranda sunt, ea etiam ante explicavimus, qui totam ejus prophetiam interpretati sumus. Sed et quæ ad Thessalonicenses a divino Paulo scripta sunt, cum reliquis Epistolis interpretantes, prolixiori quam pro consuetudine nostra usi oratione sumus, eum locum qui de antichristo agit excutientes [43]. Quosdam enim, qui Dominici adventus instare tempus existimabant, necessario docuit divinus Apostolus, oportere divinæ cognitionis D radiis illustrari orbem terræ, et manifestos fieri alumnos fidei, et secerni a credentibus eos qui contradicunt, deinde tum prius apparere artificem mendacii, ad convincendos eos qui veritatis prædicationem non admiserint. Hoc enim etiam Dominus Judæis dixit : « Ego veni in nomine Patris mei, et non assumitis me : venit alius in proprio nomine, et il-

[40] Hebr. x, 37. [40] Philipp. III, 20. [41] I Thess. IV, 16. [42] Dan. VII, 1 seqq. [43] II Thess. II, 7, 8.

(41) νεκρ. Des. τῶν, quod l. c. præcedit.
(42) ὅσον. Deest μικρὸν, quod l. c. præcedit.
(43) ἐν σάλπ. Sic quoque t. II, p. 1201, leg. Sed t. III, p. 519, deest ἐν.
(44) ἀναστ. πρ. Tom. II, l. c. leg. ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, t. III, l. c. ἐγερθήσονται πρῶτον.
(45) ἀντ. In Indice p. 375, præm. τοῦ.
(46) καί. Ex edit. Rom. insertum.

Digitized by Google

ſum assumetis [64]. » Quod ipsum dixit etiam divinus Apostolus : « Eo quod amorem veritatis non susceperunt, ut ipsi salvi fierent : ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et judicentur **456** omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati ad reprobationem [65]. » Eorum ergo, qui veritatis prædicationi non crediderunt, nequitiæ pater et magister veniet. Quia enim Judæi, pro Deo videlicet pugnantes, Dominum tanquam Dei adversarium cruci affixerunt, maximum eorum impietatis argumentum erit præsentia antichristi. Christus enim Dominus, cum verus Deus esset, verique Dei Filius, Filium hominis et hominem seipsum appellavit, a natura quæ cernebatur sibi nomina imponens, raro autem seipsum Dei Filium nominavit. Scelestissimus autem dæmon deum maximum seipsum appellabit. Hoc enim Danielem prophetam docuit sanctus angelus : « Super deos, inquit, patrum suorum non intelliget, et deum Mazurim in loco suo glorificabit [66], » hoc est, fortem et potentem se ipsum vocabit deum. Et tamen qui * Dominum crucifixerunt, quod se Dei Filium nominasset, huic cum apparebit credent : vel hoc ipso ostendentes, quod veritati sint infestissimi, et mendacii operarii. Hanc ob causam permittet sapientissimus ut adveniat nequissimus : clarum enim est, quod si Deus nollet, non veniret. Non tamen operationem vocamus voluntatem. Deus enim malorum causa non est, secundum exteros quoque philosophos. Neque enim Cainum ipse fecit homicidam, quia cum fratrem vellet occidere non prohibuit. Neque ut filii Jacobi venderent Josephum, ipse perfecit, **457** quia illorum conatum non repressit. Invenire enim est illos male usos libero mentis arbitrio, et sapientissimum Dominum per illorum improbitatem somniorum veritatem ostendisse. Sic ergo et hunc venire permittit, ut et illius malitiam patefaciat, et Judæorum malitiam convincat. Affert autem quamprimum huic quidem exitium, Judæis vero remedium. « Mittet enim Eliam Thesbitam, qui et illius fraudem redarguat, et salutarem ejus adventum prænuntiet [67]. » Hic autem veritatis adversarius Dominicum adventum omni ex parte imitabitur, delectoque humano instrumento propria operatione digno, sic hominibus abutetur, falsis utens miraculis. Quod aperte docuit ad Thessalonicenses scribens divinus Apostolus. Sic autem ait : « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi et nostræ congregationis ad ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermones, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini [68]. » Per hæc autem ostendit, quod deceperint illos quidam, affirmantes

A ὁ Κύριος ἔφη τοῖς Ἰουδαίοις· « Ἐγὼ (47) ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. Ἔρχεται ἄλλος ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, κἀκεῖνον λήψεσθε. » Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς· καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες (48) τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ (49) εἰς ἔλεγχον (50). » Τοιγαροῦν τῶν ἠπιστηκότων τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι ἥξει τῆς πονηρίας ὁ πατὴρ καὶ διδάσκαλος. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι, τοῦ Θεοῦ δῆθεν ὑπερμαχοῦντες, ὡς ἀντίθεον τῷ σταυρῷ τὸν Δεσπότην προσήλωσαν, μέγιστος αὐτῶν ἔλεγχος τῆς ἀσεβείας γενήσεται τοῦ Ἀντιχρίστου ἡ παρου-
B σία. Ὁ μὲν γὰρ Δεσπότης Χριστὸς, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ Υἱὸς, Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν καὶ ἄνθρωπον προσηγόρευσεν, ἀπὸ τῆς ὁρωμένης φύσεως τὰς προσηγορίας τιθείς, ὀλιγάκις δὲ Θεοῦ Υἱὸν ὠνόμασεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ παμπόνηρος δαίμων, θεὸν μέγιστον ἑαυτὸν ὀνομάσει. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἅγιος ἄγγελος τὸν προφήτην ἐδίδαξε Δανιήλ· « Ἐπὶ θεοὺς γὰρ, ἔφη, τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει, καὶ θεὸν Μαζουρὶμ (51) ἐπὶ τόπῳ (52) ἑαυτοῦ δοξάσει· » τουτέστιν, ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν ἑαυτὸν προσαγορεύσει θεόν. Ἀλλ' ὅμως οἱ τὸν Δεσπότην ἐσταυρωκότες, ὡς Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάσαντα, τούτῳ φανησομένῳ πιστεύσουσι, καὶ ταύτῃ δεικνύντες, ὡς ἔχθιστοι μὲν εἰσὶ τῆς ἀληθείας, ἐργάται δὲ τοῦ ψεύδους. Τούτου δὴ χάριν ἐνδίδωσιν ὁ πάνσοφος ἐπιφανῆναι τὸν ἀλι-
C τήριον. Εὔδηλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν ὤφθη μὴ βουλομένου Θεοῦ. Οὐ μὴν ἐνέργειαν καλοῦμεν τὴν βούλησιν. Κακῶν γὰρ ἀναίτιος ὁ Θεὸς, καὶ κατὰ τοὺς ἔξω σοφούς. Οὐδὲ γὰρ τὸν Κάϊν αὐτὸς ἀνδροφόνον ἀπέφηνεν, ἐπειδὴ βουληθέντα τὸν ἀδελφὸν ἀνελεῖν οὐκ ἐκώλυσεν. Οὐδὲ τοῦ Ἰακὼβ τοὺς παῖδας αὐτὸς ἀποδόσθαι τὸν Ἰωσὴφ παρεσκεύασεν, ἐπειδήπερ αὐτῶν οὐκ ἔπαυσε τὴν ἐγχείρησιν. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν, κἀκείνους μὲν κακῶς χρησαμένους τῷ αὐθαιρέτῳ τῆς γνώμης, τὸν δὲ πάνσοφον Δεσπότην διὰ τῆς ἐκείνων πονηρίας δείξαντα τὴν τῶν ὀνείρων ἀλήθειαν. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοῦτον συγχωρεῖ φανῆναι, τὴν ἐκείνου πονηρίαν γυμνῶν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων μοχθηρίαν ἐλέγχων. Ἐπιφέρει δὲ ὅτι τάχιστα, τούτῳ μὲν παν-
D ωλεθρίαν, Ἰουδαίοις δὲ θεραπείαν. « Ἀποστελεῖ γὰρ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν, καὶ ἐξαπάτην διελέγχοντα τὴν ἐκείνου, καὶ τὴν σωτήριον αὐτοῦ προμηνύοντα παρουσίαν. » Ὁ μέντοι τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος τὴν Δεσποτικὴν ὡς ἐπίπαν μιμήσεται παρουσίαν, καὶ σκεῦος ἀνθρώπειον ἐκλεξάμενος τῆς οἰκείας ἄξιον ἐνεργείας, οὕτω παραχρήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ταῖς ψευδέσι κεχρημένος τερατουργίαις. Καὶ τοῦτο διαρρήδην ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος δι' ὧν Θεσσαλονικεῦσιν ἐπέστειλε. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐρωτῶμεν

[64] Joan. v, 43. [65] II Thess. II, 10, 11. [66] Dan. XI, 37, 38. [67] Malach. IV, 5. [68] II Thess. II, 1, 2.

(47) ἐγὼ, κ. τ. λ. Aliter leg. l. c.
(48) πιστ. Supra, t. III, p. 556. est πιστεύοντες.
(49) τῇ ἀδ. Loco cit. præm. ἐν, juxta rec. lect.
(50) εἰς ἔλ. Hæc solent abesse a loco cit. Desunt etiam t. III, l. c.
(51) Μαζ. Supra, t. II, p. 1289, et t. III, p. 553, leg. Μαωζείμ.
(52) τόπῳ. T. II, l. c. est τόπου.

Digitized by Google

δὲ ὑμᾶς, ὦ (53) ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μηδὲ (54) θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγων (55), μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα Κυρίου (56). » Διὰ δὲ τούτων δεδήλωκεν, ὡς τινες αὐτοὺς ἐξηπάτησαν, εἰρηκότες τὸν Ἀπόστολον φάναι πελάσαι τοῦ Κυρίου τὴν παρουσίαν. Ὅθεν οὐ μόνον τὴν διὰ ῥημάτων καὶ διὰ γραμμάτων ἀπηγόρευσεν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς νομιζομένης προφητικῆς προῤῥήσεως. Τοῦτο γὰρ εἶπε· « Μήτε διὰ πνεύματος. » Εἶτα ἐπάγει· « Μή τις (57) ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν ὅτι ἔστι θεός. » Ἀποστασίαν αὐτὴν τοῦ Ἀντιχρίστου καλεῖ τὴν παρουσίαν. Πολλοὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐσομένων τεράτων ἐξαπατώμενοι τῆς ἀληθείας ἀποστήσονται, καὶ τὸ ψεῦδος ἀσπάσονται. Ἄνθρωπον δὲ αὐτὸν *ἁμαρτίας*, καὶ *υἱὸν ἀπωλείας* ἐκάλεσε, καὶ τὴν ὁρωμένην φύσιν ἐπιδεικνὺς, καὶ τὴν παντοδαπὴν τῆς ἁμαρτίας ἀποκαλύπτων ἐνέργειαν. Ἐδήλωσε δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν τυραννίδα, καὶ τὸν τύφον, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, *ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον* καλέσας, καὶ δείξας, ὡς οὐ μόνον τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἑαυτὸν ὑπέρτερον ὀνομάσει, ἀλλὰ κἀν τῷ θείῳ νεῷ ὡς Θεὸς προσεδρεύσει. *Θεῖον* δὲ *νεὼν* τὰς ἐκκλησίας καλεῖ. Εἶτα αὐτοὺς ἀναμιμνήσκων ἃ πολλάκις ἐδίδαξεν· « Οὐ μνημονεύετε, φησὶ (58), ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν τῷ (59) ἑαυτοῦ καιρῷ. » Ἤδη ἂν ὤφθη, φησὶν, εἰ μὴ ἡ θεία (60) διεκώλυσε χάρις, καὶ τῷ ἁρμοδίῳ τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἀπεκλήρου καιρῷ. « Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη (61) ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. » Διὰ δὲ τούτων αἰνίττεται τὰς τηνικαῦτα φυείσας αἱρέσεις. Μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Ὁ θεῖος αὐτὸν, φησὶν, ὅρος ἐπέχει φανῆναι. Δεῖ γὰρ, κατὰ τὴν θείαν πρόῤῥησιν, εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, εἶθ' οὕτως ἐκεῖνον ὀφθῆναι. « Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ (62) τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. » Σαφῶς ἔδειξεν, ὡς εὐθὺς ὁ Δεσπότης ἐπιφανεὶς, φροῦδον ἀποφανεῖ τὸν ἀλάστορα, καὶ τοῖς αἰωνίοις παραδώσει κολαστηρίοις, οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ

A Apostolum dixisse instare adventum Domini. Unde non solum deceptionem prohibuit, quæ verbis fit et scriptis, sed etiam eam quæ per propheticam, ut videbatur, prædictionem fiebat. Hoc enim est quod ait : « Neque per spiritum. » Deinde subjungit : « Ne quis **458** vos seducat ullo modo : quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut quoque in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus [69]. » *Defectionem* appellat ipsam antichristi præsentiam. Multi enim per futura miracula decepti a veritate deficient et mendacium amplectentur. *Hominem* vero *peccati*, et *filium perditionis* ipsum appellavit, B et naturam oculis expositam indicans, et omnis generis peccati operationem revelans. Ostendit autem quoque ejusdem tyrannidem, et fastum, et arrogantiam, eum *qui adversatur et qui extollitur* appellans, et ostendens fore ut non solum falsis diis superiorem se nominet, sed et in Dei templo tanquam Deus sedeat. *Dei* vero *templum* ecclesias vocat. Deinde in memoriam eis revocans quæ sæpe docuerat : « Anne meministis, inquit, me, cum adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur ille suo tempore [70]. » Jam, inquit, apparuisset, nisi divina eum gratia prohibuisset, congruentique ejus adventum tempori destinasset. « Nam mysterium jam operatur iniquitatis [71]. » His autem verbis hæreses tunc exortas C significat. Usque dum qui nunc detinet e medio discesserit. Divinum, inquit, decretum prohibet illum ne appareat. Oportet enim, **459** juxta divinam prædictionem, per omnes prius gentes prædicari Evangelium, ac tum demum apparere. « Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui [72]. » Aperte ostendit, fore ut cum primum apparuerit Dominus, sceleratum illum evanescere faciat, tradatque æternis supplieiis illum, cujus est præsentia secundum operationem Satanæ, in omni virtute, et signis, et prodigiis falsitatis, et in omni deceptione iniquitatis in iis qui pereunt. Non enim omnes venabitur ad interitum, sed eos qui mobilem et fraudibus exposD sitam mentem habent. Docuit porro, fore ut Satanæ quoque diaboli operationem suscipiat. Quemadmodum enim unigenitus Dei Filius sanctis quidem prophetis, et sacris apostolis, aliisque adeo sanctis, sanctissimi Spiritus dona distribuit : homo autem factus, non particularem aliquam assumptæ naturæ gratiam dedit, sed omnem divinitatis plenitudinem,

[69] I Thess. II, 3, 4. [70] Ibid. II, 5, 6. [71] Ibid. 7. [72] Ibid. 8.

(53) ὦ. Deest t. III, p. 531.
(54) μηδέ. Ibid. μήτε.
(55) λόγ. ibid. λόγου.
(56) Κυρ. ibid. præm. τοῦ. Rec. lectio est τοῦ Χριστοῦ.
(57) Μή τις, κ. τ. λ. Alias lectiones vid. supra, t. II, p. 1196 seq. et t. III, p. 532.
(58) φησί. Supplendum fuit h. l.
(59) τῷ. Loco cit. præcedit ἐν.
(60) ἡ θεία, κ. τ. λ. Decretum divinum esse τὸ κατέχον, docetur pluribus in commentario ad l. c. t. III.
(61) ἤδη — ἀνομ. Ita fert receepta lectio. Sed mutatur verborum positus, t. III, p. 534.
(62) ἀν. Rec. lectio est ἀναλώσει.

Digitized by Google

ut loquitur Apostolus [73], visum ipsi est in eo habitare : sic diabolus aliis quidem hominibus, quotquot persuasit operarios esse iniquitatis, non omnes indidit species pravitatis : huic autem totus ipse conjunctus, omnes per illum nequitiæ suæ machinas ostendet. Deinde permissionis quoque causam exponit : « Eo quod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, **460** ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati [74]. » Hæc de antichristo e divina Scriptura didicimus. Summatim autem quæ ad illum spectant scripsimus, quoniam et Danielem prophetam, et Apostolum interpretantes, prolixius de ejus adventu locuti sumus, et facile est commentarios illos adire, si quis volet, in iisque reperire si quid hoc loco prætermisimus. Hæc a divinis viris, prophetas dico et apostolos eorumque successores, dogmata accepit Ecclesia, non impias confingens fabulas nec humanas secuta rationes, sed divinis credens eloquiis. Quoniam autem moralem quoque doctrinam impurissimi corruperunt, et contrarias invicem semitas excogitarunt (alii enim matrimonium fornicationem appellarunt, alii omnem illicitam et nefariam libidinem amplexi sunt), age quid etiam in moralibus sentiat Ecclesia ostendamus.

A ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Οὐ γὰρ πάντας ἀγρεύσει πρὸς ὄλεθρον, ἀλλὰ τοὺς εὐρίπιστον καὶ εὐεξαπάτητον κεκτημένους τὴν γνώμην. Ἐδίδαξε δὲ, ὡς καὶ Σατᾶν (63) τοῦ διαβόλου τὴν ἐνέργειαν δέξεται. Καθάπερ γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, τοῖς μὲν ἁγίοις προφήταις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις, διένειμε τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἐνανθρωπήσας δὲ οὐ μερικήν τινα τῇ ληφθείσῃ φύσει δέδωκε χάριν, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ηὐδόκησεν ἐν αὐτῷ κατοικῆσαι· οὕτως ὁ διάβολος, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, ὅσοις ἔπεισεν ἐργάτας γενέσθαι πονηρίας, οὐ πάσας ἐντέθεικε τὰς τῆς κακίας ἰδέας· τούτῳ δὲ ὅλος (64) αὐτὸς συναφθεὶς, τὰς παντοδαπὰς αὐτοῦ τῆς πονηρίας δι' B αὐτοῦ μηχανὰς ἐπιδείξει. Εἶτα λέγει καὶ τῆς συγχωρήσεως τὴν αἰτίαν· « Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει· ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες (65) τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ (66). » Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. Ἐν κεφαλαίῳ δὲ καὶ τὰ περὶ τούτου γεγράφαμεν, ἐπειδήπερ καὶ τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ τὸν Ἀπόστολον ἑρμηνεύοντες, μακροτέροις τοῖς περὶ τῆς τούτου παρουσίας ἐχρησάμεθα λόγοις, καὶ ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ τοῖς ὑποδείγμασιν ἐντυχεῖν ἐκείνοις, καὶ εἴ τι παραλελοίπαμεν ἐν τούτοις, ἐν ἐκείνοις εὑρεῖν. Ταῦτα παρὰ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν, προφητῶν, φημὶ, καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνους διαδεξαμένων, παρείληφεν ἡ Ἐκκλησία τὰ δόγματα, οὐ δυσσεβεῖς διαπλάσασα μύθους, οὐδὲ ἀνθρωπίνοις ἀκολουθήσασα λογισμοῖς, ἀλλὰ θείοις λόγοις πιστεύσασα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν διέφθειραν οἱ παμμίαροι, καὶ ἐναντίας ἀλλήλοις ἐπενόησαν ἀτραπούς· οἱ μὲν γὰρ τὸν γάμον πορνείαν ὠνόμασαν, οἱ δὲ πᾶσαν ἔκθεσμον καὶ ἀθέμιτον ἀκολασίαν ἠσπάσαντο· φέρε καὶ τὸ ἐν τοῖς ἠθικοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἐπιδείξωμεν φρόνημα.

XXIV. — *De virginitate.*

Cerdon itaque, et Marcion, virginitatem lege sanciverunt, adversus Creatorem bellum gerentes, ne per matrimonium illius augerent opificium. Manes autem nuptias dixit adjutrices esse materiæ, et hac de causa virginitatem observari jussit. Saturnilus vero et Tatianus, nuptias aperte nominarunt diabolicas. Deus autem Dominus leges quidem de virginitate non tulit : rem enim supra naturam esse intellexit : eam autem laudibus prosequens, ad certamen **461** eos qui vellent hortatus est. Cum enim dixissent apostoli : « Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit uxorem ducere [75]; » respondens Dominus dixit : « Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, D qui facti sunt tales ab hominibus, et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum Dei [76]. »

ΚΔ'. — *Περὶ παρθενίας.*

C Κέρδων μὲν οὖν καὶ Μαρκίων τὴν παρθενίαν ἐνομοθέτησαν τῷ Δημιουργῷ πολεμοῦντες, ἵνα μὴ διὰ τοῦ γάμου τὴν ἐκείνου δημιουργίαν αὐξήσωσιν. Ὁ δὲ Μάνης τὸν γάμον τῆς ὕλης ὠνόμασε συνεργὸν, καὶ τούτου χάριν παρθενεύειν ἐκέλευσε. Σατορνῖλος δὲ καὶ Τατιανὸς προφανῶς τὸν γάμον τοῦ διαβόλου ὠνόμασαν. Ὁ Δεσπότης δὲ Θεὸς νόμους μὲν περὶ παρθενίας οὐ τέθεικεν· οἶδε γὰρ ὑπὲρ φύσιν τὸ χρῆμα· ταῖς δὲ ταύτης εὐφημίαις ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοὺς βουλομένους προέτρεψεν. Εἰρηκότων γὰρ τῶν ἀποστόλων· « Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ (67) ἀνδρὸς μετὰ γυναικὸς, οὐ συμφέρει γῆμαι, » ὑπολαβὼν ὁ Κύριος εἶπεν· « Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. Εἰσὶ γὰρ (68) εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τοῦ

[73] Coloss. II, 9. [74] II Thess. II, 10, 11. [75] Matth. XIX, 10. [76] Ibid. 11, 12.

(63) Σατ. Legendum esse videtur τοῦ Σατανᾶ.
(64) ὅλος. Sic lectio ed. Rom. ὁ λόγος emendatur ad calcem libri.
(65) πιστ. Ita quoque supra. Vid. pag. 456, schol. 47.
(66) τῇ ἀδ. Præmitti solet ἐν.
(67) τοῦ, κ. τ. λ. Rec. lectio est, τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυν. οὐ συμφ. γαμῆσαι.
(68) εἰσὶ γὰρ, κ. τ. λ. Desunt quæ l. c. præcedunt εἰσὶ — οὕτω.

Digitized by Google

Θεου (69). » Τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῆς τῶν μορίων, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ἀτόπων λογισμῶν εἱρηκεν ἐκτομῆς. Εἶτα ἐπήγαγεν· « Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. » Οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος περὶ παρθενίας εἰσφέρων φησίν· « Ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· νόμον γὰρ περὶ παρθενίας ὁ Κύριος οὐ τέθεικε· γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. » Συμβουλεύω δὲ, φησὶν, οὐ νομοθετῶ, καὶ τοῦτο, οὐ θρασύτητι χρώμενος, ἀλλὰ ψήφῳ θείᾳ τὴν τοῦ κηρύγματος ὑπουργίαν δεξάμενος. « Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν ἀνθρώπῳ (70) τὸ οὕτως εἶναι. » Τὸ δὲ *νομίζω* τέθεικεν, οὐκ ἐνδοιάζων περὶ ὧν συνεβούλευεν, ἀλλὰ κολάζων τὸν λόγον, ἵνα μὴ γένηται νόμος. Ὁ γὰρ νόμος καὶ παράβασιν ἔχει, ἡ δὲ παράβασις ἐπιφέρει καὶ τιμωρίαν. Τούτου δὲ ἕνεκα τὸ *νομίζω* προστέθεικεν, ἵνα δείξῃ συμβουλὴν, ἀλλ' οὐ νόμον, ὄντα τὸν λόγον. Εἶτα δείκνυσι, τί καλὸν προσηγόρευσεν· « Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. » Τῶν γὰρ αἱρετικῶν τὰ δηλητήρια φάρμακα προορῶν, κατασκευάζει τὴν προφυλακτικὴν θεραπείαν. Διὸ δὴ πρότερον ἐβεβαίωσε τοῦ γάμου τὸν νόμον, εἶθ' οὕτως τὰς περὶ τῆς παρθενίας ὑποθήκας εἰσήνεγκεν. Ἵνα γὰρ μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ τοῦ γάμου (71) κατηγοροῦντα τὴν ἁγνείαν νομοθετεῖν, ἀναγκαίως τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, εἰπών· « Μὴ ζήτει λύσιν· » ταὐτὸ δὲ τοῦτο τεθεικὼς ἐπὶ τῆς ἁγνείας, καὶ εἰπών· « Μὴ ζήτει γυναῖκα, » οὐκ ἐνέμεινε τῷ ὅρῳ, ἀλλ' ἐπήγαγεν· « Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες, καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτεν. » Οὐ γὰρ ὡς παρανομίαν παραινῶ φεύγειν τὸν γάμον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ κρείττονα βίον προτρέπων. Ἐπιδείκνυσι δὲ καὶ τὸ κέρδος τῆς παρθενίας. Περὶ γὰρ τῶν γαμούντων ἔφη· « Θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. » Εἰς (72) πολλὰς γὰρ ὁ γεγαμηκὼς περισπᾶται φροντίδας, οὐ μόνον γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ παίδων, καὶ οἰκετῶν, καὶ θεραπαινίδων ἐπιμελούμενος· καὶ τοῦτο σημαίνων ἔφη· « Θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. » Γυμνοῖ δὲ καὶ τὴν οἰκείαν φιλοστοργίαν· ἔφη γάρ· « Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Θέλω δὲ ἀμερίμνους ὑμᾶς (73) εἶναι. » Εἶτα σύγκρισιν ποιεῖ καὶ παρεξέτασιν τοῦ γεγαμηκότος καὶ τοῦ τὴν ἀγαμίαν ἀσπαζομένου. « Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ (74), ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. » Διαῤῥήδην δὲ ἐδίδαξεν ἐν τούτοις τῆς παρθενίας τὴν χρείαν. Οὐ γὰρ ὡς παράνομον κελεύει φεύγειν τὸν

A Hoc vero non de testium, sed de pravarum cogitationum amputatione dixit. Deinde subjunxit : « Qui potest capere, capiat [77]. » Qua de causa divinus etiam Apostolus de virginitate loquens ait : « Præceptum Domini non habeo (legem enim de virginitate Dominus non tulit), consilium autem do, tanquam misericordiam a Domino consecutus ut sim fidelis [78]. » Consulo autem, inquit, non legem fero, idque non abutens audacia, sed ad prædicationis ministerium divino elatus suffragio, « Existimo igitur bonum homini hoc esse ut ita sit [79]. » *Existimo* autem dixit, non ambigens de quibus consilium dabat, sed orationem castigans, ne lex esset. Lex enim transgressionem quoque habet, transgressio autem inducit supplicium. Propterea igitur adjecit B *existimo*, ut ostenderet consilium esse quod dicebat, non legem. Deinde ostendit, quid bonum appellarit : « Alligatus es uxori ? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem [80]. » Prævidens enim letalia hæreticorum venena, præservativam medicinam constituit. Ideo nuptiarum **462** legem prius stabilivit, tum de virginitate monita intulit. Ne quis enim existimaret eum nuptias damnando de castitate legem ferre, matrimonii legem necessario confirmavit, dicens : « Noli quærere solutionem. » Hoc idem autem de castitate cum posuisset, dixissetque : « Noli quærere uxorem, » non perstitit in decreto, sed subjunxit : « Si autem duxeris uxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, C non peccavit [81]. » Non enim tanquam iniquitatem suadeo fugere matrimonium, sed tanquam ad meliorem vitam adhortans. Ostendit autem etiam lucrum virginitatis. De iis enim qui matrimonio junguntur dicit : « Tribulationem tamen carnis habebunt tales [82]. » In multas enim sollicitudines distrahitur qui uxorem duxit, non solum uxoris, sed etiam filiorum, et famulorum, et ancillarum curam gerens. Et hoc significans dixit : « Tribulationem tamen carnis habebunt tales. » Suam etiam benevolentiam declarat. Ait enim : « Ego autem vobis parco [83]. » Et paulo post : « Volo autem vos esse sine sollicitudine [84]. » Deinde contentionem quamdam et comparationem instituit ejus qui uxorem duxit, cum eo qui cælibatum amplexus est : D « Qui sine uxore est, sollicitus est de illis quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est de illis quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori. Divisa est et uxor, et virgo. Quæ innupta est, cogitat **463** quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta et corpore et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat

[77] Matth. xix, 11, 12. [78] I Cor. vii, 25. [79] Ibid. 26. [80] Ibid. 27. [81] I Cor. vii, 28. [82] Ibid. [83] Ibid. [84] Ibid. 32.

(69) τ. Θεοῦ. Loco cit. leg. τῶν οὐρανῶν.
(70) ἀνθρ. Desunt h. l. nonnulla ex vers. 26.
(71) γάμ. Edit. Rom. νόμου.
(72) εἰς — φιλοστοργίαν· ἔφη γάρ. Edit. Rom. habet tantum hæc pauca εἰς πολλὰς — φροντίδας. Sed etiam exinde
Sed ad calcem libri post οἱ τοιοῦτοι scribendum esse jubetur : γυμνοῖ δὲ καὶ τὴν οἰκείαν φιλοστοργίαν, ἔφη γὰρ ἐγὼ δὲ, κ. τ. λ.
(73) ἀμ. ὑμ. Transposita sunt hæc verba.
(74) πῶς ἀρ. τῷ Κυρ. Hæc solent abesse a loco cit. Desunt etiam t. III, p. 215.

Digitized by Google

quæ sunt mundi, quomodo placeat viro [85]. » Diserte autem in his docet utilitatem virginitatis. Non enim tanquam illicitum fugere jubet matrimonium, sed ut curis liberam sectari virginitatem. Eorum enim qui matrimonio juncti sunt in multa divisa cogitatio exactam et perfectam vitam ducere vetat. Qui vero solitariam vitam elegerunt, omnem in res divinas curam conferunt. Pergit autem et utilitatem ostendere, et legis necessitatem a verbis suis amovere : « Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam [86]. » Neque enim nolentem vi traho, sed quæ hinc oritur utilitatem ostendo. Propterea subjungit : « Sed ad id quod honestum est et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi [87]. » Qui enim a vinculo matrimonii liber est, jugum ejus facile trahit, nemine illum alio ab assidua attentione abducente. Et infandorum hæreticorum legem pergit refellere, sic dicens : « Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat : non peccat; nubant [88]. » Hoc autem de iis dicit quæ de virginitate pacta non fecerunt. « Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, 464 et hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit [88*]. » *Non habens necessitatem* idem est quod, qui non est in alterius potestate. Servos enim, quominus faciant quæ velint, domini prohibent. Ita tum ei qui despondere vult, tum ei qui castam servare cupit filiam suam, facta potestate subjunxit : « Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, et qui non jungit melius facit [89]. » Hujusmodi de virginitate sanctiones a rerum divinarum magistris accepimus, quæ non matrimonium accusent, sed ad vitam curarum expertem volentes hortentur.

XXV. — *De matrimonio.*

Operæ autem pretium existimo matrimonii quoque leges persequi, et eorum qui illud accusant audaciam retundere. Sufficit autem vel sexus differentia, ut creationis causam ostendat. Hujus enim gratia feminam formavit universorum Opifex, unde et illam adjutricem vocavit. « Faciamus enim, inquit, Adamo adjutorium simile illi [90]. » Non solum autem formavit, sed etiam viro conjunxit, et juxta morem qui nunc obtinet ad virum deduxit, et ipsemet fuit paranymphus ac pronubus, ipse velut donum quoddam matrimonio hanc benedictionem impertiit, « Crescite, dicens, et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ipsi [91]. » Hanc primam hominum genus ab universorum Deo benedictionem accepit. Multis autem post annis, cum

γάμον, ἀλλ' ὡς φροντίδων ἐλευθέραν μετιέναι τὴν παρθενίαν. Εἰς πολλὰ γὰρ ἡ τῶν γεγαμηκότων μεριζομένη διάνοια, τὸν ἀκριβῆ καὶ τέλειον κατορθῶσαι βίον κωλύεται· οἱ δὲ τὴν μοναδικὴν ζωὴν προσλόμενοι πᾶσαν ἀπονέμουσι τοῖς θείοις τὴν μέριμναν. Ἐπιμένει δὲ, καὶ τὸ συμφέρον ἐπιδεικνὺς, καὶ τὴν νομικὴν ἀνάγκην ἐκβαλὼν τοῦ λόγου· « Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω. » Οὐ γὰρ ἀνάγκῃ τὸν οὐ βουλόμενον ἕλκω, ἀλλὰ τὴν φυομένην ὠνησιν ἐπιδείκνυμι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· « Ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως. » Ὁ γὰρ τῆς γαμικῆς ζεύγλης ἐλεύθερος, εὐπετῶς ἕλκει τὸν τούτου ζυγὸν, οὐδενὸς αὐτὸν ἑτέρου τῆς ἀγαθῆς προσεδρείας ἀφέλκοντος. Καὶ ἐπιμένει τὴν τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν διελέγχων νομοθεσίαν· φησὶ γάρ· « Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ (75) νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίγνεσθαι (76), ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν. » Τοῦτο δὲ λέγει περὶ τῶν μηδέπω τὰς περὶ τῆς παρθενίας πεποιημένων συνθήκας. « Ὃς δὲ ἔστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ (77)| μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ. » Τὸ *οὐκ ἔχων ἀνάγκην*, ἀντὶ τοῦ, μὴ ὑπ' ἄλλου τελῶν ἐξουσίαν. Τοὺς γὰρ οἰκέτας δρᾷν ἃ θέλουσιν οἱ δεσπόται κωλύουσιν. Οὕτω καὶ τῷ κατεγγυᾶν βουλομένῳ, καὶ τῷ φυλάττειν ἁγνὴν τὴν θυγατέρα προθυμουμένῳ δεδωκὼς ἐξουσίαν, ἐπήγαγεν· « Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων (78) καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ. » Τοιούτους περὶ παρθενίας ὅρους παρὰ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν ἐδεξάμεθα, οὐ τοῦ γάμου κατηγοροῦντας, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἀφρόντιδα βίον τοὺς βουλομένους προτρέποντας.

ΚΕ'. — *Περὶ γάμου.*

Προΐοῦσι δὲ οἶμαι, καὶ τοὺς περὶ τοῦ γάμου νόμους διεξελθεῖν, καὶ τῶν τούτου κατηγορούντων διελέγξαι τὸ θράσος. Ἀπόχρη δὲ καὶ ἡ τοῦ γένους διαφορὰ, δεῖξαι τὴν τῆς δημιουργίας αἰτίαν. Τούτου γὰρ δὴ χάριν γυναῖκα διέπλασε τῶν ὅλων ὁ Ποιητὴς, ἀνθ' ὅτου καὶ αὐτὴν βοηθὸν προσηγόρευσεν. « Ποιήσωμεν γὰρ, ἔφη, τῷ Ἀδὰμ βοηθὸν κατ' αὐτόν. » Οὐ μόνον δὲ διέπλασεν, ἀλλὰ καὶ συνέζευξε τῷ ἀνδρὶ, καὶ (79) κατὰ τὸν νῦν πολιτευόμενον νόμον, ἀπήγαγε πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ αὐτὸς ἐγένετο νυμφοστόλος καὶ νυμφευτὴς, αὐτὸς οἷόν τι δῶρον τῷ γάμῳ τήνδε τὴν εὐλογίαν προσήνεγκεν, « Αὐξάνεσθε, λέγων, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Ταύτην πρώτην τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο. Καὶ πολλοῖς

[85] I Cor. VII, 32-34. [86] Ibid. 35. [87] Ibid. [88] Ibid. 36. [88*] Ibid. 37. [89] Ibid. 38. [90] Gen. II, 18. [91] Gen. I, 28.

(75) τ. παρθ. αὐτ. T. III, p. 211, leg. τὴν ἑαυτοῦ παρθένον.

(76) γίγν. Rec. lectio est γίνεσθαι.

(77) ἑδρ. ἐν τ. καρδ. A recepta hac lectione recessit Noster t. III, l. c.

(78) ἐκγαμ. T. III, l. c. est ἐγγαμίζων. Sicque etiam post pauca.

(79) καί. Suppletur ad calcem edit. Rom.

Digitized by Google

δὲ ὕστερον χρόνοις, τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν πανωλεθρίαν ἐπαγαγὼν, οὐκ ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἰσαρίθμους τοῖς ἀνδράσιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν κιβωτὸν παρῃγγύησε, καὶ μετὰ τὴν παῦλαν τῆς τιμωρίας, τὴν προτέραν εὐλογίαν ἀνενεώσατο. Καὶ τούτοις γὰρ εἶπεν· « Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. » Καὶ Ἀβραὰμ δὲ τὸν πατριάρχην ἐκ τῆς πατρῴας ἐξαγαγὼν γῆς, ἐκέλευσεν ἰδεῖν τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑπέσχετο τούτων ἰσαρίθμους ἀποφῆναι τοὺς ἀνθρώπους· « Ποιήσω (80) γὰρ, ἔφη, τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. » Εἰ δὲ πονηρὸς ἦν ὁ γάμος, οὐκ ἂν τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ἐνομοθέτησεν ὁ Δεσπότης Θεὸς, οὐκ ἂν εὐλογίαν τὴν παιδογονίαν ἐκάλεσε. Διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ πλείους ἔχειν γυναῖκας τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἐκώλυσεν, ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, καὶ οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες, καὶ δυσὶ, καὶ τρισὶ, καὶ πλείουσι συνήπτοντο γυναιξὶ, πλειόνων γενέσθαι πατέρες παίδων ἐπιθυμοῦντες. Ὅτι γὰρ οὐχ ἡδυπαθείᾳ δουλεύοντες τῆς τῶν πλειόνων γυναικῶν ὁμιλίας ἠνείχοντο, μαρτυρεῖ μὲν Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης μετὰ τὰς πολλὰς τῆς Σάρρας παρακλήσεις τῇ Ἄγαρ ὡμιληκὼς, εἶτα μετὰ τὸν τόκον οὐκ ἔτι ταύτῃ πελάσας. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ πάνσοφος Ἰακὼβ, ὁ παρὰ γνώμην μὲν τὴν Λείαν λαβὼν, διὰ δὲ τὴν τῶν ὁμοζύγων ζηλοτυπίαν, τῆς τῶν παιδισκῶν ἀνασχόμενος κοινωνίας. Κἀκεῖναι δὲ, οὐχ ἡδονῇ δουλεύουσαι, ἀλλὰ πλειόνων παίδων ἐπιθυμοῦσαι γενέσθαι μητέρες, τὴν ἔριν πρὸς ἀλλήλας ἐσχήκασιν. Τοὺς μὲν οὖν τροφίμους τῆς πίστεως καὶ ἡ Παλαιὰ διδάσκει Γραφὴ τοῦ γάμου τὸν σκοπόν. Οἱ δὲ τοὺς παλαιοὺς οὐ δεχόμενοι νόμους, ἐκ τῆς Καινῆς διδασκέσθωσαν τὰ ὅμοια. Πάντως γὰρ κἀνταῦθα τῶν ἐπαινουμένων ὁ γάμος. Τῶν γὰρ ἀποστόλων ὁ πρῶτος ἐκ τῆς τῶν γεγαμηκότων ἐκλήθη συμμορίας. Καὶ μάρτυρες οἱ εὐαγγελισταὶ, διαῤῥήδην διδάσκοντες ὡς τὴν τούτου πενθερὰν πυρέττουσαν ὁ Δεσπότης ἰάσατο. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε γάμον, ἀλλὰ καὶ εἰστιάθη ἐν γάμῳ, καὶ τὸν ἀγεώργητον οἶνον δῶρον τῷ γάμῳ προσήνεγκεν. Οὕτω δὲ τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, ὅτι καὶ τὸν διαλῦσαι τὸν γάμον δίχα πορνείας βουλόμενον ἑτέρῳ νόμῳ κωλύει. « Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ ἀπολύων (81) τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. » Εἶτα τῶν Φαρισαίων εἰρηκότων τὸν παλαιὸν προστεταχέναι νόμον δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, ἡρμήνευσεν αὐτοῖς τὸν τοῦ νόμου σκοπόν· ἔφη γάρ· « Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός. » — « Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ (82) καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα (83) αὐτοῦ, καὶ ἔσονται

A diluvii 465 excidium induceret, non viros solos, sed uxores etiam numero pares arcam ingredi jussit, et cum pœna cessasset, priorem benedictionem renovavit. Nam et his quoque dixit : « Crescite et multiplicamini et replete terram [92]. » Et eum Abrahamum patriarcham ex paterna terra eduxisset, cœli stellas intueri jussit, et pares illis numero producturum se homines promisit. « Faciam enim, inquit, semen tuum sicut stellas cœli multitudine, et sicut arenam quæ est in littore maris [93]. » Si autem malum esset matrimonium, minime illud a principio constituisset Dominus Deus, nec liberorum susceptionem benedictionem vocasset. Propterea enim veteres plures habere uxores non vetuit, ut genus humanum augeretur. Eaque de causa etiam viri
B religiosi, cum plurium filiorum patres esse cuperent, duabus, et tribus et pluribus uxoribus jungebantur. Quod enim non voluptati servientes, plurium uxorum consuetudinem ferebant, testatur Abrahamus patriarcha, qui post multas Saræ adhortationes cum Agare congressus est, et post ejus partum ad eam non amplius accessit [94]. Testatur et sapientissimus Jacob, qui præter sententiam quidem Leam accepit, propter uxorum autem zelotypiam cum ancillis coire sustinuit [95]. Et illæ porro, non voluptati servientes, sed quod plurium liberorum matres fieri cuperent, inter se contenderunt. Fidei ergo alumnos, 466 quis scopus sit matrimonii, vetus etiam Scriptura docet. Qui autem antiquas
C leges non admittunt, similia discant ex Novo Testamento. Prorsus enim hic etiam laudatur matrimonium. Apostolorum enim primus ex conjugatorum classe vocatus est. Ejusdem rei testes sunt evangelistæ [96], qui diserte narrant ejus socrum febricitantem a Domino curatam esse. Ipse autem Dominus non solum non prohibuit matrimonium, sed et in nuptiis convivatus est, et vinum sine cultura productum nuptiis donum dedit [97]. Legem porro matrimonii adeo confirmavit, ut eum qui excepta fornicationis causa matrimonium solvere velit, alia lege inhibeat. « Quicunque enim, inquit, uxorem suam dimittit, nisi ob fornicationem, facit eam mœchari [98]. » Deinde, cum dixissent Pharisæi veterem legem jussisse dari libellum repudii, interpretatus est illis scopum
D legis. Dixit enim : « Ob duritiem cordis vestri legem hanc scripsit vobis : ab initio autem creationis masculum et feminam fecit illos Deus [99]. » — « Propter hoc dimittet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo illi caro una [1]. » Ita cum primam legisset legem quam ipse dederat, subjunxit : « Itaque jam non sunt duo. Quod ergo Deus conjunxit, homo ne separet [2]. » Hæc autem omnia ostendunt licitum et legitimum esse matrimonium. Sed et magnus Petrus [3] Ananiam et Sap-

[92] Gen. IX, 1. [93] Gen. XXII, 17. [94] Gen. XVI, 2. [95] Gen. XXIX, 23. [96] Matth. VIII, 14.; Luc. IV, 38. [97] Joan. II, 2 seqq. [98] Matth. V, 32. [99] Matth. XIX, 8. [1] Ibid. 5. [2] Ibid. 6. [3] Act. V, 1 seqq.

(80) ποιήσω. Loco cit. est πληθύνων πληθυνῶ
(81) πᾶς ὁ ἀπολ. Loco cit. leg. ὃς ἂν ἀπολύσῃ.
(82) αὐτ. Abesse solet l. c.
(83) πρ. τ. γυν. Loco cit. est τῇ γυναικί.

Digitized by Google

phiram conjunctos **467** quidem non separavit, de furto autem vehementer reprehendit. Illud enim licitum erat, hoc vero valde iniquum. Divinus vero apostolus Paulus Philemoni et Apphiæ matrimonii lege conjunctis integram scripsit epistolam. Corinthiis autem scire volentibus, an eos qui Domino crediderunt præferre oporteat cælibatum matrimonio, hæc exposuit : « De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere : propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat [6]. » His ita constitutis, mutuam illos benevolentiam firmam [7] habere præcepit : « Vir uxori debitam benevolentiam exhibeat, similiter et uxor viro [8]. » Et quia verisimile erat, futurum ut vel maritus vel uxor continentiam conjunctioni præferret, quod nisi ex mutuo consensu fieret, eveniebat ut in scortationem is laberetur, qui continere non poterat, continentiam prohibet, quæ fiat absque consensu, et dicit : « Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, et vir corporis sui potestatem non habet, sed mulier [9]. » Estis, inquit, alter in alterius potestate. Non potes facere quod vis, absque eo qui jugum tecum una trahit. Et confirmans legem subjunxit : « Nolite fraudare vos invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis jejunio et orationi, et iterum revertimini in idipsum [10]. » *Fraudationem* autem appellavit cessationem a conjunctione, quæ fiat præter voluntatem. Dum enim pars una se continet, **468** altera putat se conjunctione privatam. Docet autem et qua de causa post orationem et jejunium jusserit iterum convenire. Subjunxit enim : « Ne tentet vos Satanas. » Et ostendens illum ex nobis belli occasiones sumere, apposite addidit : « Propter incontinentiam vestram [6]. » Vobis enim certantibus, inquit, nihil ille virium habebit. Deinde ad præstantiora invitans ait : « Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo enim omnes esse instar mei (in continentia) : sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius vero sic [9]. » Si autem beatissimus Paulus donum Dei vocavit matrimonium cum temperantia conjunctum, clarum est iniquas esse infandorum hæreticorum leges latas (adversus matrimonium). Et quæ deinceps sequuntur ejusdem sunt sententiæ : « Iis autem, qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere : quod si vero discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, et virum uxorem suam non dimittere [10]. » Tantum abest ut prohibeat matrimonium, ut etiam eum qui dissolvit, Dominicis legibus cohibeat. Non enim ego, inquit, hanc legem scribo, sed Dominus Deus, qui in Evangeliis divinis adjecit, et eam quæ separata fuerit

A οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Οὕτω πρῶτον τον νόμον ἀναγνοὺς ὃν αὐτὸς ἐδεδώκει, ἐπήγαγεν· « Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. » Ταῦτα δὲ πάντα τοῦ γάμου τὸ ἔννομον δείκνυσι. Καὶ ὁ μέγας δὲ Πέτρος τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν συνημμένους μὲν οὐ διέστησε, κεκλοφότας δὲ θερμῶς ἄγαν διήλεγξε. Τὸ μὲν γὰρ ἔννομον ἦν, τὸ δὲ λίαν παράνομον. Ὁ δὲ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, τῷ Φιλήμονι καὶ τῇ Ἀπφίᾳ, νόμῳ γάμου συνεζευγμένοις, ἔγραψε τελείαν ἐπιστολήν. Κορινθίοις δὲ μαθεῖν θελήσασιν, εἰ δεῖ τοὺς τῷ Κυρίῳ πεπιστευκότας προτιμῆσαι τὴν ἁγνείαν τοῦ γάμου, ταῦτα δεδήλωκε· « Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ (84) γυ- B ναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. » Οὕτω ταῦτα νομοθετήσας, τὴν περὶ ἀλλήλους εὔνοιαν βεβαίαν ἔχειν παρεγγυᾷ· « Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. » Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν, ἢ τὸν ἄνδρα, ἢ τὴν γυναῖκα, τῆς συναφείας τὴν ἐγκράτειαν προτιμῆσαι, τούτου δὲ συμφώνως οὐ γιγνομένου, εἰς πορνείαν συνέβαινεν ἐκπεσεῖν τὸν χαρτερεῖν οὐ δυνάμενον, ἀπαγορεύει τὴν δίχα συμφωνίας ἐγκράτειαν, καί φησιν· « Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ, καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. » Ὑπὸ τὴν ἀλλήλων, φησὶν, ἐξουσίαν τελεῖτε. Οὐ δύνασαι ὁρᾷν ὃ βούλει, δίχα τοῦ συνέλκοντος τὸν ζυγόν. Καὶ κρατύνων τὸν νόμον, C ἐπήγαγε· « Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν (85), ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε. » *Στέρησιν* δὲ κέκληκε, τὴν παρὰ (86) γνώμην γιγνομένην παῦλαν τῆς ὁμιλίας. Θατέρου γὰρ ἐγκρατευομένου θάτερον νομίζει μέρος ἀποστερεῖσθαι τῆς κοινωνίας. Διδάσκει δὲ καὶ τίνος ἕνεκα μετὰ τὴν προσευχὴν καὶ τὴν νηστείαν συνελθεῖν πάλιν ἐκέλευσεν· ἐπήγαγε γάρ· « Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς. » Καὶ δεικνὺς ὡς ἐξ ἡμῶν ἐκεῖνος τοῦ πολέμου λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς, ἀναγκαίως προστέθεικε· « Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. » Ὑμῶν γὰρ, φησὶν, ἀγωνιζομένων, οὐδαμῶς ἐκεῖνος ἰσχύσει. Εἶτα προτρέπων ἐπὶ τὰ κρείττονα, φησί· « Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώ- D πους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτὸν, ἐν ἐγκρατείᾳ (87), ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ τοῦ (88) Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. » Εἰ δὲ ὁ τρισμακάριος Παῦλος Θεοῦ χάρισμα τὸν μετὰ σωφροσύνης ὠνόμασε γάμον, δῆλοι τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν οἱ παράνομοι νόμοι. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας· « Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι, φησὶ, παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. » Τοσοῦτον

[6] I Cor. VII, 1, 2. [7] Ibid. 3. [8] Ibid. 4. [9] Ibid. 5. [10] Ibid. 6, 7. [10] Ibid. 10, 11

(84) ἑαυτ. Loco cit. leg. ἰδίαν.
(85) Edit. Rom. πρόσκαιρον.
(86) παρά. Ita lectio edit. Rom. περὶ emendatur ad calcem libri.
(87) ἐν ἐγκρ. Hæc distingue a verbis seqq.
(88) τοῦ. Des. l. c.

Digitized by Google

ἀπέχει τοῦ κωλύσαι τὸν γάμον, ὅτι καὶ τὸν διασπώμενον δεσποτικοῖς νόμοις συνέχει. Οὐ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, τοῦτον τὸν νόμον γράφω, ἀλλ' ὁ Δεσπότης Θεὸς, ὃς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις προστέθεικε τοῖς θείοις, καὶ τὴν χωρισθεῖσαν δὲ μεῖναι ἄγαμον διηγόρευσε, ταύτῃ βιαζόμενος ἀνελθεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα. Καὶ μὴν καὶ ταῖς ἀπίστους ἐχούσαις ἄνδρας, καὶ τοὺς ἀπίστοις γυναιξὶ συνημμένους, παραγγέλλει μὴ διαλύσαι τὸν γάμον (89). « Εἴ τις γὰρ, φησὶν, ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν· καὶ γυνὴ, εἴ τις (90) ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν. » Εἰ δὲ τὸν ῥᾳθυμοῦντα τὴν τῆς πίστεως συμφωνίαν οὐ διέλυσε γάμον, δῆλον ὅτι τὸν γάμον ἔννομον, ἀλλ' οὐ παράνομον οἶδεν.

A innuptam manere jussit, hac ratione cogens ad virum redire. Quin etiam iis quæ infideles habent viros, et iis qui infidelibus juncti sunt uxoribus, præcipit non solvere matrimonium. « Si quis enim, inquit, frater uxorem habet infidelem, et 469 illa consentit habitare cum eo, non dimittat illam, et si qua mulier habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum [11]. » Quod si non solvit conjugium, quod fidei concordiam non habeat, clarum est quod matrimonium legitimum esse noverit, non legi contrarium.

ΚϚ'. — *Περὶ δευτέρου γάμου.*

Καὶ τί λέγω τὸν πρῶτον γάμον; καὶ δευτέραν ἐνομοθέτησε συνάφειαν. « Λέγω γὰρ, ἔφη, τοῖς ἀγάμοις, καὶ ταῖς χήραις· καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι (91) γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. » *Πύρωσιν* δὲ, οὐ τὴν ἐνόχλησιν τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τὴν ἧτταν (92) ὠνόμασε. Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ βεβαιοῖ τὸν νόμον· λέγει δὲ οὕτως· « Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ καὶ (93) κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ· τουτέστι σωφρόνως τε καὶ ἐννόμως, εὐσεβεῖ ἀνδρὶ καὶ πιστῷ. » Καὶ περὶ ἐγκρατείας συμβουλεύει· « Μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτως μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. » Καὶ τῇ ἐπαγωγῇ δείκνυσι τοῦ νόμου τὸ ἀξιόπιστον· « Δοκῶ γὰρ, ἔφη, κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. » Οὐ τοῖς λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις κεχρημένος νομοθετῶ, ἀλλ' ὀργανον τοῦ θείου γιγνόμενος Πνεύματος. Ἐπισημήνασθαι δὲ χρὴ, ὡς οὐ μακαρίαν, ἀλλὰ μακαριωτέραν εἶπε τὴν ἐγκρατευομένην, ταύτῃ διδάσκων, ὡς καὶ ἡ τὸν δεύτερον γάμον ἀσπαζομένη, οὐ παντάπασι τῆς μακαριότητος ἔρημος, εἴπερ ἄρα κατὰ τὸν κείμενον νόμον δέξαιτο τὸν ζυγόν. Καὶ Ῥωμαίοις δὲ γράφων, καὶ νόμου καὶ χάριτος διδάσκων διαφοράν, τοῦ δευτέρου γάμου τέθεικε τὸ παράδειγμα. « Ἢ ἀγνοεῖτε γὰρ, φησὶν, ἀδελφοὶ (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ)· ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; » Εἶτα τὸ παράδειγμα· « Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει (94) ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. » Κἀνταῦθα τοίνυν κατασκευάζων ἕτερον, ἔδειξε τὸν δεύτερον οὐκ ἀπόβλητον γάμον. Καὶ τῷ μακαρίῳ δὲ Τιμοθέῳ γράφων, καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ταγμάτων νομο-

XXVI. — *De secundis nuptiis.*

B Et quid dico primum matrimonium? etiam secundam decrevit conjunctionem. « Dico enim, ait, non nuptis et viduis : bonum est illis si sic permaneant sicut et ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri [12]. » *Ustionem* autem vocat, non cupiditatis vexationem, sed ab ea vinci. Et paulo post legem confirmat, sic dicens : « Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si vero obdormiverit vir, libera est, cui vult nubat, tantum in Domino [13], » hoc est modeste et legitime, pio viro et fideli. Consulit autem etiam continentiam : « Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium [14]. » Et inductione ostendit legem fide dignam esse [15] : « Puto C enim, inquit, me quoque Spiritum Dei habere. » Non humanis rationibus hæc decerno, sed ut divini Spiritus instrumentum. Notandum est autem, quod non beatam, sed beatiorem eam dicat, quæ se continet : ita docens, non omnino beatitudine esse destitutam, quæ secundum etiam matrimonium amplectitur, si juxta 470 positam hic legem jugum subeat. Et ad Romanos scribens, legisque et gratiæ discrimen docens, secundi matrimonii usus est exemplo. « An ignoratis, fratres, inquit (scientibus enim legem loquor), legem homini dominari quanto tempore vivit [16]? » Deinde exemplum : « Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir ejus, libera est a lege viri. Vivente igitur viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, D liberata est a lege (viri), ut non sit adultera si fuerit cum alio viro [17]. » Et hic ergo aliud astruens, secundas nuptias ostendit non esse rejiciendas. Beato quoque Timotheo scribens et de ecclesiasticis ordinibus leges tradens, cum de viduarum ordine multa disseruisset, subjunxit : « Adolescentiores autem viduas devita [18]. » Et cum causas dixisset,

[11] I Cor. VII, 12, 13. [12] Ibid., 8, 9. [13] Ibid. 39. [14] Ibid. 40. [15] Ibid. [16] Rom. VII, 1, 17. [17] Ibid. 2, 3. [18] I Tim. V, 2.

(89) γάμον. Edit. Rom. νόμον. Vid. schol. 70, p. 462.

(90) εἴτις. Legendum esse videtur ἥτις juxta rec. lectionem.

(91) ἐστι. T. III, p. 203, præm. αὐτοῖς.

(92) ἀλλὰ τ. ἥττ. T. III, l. c. hæc ita sonant : ἀλλὰ τὴν δούλωσιν τῆς ψυχῆς καὶ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ῥοπήν.

(93) καὶ et sequens αὐτῆς desunt t. III, p. 212.

(94) χρ. T. III, p. 68 est χρηματίζει, contra rec. lectionem.

Digitized by Google

adjecit : « Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia [19]. » Sed Paulo dicente *Volo*, Navatus audet dicere *Nolo*. At nos Pauli leges sequamur, et Navati arrogantiam valere jubeamus.

θετῶν, πολλὰ περὶ τοῦ τῶν χηρῶν καταλόγου διεξελθὼν, ἐπήγαγε· « Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτου. » Καὶ τὰς αἰτίας δὲ εἰπὼν, ἐπάγει· « Βούλομαι οὖν νεωτέρας (95) γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. » Ἀλλὰ Παύλου λέγοντος, *Βούλομαι*, Ναύατος τολμᾷ λέγειν, *Οὐ βούλομαι*. Ἀλλ' ἡμεῖς τοῖς Παύλου νόμοις ἀκολουθῶμεν, Ναυάτου δὲ τὴν ἀλαζονείαν οἰμώζειν ἐῶμεν.

XXVII. — *De fornicatione.*

Fornicationem autem et omnem intemperantiam, tanquam illegitimas actiones prohibemus. Audimus enim divinissimum Paulum clamantem : « Fornicatio autem et immunditia, nec nominetur inter vos, **471** sicut decet sanctos [20]. » Et rursus : « Ne quis fornicator aut profanus ut Esau [21]. » Et : « Honorabile connubium in omnibus, et cubile immaculatum. Fornicatores autem et adulteros judicabit Deus [22]. » Et in Epistola ad Corinthios : « Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere [23]. » Propter hanc intemperantiam, eum etiam qui fornicatus est tradidit Satanæ, et clamat aperte : « Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos [24]. » Hoc modo omnem intemperantiam penitus vitare jubet. « An enim nescitis, inquit, eum qui adhæret meretrici, unum esse corpus ? Erunt enim, inquit, duo caro una. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est : qui autem fornicatur, in corpus suum peccat [25]. » Scribens etiam ad Galatas eamdem doctrinam protulit : « Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur [26]. » Hæc vero Basilides, et Carpocrates, et Epiphanes, et Prodicus, et reliqui intemperantiæ et iniquitatis magistri, **472** legerunt quidem, sed contrariam eis legem introduxerunt, legibus Spiritus manifeste repugnantes. Consona etiam his scripsit ad Ephesios : « Dico enim, inquit, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et reliquæ gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui omnem sensum exuentes se tradiderunt impudicitiæ,

ΚΖ'. — *Περὶ πορνείας.*

Τὴν δὲ πορνείαν, καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν, ὡς παρανόμους ἀπαγορεύομεν πράξεις. Ἀκούομεν γὰρ τοῦ θειοτάτου Παύλου βοῶντος· « Πορνεία δὲ, καὶ ἀκαθαρσία (96), μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. » Καὶ πάλιν· « Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ. » Καί· « Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ· « Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ (97) πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. » Διὰ τήνδε τὴν ἀκολασίαν, καὶ τὸν πεπορνευκότα παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, καὶ διαῤῥήδην βοᾷ· « Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. » Ταύτῃτοι καὶ προτροπάδην ἀποδιδράσκειν τὴν ἀκολασίαν κελεύει. « Οὐκ οἴδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. Φεύγετε τὴν πορνείαν. Πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. » Καὶ Γαλάταις δὲ τὴν αὐτὴν διδασκαλίαν προσήνεγκε· « Φανερὰ γάρ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φόνοι (98), μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. Ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. » Ταῦτα δὲ Βασιλίδης, καὶ Καρποκράτης, καὶ Ἐπιφάνης, καὶ Πρόδικος, καὶ οἱ λοιποὶ τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς παρανομίας διδάσκαλοι, ἀνέγνωσαν μὲν, ἐναντίαν δὲ νομοθεσίαν εἰσήνεγκαν, ἀναφανδὸν ἀντιταξάμενοι τοῖς νόμοις τοῦ Πνεύματος. Συνῳδὰ δὲ καὶ Ἐφεσίοις ἐπέστειλε· « Λέγω γὰρ, ἔφη, καὶ διαμαρτύρομαι (99) ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τὴν διάνοιαν (1) ὄντες, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν· οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρ-

[19] I Tim. v, 11. [20] Ephes. v, 3. [21] Hebr. xii, 16. [22] I Cor. vi, 16-18. [23] Galat. v, 19-21. [24] Hebr. xiii, 4. [25] I Cor. v, 11. [26] I Cor. iii, 17

(95) νεωτ. T. III, p. 665, sequitur χήρας.
(96) ἀκαθ. Rec. lectio πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία exstat t. III, p. 430.
(97) ᾖ. Recepta quidem lectio est ἦ, sed ᾖ exstat etiam t. I, quæst. 16 et 17, p. 194.
(98) φόνοι. Des. φθόνοι, quod l. c. præcedit.
(99) διαμ. Rec. lectio μαρτύρομαι exstat t. III. p. 426.
(1) τ. διάν. Rec. lectio τῇ διανοίᾳ exstat t. III, l. c.

Digitized by Google

σίας (2) ἐν πλεονεξίᾳ. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστὸν, εἴ γε αὐτὸν ἠκούσατε καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ, ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· » καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα. Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες (3), ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς (4) ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. » Ταῦτα καὶ Φιλιππησίοις ἐπέστειλε· « Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα ἀγαθὰ (5), ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ εἴδετε (6) ἐν ἐμοί. » Ὡσαύτως δὲ καὶ Κολοσσαεῦσι γράφει· « Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. » Καὶ ἡ Παλαιὰ δὲ Γραφὴ συμφωνὰ νενομοθέτηκε τῇ Καινῇ. Καὶ γὰρ αὐτός φησιν ὁ Θεός· « Ἅγιοι γίγνεσθε καθὼς κἀγὼ ἁγιός εἰμι. » Καί· « Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἡ πρὸς καιρὸν (7) μὲν γλυκαίνει τὸν σὸν φάρυγγα, ὕστερον δὲ πικρότερον χολῆς εὑρήσεις. » Καὶ ἄλλα δὲ μύρια ἔστιν εὑρεῖν ταυτησὶ τῆς ἀκολασίας κατηγοροῦντα. Οἱ δὲ παμμίαροι καὶ δυσώνυμοι, καὶ μυστικὴν κοινωνίαν ὠνόμασαν τὴν ἀσέλγειαν.

in operationem immunditiæ in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audiistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris [27], » et quæ sequuntur. Et paulo post : « Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, qui est idolorum mancipium, non habeat hæreditatem in regno Christi et Dei [28]. » Ad Philippenses quoque hæc scripsit : « De cætero, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque honesta, quæcunque bona, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, et si qua laus, hæc cogitate, quæ et didicistis, et accepistis, et vidistis in me [29]. » Similiter autem scribit etiam ad Colossenses : « Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terra, fornicationem, immunditiam, passionem, cupiditatem malam, et avaritiam, **473** quæ est idolorum servitus, propter quæ venit ira Dei super filios diffidentiæ [30]. » Vetus quoque Testamentum ea statuit quæ Novo consentiunt. Dicit enim Deus ipse : « Sancti estote, sicut et ego sanctus sum [31]. » Et : « Ne attendas malæ mulieri. Mel enim distillat a labiis meretricis, quæ ad tempus quidem delinit guttur tuum, postea autem invenies felle amarius [32]. » Possunt et alia innumerabilia inveniri, quæ intemperantiam istam accusant. Impuri autem illi et nefandi etiam mysticam communionem impudicitiam appellarunt.

ΚΗ'. — *Περὶ μετανοίας.*

Ἡ δὲ θεία Γραφὴ οὐ μόνον ἀπαγορεύει παρανομίας, ἀλλὰ καὶ θεραπεύει τοὺς τὰ τούτων τραύματα δεξαμένους. Τὴν γὰρ Ναυάτου θηριωδίαν βδελύττεται, καὶ κατηγορεῖ τῶν ποιμένων, ὅσοι ταύτην οὐκ ἐποιήσαντο τῶν προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. Καί φησιν αὐτὸς ὁ Θεός· « Ὦ οἱ ποιμένες, τὸ ἠσθενηκὸς οὐκ ἐνισχύσατε, καὶ τὸ ἄῤῥωστον οὐκ ἰάσασθε, καὶ τὸ (8) κακῶς ἔχον οὐκ ἐσωματοποιήσατε, καὶ τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπεστρέψατε, καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐπεζητήσατε. » Ὁ δὲ τῶν ταύτην μὴ πεποιημένων τὴν τροφὴν κατηγορῶν, δῆλον ὅτι βούλεται θεραπείας ἀξιοῦσθαι τὰ ἀσθενῆ τῶν προβάτων· διά τοι τοῦτο πρὸς τὸν αὐτὸν ἔφη προφήτην· « Σκοπὸν δίδωκά σε τῷ (9) οἴκῳ Ἰσραήλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ τοῦ στόματός μου (10) λόγον, καὶ προφυλάξεις αὐτὸν (11) παρ' ἐμοῦ. Ἐν τῷ εἰπεῖν (12) με τῷ ἁμαρτωλῷ, Θανάτῳ ἀποθανῇ, καὶ μὴ διαστείλῃ τῷ ἁμαρτωλῷ

XXVIII. — *De pœnitentia*

Divina vero Scriptura non solum iniquitates prohibet, sed iis etiam medetur, qui vulnus acceperunt. Navati enim atrocitatem detestatur, pastoresque reprehendit qui hanc ovium curam non gesserint. Et dicit ipse Deus : « O pastores, quod infirmum fuit non confirmastis, et quod ægrum non curastis, et quod male habebat non refecistis, et quod aberrabat non reduxistis, et quod perierat non requisivistis [33]. » Qui autem eos accusat, qui hanc curam non gesserunt, clarum est eum velle infirmas oves curari. Propterea dicit eidem prophetæ : « Speculatorem dedi te domui Israelis, et audies ex ore meo verbum, et præmunies **474** illum meo nomine. Cum dixero peccatori : Morte morieris, et non annuntiaveris peccatori ut curam habeas impii, ut se avertat a via sua mala, ut ipse vivat : ipse quidem impius morietur in iniquitate sua, sanguinem au-

[27] Ephes. IV, 17-22. [28] Ibid. 5. [29] Philipp. IV, 8, 9. [30] Colosse. III, 5, 6. [31] Levit. XI, 45. [32] Prov. V, 3. [33] Ezech. XXXIV, 4.

(2) ἀκαθ. Deest πάσης quod l. c. sequitur.
(3) γιγν. Loco cit. leg. γινώσκοντος.
(4) ὅς. Edit. Rom. præm. ἡ.
(5) ὅσα ἁγ. Hæc abesse solent a loco cit.
(6) κ. εἴδ. Desunt h. l. verba ea καὶ ἠκούσατε quæ l. c. præcedunt.
(7) ἡ πρ. καιρ. Ita emendatur lectio edit. Rom. ὃ πρόσκαιρον ad calcem libri.
(8) καὶ τὸ, κ. τ. λ. Desunt quæ l. c. præcedunt, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε.
(9) τῷ. Deest ἐν, quod sæpius a Nostro omittitur, si hunc locum allegat. Vid. t. II, p. 704, sch. 33.
(10) μου. Des. in edit. Rom. sed ad calcem libri suppletur.
(11) κ. προφ. αὐτ. Supra, t. II, p. 704, leg. καὶ διαπειλήσῃ αὐτοῖς.
(12) ἐν τῷ εἰπ., κ. τ. λ. Magna est lectionis varietas, t. II, l. c.

Digitized by Google

tem ejus ex manu tua requiram [34]. » Et paulo post : « Vivo ego, dicit Adonai Dominus; nolo mortem peccatoris, sed ut se convertat a via sua mala, et vivat [35]. » Deinde suasorie : « Conversione convertimini a via vestra mala, cur enim moriemini, domus Israel [36]? » Deinde jubet prophetæ, ut hæc quoque ad illos verba perferat : « Et tu, fili hominis, dic filiis populi tui : Justitia justi non eximet ipsum die quo erraverit : et injustitia injusti non interficiet ipsum die quo conversus fuerit a sua iniquitate, et fecerit judicium et justitiam, et pignus debitori reddiderit, et quod raptum fuerat restituerit. Si (qui fuit) injustus in præceptis vitæ ambulaverit, ut non faciat id quod injustum est, vita vivet, et non morietur, et omnia peccata ejus quæ commisit oblivioni mandabuntur ; quia judicium et justitiam fecit, in eis vivet [37]. » Et Nabuchodonosori beatus Daniel pœnitentiæ medicamenta suggessit. « Et nunc, inquit, o rex, consilium meum tibi placeat : et per eleemosynam **475** elue iniquitates tuas, et injustitias tuas in miserationibus pauperum [38]. » Sacri autem Jeremiæ prophetia hac doctrina plena est. Nunc enim dicit : « Convertimini, filii qui defecistis, et convertar ad vos, dicit Dominus Deus. [39] » Nunc autem : « Ablue a vitio cor tuum, Israel, ut salveris, ne forte inveniantur in te cogitationes laborum tuorum [40]. » Et rursus : « Num qui cadit non resurgit, vel qui avertitur non convertitur [41]? » Et plurimas alias hujusmodi admonitiones apud illum reperire licet. Sapientissimus vero Isaias clamat : « Quando aversus ingemueris, tunc salvaberis, et cognosces ubi eras, quando confidebas in vanis [42]. » Quin et in exordio, cum plurimas populi iniquitates commemorasset, et morbum curatu difficilem ostendisset : « Non est, inquit, imponere malagma, nec oleum, nec ligamenta [43] ; » post pauca pœnitentiæ remedium illis adhibuit, dicens : « Lavamini, mundi estote, auferte iniquitates vestras ab animabus vestris coram oculis meis : cessate a malis vestris, discite bonum facere ; quærite judicium, liberate eum qui injuria afficitur a manu ejus qui injuria afficit eum [44]. » Deinde pollicetur se eos lanæ albæ et nivi similes redditurum, etiamsi coccineum et purpureum colorem habuerint [45]. Hoc vero præstare solus Deus potest. Tinctores enim in alios quidem colores album mutant : in album vero mutare alios colores non possunt. Creatori autem facilia sunt omnia. Sed orationem extra modum extendemus, **476** si omnes prophetarum adhortationes collegerimus. Plena enim his sunt et pro-

A τοῦ φυλάξασθαι τὸν ἀσεβῆ, τοῦ ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς τοῦ ζῆσαι αὐτὸν, αὐτὸς ὁ ἄνομος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι (13) αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ πονηρᾶς (14), καὶ ζῆν αὐτόν. » Εἶτα παραινετικῶς · « Ἐπιστροφῇ ἐπιστρέψατε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ὑμῶν τῆς πονηρᾶς, καὶ ἵνατί ἀποθνήσκετε, οἶκος Ἰσραήλ ; » Ἔπειτα κελεύει τῷ προφήτῃ, καὶ τοῦτον πρὸς αὐτοὺς διαπορθμεῦσαι τὸν λόγον · « Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὲ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου · Δικαιοσύνη δικαίου οὐ μὴ ἐξέληται αὐτὸν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ πλανηθῇ, καὶ ἀνομία ἀνόμου οὐ μὴ ἀποκτείνῃ αὐτὸν ἐν ᾗ ἂν (15) ἡμέρᾳ

B ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ (16) κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐνεχυριασμὸν ὀφείλοντος ἀποδῷ, καὶ ἅρπαγμα ἀποτίσει. Εἰ (17) ὁ ἄνομος ἐν τοῖς προστάγμασι τῆς ζωῆς διαπεπόρευται τοῦ μὴ ποιῆσαι ἄδικον, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ, πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτοῦ ἃς ἥμαρτεν οὐ μὴ μνησθήσονται αὐτοῦ (18), ὅτι κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐποίησεν, ἐν αὐτοῖς ζήσεται. » Καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ ὁ μακάριος Δανιὴλ τὰ τῆς μετανοίας προσενήνοχε φάρμακα. « Καὶ νῦν γὰρ, φησὶ, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι · καὶ (19) ἐν ἐλεημοσύνῃ ἀπόλουσαι τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. » Ἡ δὲ τοῦ θείου Ἱερεμίου προφητεία ταυτησὶ τῆς διδασκαλίας ἀνάπλεως. Νῦν

C μὲν γάρ φησιν· « Ἐπιστράφητε, υἱοὶ ἀφεστηκότες, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει Κύριος ὁ Θεός. » Νῦν δέ · « Ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου, Ἰσραὴλ, ἵνα σωθῇς, μήποτε εὑρεθῶσιν ἐν σοὶ διαλογισμοὶ πόνων σου. » Καὶ πάλιν · « Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει ; » Καὶ ἄλλας δὲ πλείστας ἔστιν εὑρεῖν τοιαύτας παρ' αὐτῷ νουθεσίας. Καὶ ὁ πάνσοφος δὲ Ἡσαΐας βοᾷ · « Ὅταν (20) ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ ποῦ ἦσθα ὅτε ἐπεποίθεις ἐπὶ τοῖς ματαίοις. » Κἀν τῷ προοιμίῳ δὲ παμπόλλας τοῦ λαοῦ

D παρανομίας διεξελθὼν, καὶ δείξας τὸ τῆς νόσου δυσίατον, « Οὐκ ἔστι γὰρ, ἔφη, μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. » Μετ' ὀλίγα, τὴν τῆς μετανοίας αὐτοῖς προσήγαγε θεραπείαν, πρὸς ἣν ἔλεγε · « Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος αὐτόν (21). » Εἶτα ὑπισχνεῖται ἐρίῳ λευκῷ καὶ χιόνι παραπλησίους

[34] Ezech. III, 17, 18. [35] Ezech. XXXIII, 11. [36] Ibid. [37] Ibid. 12, 14-16. [38] Dan. IV, 24. [39] Jerem. III, 14. [40] Jerem. IV, 14. [41] Jerem. VIII, 4. [42] Isa. XXX, 15. [43] Isa. I, 6. [44] Ibid. 16, 17. [45] Ibid. 18.

(13) ἐπιστρ. ibid. est ἀποστρέψαι.
(14) πον. Des. ibid.
(15) ἂν. Des. l. c.
(16) ποιήσ. Loco cit. est ποιήσει. Sed deest h. l. vers. 13, cum initio vers. 14.
(17) εἰ. Des. l. c.
(18) οὐ μὴ μν. αὐτ. Loco cit. leg. οὐ μνημονευθήσονται αὐτῷ.
(19) καὶ — ἀνομ. σου. Alias lectiones vide t. I, p. 1449, et t. II, p. 1149.
(20) ὅταν — στενάξῃς. Sic quoque t. II, p. 306, leg. Sed t. I, p. 1458, alia est lectio.
(21) ἐκ χ. ἀδ. αὐτ. Hæc aliena sunt ab isto loco.

Digitized by Google

αὐτοὺς ἀποφαίνειν, εἰ καὶ κόκκινον καὶ φοινικὴν ἔχοιεν χροιάν· Τοῦτο δὲ μόνῳ τῷ Θεῷ δυνατόν· οἱ γὰρ δευσοποιοὶ εἰς μὲν ἄλλα χρώματα τὸ λευκὸν μεταβάλλουσιν, ἄλλο δέ τι τῶν χρωμάτων μεταβαλεῖν εἰς λευκὸν οὐκ ἰσχύουσι· τῷ δὲ Ποιητῇ πάντα ῥᾴδια. Ἀλλὰ γὰρ πέρα τοῦ μέτρου μηκυνοῦμεν τὸν λόγον, εἰ πάσας τὰς τῶν προφητῶν παραινέσεις συλλέξαιμεν· πλήρης γὰρ τούτων καὶ ἡ προφητικὴ μελῳδία, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν τὰ θεσπίσματα. Ἀλλ' οἱ τὸν Ναυάτου διαδεξάμενοι τῦφον, μετὰ τὸ βάπτισμά φασι μὴ χρῆναι τοῖς ἁμαρτάνουσι θεραπείαν προσφέρειν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὡς καὶ οἱ παλαιοὶ τύπον εἶχον τῶν ἱερῶν μυστηρίων τὰ περιῤῥαντήρια, καὶ τὰς θείας ἱερουργίας. Ἵνα δὲ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τὴν ἄνοιαν αὐτὴν διελέγξωμεν, τὸν Ἀαρὼν εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Οὗτος γὰρ χρισθείς, καὶ πρῶτος ἀρχιερεὺς χειροτονηθείς, καὶ τοῦ θείου Πνεύματος τὴν χάριν δεξάμενος, εἶξε μὲν ταῖς δυσσεβέσιν αἰτήσεσι τοῦ παρανόμου λαοῦ, κατεσκεύασε δὲ τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου, καὶ θυσίας μετὰ τῶν ἄλλων προσενήνοχε Λευϊτῶν· ἀλλ' ὅμως συγγνώμης τετύχηκε, καὶ ἀρχιερατεύων μέχρι τελευτῆς διετέλεσε. Καὶ ὁ μέγας δὲ Δαβὶδ, προφήτης ὢν καὶ τοῦ θείου Πνεύματος τὴν χάριν ἔνοικον κεκτημένος, δύο χαλεπὰς παρανομίας εἰργάσατο, ἀλλὰ τὰ τραύματα διὰ μετανοίας ἰάσατο, καὶ οὐκ ἐγυμνώθη τῆς τοῦ (22) Πνεύματος χάριτος, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν πολλὰ τῶν ἐσομένων ἐθέσπισε. Περὶ τοῦ ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότος τί ἂν εἴποιεν, ὃς οὐ μόνον θείων μυστηρίων ἠξίωτο, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικοῦ ἐτετύχηκεν χαρίσματος; οὗ δὴ χάριν ὡς ἐπὶ σοφῷ καὶ πεπαιδευμένῳ μέγα φρονούντων τῶν ὑπ' ἐκείνῳ τελούντων, ὁ θεῖος Ἀπόστολος κατηγόρησεν εἰπών· « Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. » Ἀλλ' ὅμως καὶ διδάσκαλον ὄντα, καὶ μεγίστην παρανομίαν τετολμηκότα παραδοὺς τῷ Σατανᾷ, πάλιν αὐτὸν ἐξήρπασε τῶν ἐκείνου χειρῶν, καὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀποδέδωκε σώματι. Γράφει δὲ οὕτως ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ· « Ὃ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. Καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι (23), δι' ὑμᾶς. » Καὶ ἵνα μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ πρὸς χάριν ἀνθρώπων τοῦτο πεποιηκέναι, προστέθεικεν· « Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, τουτέστιν ὡς ὁρῶντος τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων, ὡς ἐπιστάμενος, ὅτι καὶ αὐτῷ ἀρέσκει τοῦτο γιγνόμενον. » Ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει· « Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. » — « Ὥστε ὑμᾶς (24) μᾶλλον χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. » Τοιαύτην εἶχον εὐσπλαγχνίαν οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι· ἰατροὶ γὰρ ἦσαν πνευματικοὶ, τῶν μὲν ἐῤῥωμένων τὴν ὑγείαν φυλάτ-

A phetica cantica, et aliorum prophetarum oracula. Sed qui Navati fastum hauserunt, post baptisma dicunt non oportere medicinam peccantibus præbere. Considerare autem illos conveniebat, veteres etiam sacrorum mysteriorum typum habuisse, aspersiones et divina sacrificia. Ut autem ex abundanti amentiam illam convincamus, Aaronem in medium producamus. [46] Hic enim cum unctus et primus pontifex creatus esset, divinique Spiritus gratiam percepisset, impiis quidem iniqui populi postulationibus cessit, et vituli effigiem erexit, atque hostias cum aliis Levitis obtulit. Attamen veniam consecutus est, et in pontificatu ad mortem usque permansit. Et magnus David, propheta cum esset, divinique Spiritus gratiam inhabitantem haberet, duo gravia B peccata commisit [47], sed vulnera per pœnitentiam curavit, nec Spiritus gratia privatus est, sed etiam post peccatum multa futura vaticinatus est. De eo autem [48], qui Corinthi fornicatus est, quid dicent? qui non solum divinis sacramentis dignus est habitus, sed docendi quoque gratiam assecutus est. Quare cum tanquam de viro docto et sapiente se jactarent qui sub eo erant, divinus Apostolus illos reprehendit, dicens: « Et vos inflati estis, et non potius luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc fecit [49]. » Verumtamen, cum eum qui doctor erat, et **477** maximum flagitium patrare ausus fuerat Satanæ tradidisset, rursus illum ex ejus manibus eripuit, et corpori Ecclesiæ reddidit. Ita C autem scribit in secunda Epistola: « Cui autem aliquid donatis, et ego. Nam et ego si quid donavi, cui donavi, propter vos [50]. » Et ne quis existimaret illum in gratiam hominum id fecisse, subjunxit: « In persona Christi, hoc est, tanquam vidente universorum Domino, ut qui scirem illi placere quod fiebat [51]. » Unde et causam addit: « Ut non circumveniamur a Satana: non enim ignoramus cogitationes ejus [52]. » — « Ut magis donetis et consolemini: ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est [53]. » Hujusmodi habebant commiserationem Ecclesiæ magistri. Erant enim medici spirituales, sanorum quidem valetudinem conservantes, male autem affectorum morbos profligantes. Hoc procurans hæc quoque litteris ad eos scriptis indidit: D « Ne cum rursus venero, humiliet me Deus meus apud vos, et lugeam multos eorum qui prius peccaverunt, et pœnitentiam non egerunt de immunditia, et fornicatione, et intemperantia, quam commiserunt [54]. » Sic etiam Galatas, qui a fide desciverant, et post vocationem gratiæ, et divinorum mysteriorum perceptionem, circumcisionem susceperant, et legalium observationem amplexi fuerant, reducit ad salutem, et pœnitentiæ illis apponit reme-

[46] Exod. xxxii, 2 seqq. [47] II Reg. xi, 1 seqq. [48] I Cor. v, 1. [49] Ibid. 2. [50] II Cor. ii, 10. [51] Ibid. [52] Ibid. 11. [53] Ibid. [54] II Cor. xii, 21.

(22) τοῦ. Ex edit. Rom. insertum.
(23) ᾧ κεχ. Des. in edit. Rom.
(24) ὑμ. Deest τοὐναντίον, quod l. c. præcedit. Rec. lectio μᾶλλον ὑμᾶς exstat t. III, p. 297, sed ὑμ. μᾶλλον leg. etiam apud Nostrum in epist. 77.

Digitized by Google

dia, 479 et piæ matris vocem emittit: « Filioli mei, quos ego iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [55]. » Hanc autem nobis doctrinam Dominus quoque Christus per parabolas suas tradidit. Nam et ovis quæ perierat, et drachma amissa, curam nos eorum agere docent qui peccarunt [56]. Prodigus vero filius transgressionem post baptismum factam aperte significat [57]. Accepta enim paternarum facultatum parte, quæ ipsi competebat, eaque intemperanter consumpta, reversus est. Et tamen optima stola ornatus est, et per annulum divinam imaginem recepit, [57'] et saginatum vitulum comedit, et festum maximum patri attulit. Sed et omnis Domini doctrina et actio peccatorum curationem docent, et vocati publicani, et meretrix accedens, et latro credens, et benignitatis sermones: « Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Non enim opus habent sani medico, sed qui male habent. » Quod si hæc ante baptismum facta dicunt, primum Ecclesiæ fundamentum concussum fuisse sciant, et divina gratia confirmatum. Qui enim ter negaverat magnus Petrus, primus mansit, suis lacrymis curatus. Hanc etiam ut fratribus medicinam adhiberet præcepit illi Dominus. « Et tu enim, inquit, conversus confirma fratres tuos [58]. » Et cum discipulis orandi formam daret, 479 jussit ut dicerent: « Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris [59]. » Hanc porro orationem nos non initiatos non docemus, sed initiatos. Nullus enim eorum qui initiati non sunt dicere audet, « Pater noster, qui es in cœlis, » cum adoptionis filiorum donum nondum susceperit. Qui autem baptismatis donum est assecutus, Deum Patrem vocat, tanquam in gratiæ filios allectus. Hi ergo jussi sunt dicere: « Remitte nobis debita nostra. » Hinc medicabilia sunt etiam quæ post baptismum fiunt vulnera; medicabilia autem, non ut olim per solam fidem data remissione, sed per multas lacrymas, et fletus, et luctus, et jejunia, et orationem, et laborem commissi peccati magnitudini respondentem. Qui enim sic affecti sunt, de iis nec desperare docti sumus, nec illis facile sacra impertiri. « Nolite, inquit, dare sanctum canibus, nec projiciatis margaritas ante porcos [60]. » Has Ecclesia de pœnitentia leges habet.

A τοντες, τῶν δὲ κακῶς διακειμένων τὰς νόσους ἐλαύνοντες. Τοῦτο πραγματευόμενος, καὶ ταῦτα τοῖς πρὸς τούτοις ἐντέθεικε γράμμασι· « Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν. » Οὕτως Γαλάτας παρατραπέντας τῆς πίστεως, καὶ μετὰ τὴν κλῆσιν τῆς χάριτος καὶ τὴν τῶν θείων μυστηρίων ἀπόλαυσιν, τὴν περιτομὴν δεξαμένους, καὶ τῶν νομικῶν παρατηρήσεων ἀσπασαμένους τὴν φυλακήν, ἐπανάγει πρὸς τὴν σωτηρίαν, καὶ τὰ τῆς μετανοίας αὐτοῖς (25) ἐπιτίθησι φάρμακα, καὶ ἀφίησι μητρὸς φιλοστόργου φωνήν· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Ταύτην δὲ ἡμῖν τὴν B διδασκαλίαν καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς διὰ τῶν οἰκείων παραβολῶν προσενήνοχε. Καὶ γὰρ τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, καὶ ἡ ἐκπεσοῦσα δραχμὴ, τῶν ἡμαρτηκότων ἐπιμέλεσθαι διδάσκουσιν. Ὁ δὲ ἄσωτος υἱὸς ἀντέκρυς τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα γεγενημένην παράβασιν δηλοῖ. Τῆς γὰρ πατρῴας οὐσίας τὴν προσήκουσαν μοῖραν λαβὼν, καὶ ταύτην ἀσώτως κατεδηδοκὼς, ἐπανῆλθεν· ἀλλ' ὅμως τῆς πρώτης ἠξιώθη στολῆς, καὶ διὰ τοῦ δακτυλίου τὴν εἰκόνα τὴν θείαν ἀπέλαβε, καὶ τοῦ σιτευτοῦ ἀπήλαυσε μόσχου, καὶ ἑορτὴν μεγίστην ἐσχεδίασε τῷ πατρί. Καὶ πᾶσα δὲ τοῦ Κυρίου διδασκαλία καὶ πρᾶξις, τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἰατρείαν διδάσκουσι, καὶ οἱ κληθέντες τελῶναι, καὶ ἡ προσελθοῦσα πόρνη, καὶ ὁ πιστεύσας λῃστὴς, C καὶ τῆς φιλανθρωπίας οἱ λόγοι· « Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Εἰ δὲ ταῦτα πρὸ τοῦ βαπτίσματος λέγουσι γεγενῆσθαι, τὸν πρῶτον τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιον καταμάθωσι κλονούμενον, καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος βεβαιούμενον. Τρὶς γὰρ ὁ μέγας ἀρνησάμενος Πέτρος ἔμεινε πρῶτος, τοῖς δάκρυσι τοῖς οἰκείοις θεραπευθείς. Ταύτην αὐτῷ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς προφέρειν τὴν θεραπείαν ὁ Δεσπότης ἐκέλευσε· « Καὶ σὺ γὰρ, φησὶν, ἐπιστρέψας στήριξον (26) τοὺς ἀδελφούς σου. » Καὶ προσευχῆς δὲ τύπον τοῖς μαθηταῖς δεδωκὼς, προσέταξε λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. » Ταύτην δὲ τὴν προσευχὴν D οὐ τοὺς ἀμυήτους, ἀλλὰ τοὺς μυσταγωγουμένους διδάσκομεν. Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ· « Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, » μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα (27). Ὁ δὲ τῆς τοῦ βαπτίσματος τετυχηκὼς δωρεᾶς, Πατέρα καλεῖ τὸν Θεὸν, ὡς εἰς τοὺς υἱοὺς τελέσας τῆς χάριτος. Οὗτοι τοίνυν προσετάχθησαν λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. » Ἱάσιμα τοιγαροῦν καὶ τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα γενόμενα τραύματα· ἱάσιμα δὲ, οὐχ ὡς πάλαι διὰ πίστεως μόνης τῆς ἀφέσεως διδομένης· ἀλλὰ διὰ δακρύων πολλῶν, διά τε ὁδυρμῶν, καὶ κλαυθμῶν, καὶ νηστείας, καὶ προσευχῆς, καὶ πόνου· τῇ ποσότητι τῆς γεγονυίας ἁμαρτίας συμμετρουμένου. Οὔτε γὰρ ἀπαγορεύειν (28) ἐδιδάχθημεν τοὺς μὲν (29) οὕτω διακειμένους, οὔτε (30) προχείρως

[55] Galat. IV, 19. [56] Luc. XV, 4, 8. [57] Ibid. 11 sqq. [57'] Matth. IX 12, 13. [58] Luc. XXII, 32. [59] Matth. VI, 12. [60] Matth. VII, 6.

(25) αὐτ. Edit. Rom. αὐτῶν.

(26) ἐπ. στήρ. Edit. prior habebat ἐπιτρέψας, στήρισον. Deest ποτὲ, quod l. c. ponitur ante ἐπιστρέψας.

(27) χάρ. Edit. Rom. χρίσμα.

(28) ἀπαγ. Ita ad calcem edit. Rom. emendatur lectio δέχεσθαι.

(29) μέν. Abest ab emendata lectione, editioni Rom. subjuncta, cujus tectus habet μή.

(30) οὔτε — θείων. Edit. Rom. habebat οὔτε δεῖ αὐτοῖς διὰ χειρὸς μεταδιδ. τ. θείων.

Digitized by Google

μεταδιδόναι τῶν θείων. « Μὴ βάλλετε (31) γὰρ, φησὶ, ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε (32) τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. » Τούτους ἡ Ἐκκλησία καὶ περὶ μετανοίας ἔχει τοὺς νόμους.

A

ΚΘ'. — *Περὶ ἐγκρατείας.*

Οἴνου δὲ καὶ κρεωφαγίας ἀποχὴν, καὶ τὴν ἄλλην ἐγκράτειαν, οὐ τοῖς αἱρετικοῖς παραπλησίως ἀσπάζεται. Οἱ μὲν γὰρ ὡς βδελυκτῶν τούτων νομοθετοῦσιν ἀπέχεσθαι· ἡ δὲ Ἐκκλησία οὐδὲν περὶ τούτων νενομοθέτηκεν· οὐδὲ γὰρ ἀπαγορεύει τὴν τούτων μετάληψιν. Τούτου χάριν ἀδεῶς οἱ μὲν τῶν νενομισμένων ἡδέων ἀπολαύουσιν, οἱ δὲ ἀπέχονται. Κατακρίνει δὲ οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων τὸν ἐσθίοντα· καὶ ἡ ἀποχὴ γὰρ, καὶ ἡ μετάληψις, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τελοῦσι τῆς γνώμης, καὶ ὁ μονήρης δὲ βίος οὐκ ἀναγκαστικὸς, ἀλλ' αὐθαίρετος. Καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τῶν ἀποστολικῶν ἐδιδάχθημεν νόμων· « Ὁ ἐσθίων γὰρ, φησὶ, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. » Καὶ πάλιν· B « Πάντα (33) καθαρὰ, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι. » Καὶ τοῦτο δὲ αὐτῶν τῶν ἀνοσίων κατηγορῶν ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ ταῦτα γέγραφε· « Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ἐσχάτοις (34) καιροῖς ἀποπλανηθῶσί (35) τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνης (36), καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων (37), ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων (38) τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν· ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. » Καὶ Κορινθίοις δὲ προσέταξε πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίειν, μηδὲν ἀνακρίνοντας C διὰ τὴν συνείδησιν. Καὶ τὸν ὑπό τινος τῶν ἀπίστων καλούμενον εἰς ἑστίασιν τῶν παρατιθεμένων ἀδεῶς μεταλαμβάνειν ἐκέλευσεν, εἰ μή τις ἄρα μηνύσῃ εἰδωλόθυτα εἶναι τῶν ὄψων τινά. Τοσοῦτον ἀπέσχετο ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ κωλύσαι τῶν κρεῶν τὴν μετάληψιν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἔφη περὶ ἑαυτοῦ· « Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. » Καὶ τὸ Πάσχα δὲ ἐπιτελέσας, τὸν ἀμνὸν ἔφαγε, δηλονότι μετὰ τῶν μαθητῶν· καὶ εἰς τὸν γάμον κληθεὶς, οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε τὸ πίνειν, ἀλλὰ καὶ οἶνον τοῖς ἐστιωμένοις παραδόξως ἐδημιούργησε. Τοιγαροῦν καὶ τῶν Ἐγκρατιτῶν τὴν πλάνην τὰ θεῖα δόγματα λαμπρῶς D ἀπελέγχουσιν· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τοῖς μὲν τῶν αἱρετικῶν ἀντιτάττεται μύθοις, τοῖς δὲ θείοις δόγμασιν ἐπακολουθεῖ. Παρακαλῶ τοίνυν τοὺς ἐντευξομένους τῇδε τῇ συγγραφῇ, ἑκάστῳ τῶν πονηρῶν ἐκείνων δογμάτων παραθεῖναι τὰ θεῖα, καὶ τῇ παρ-

XXIX. — *De abstinentia.*

Abstinentiam autem a vino esuque carnium, et reliquam continentiam, non similiter ac hæretici amplectitur. Illi enim ab his tanquam abominandis abstinere præcipiunt : Ecclesia vero de his nihil præcipit. Neque enim horum usum interdicit. Ideo **480** alii quidem permissis voluptatibus securi fruuntur, alii vero abstinent. Et nemo qui recte sapiat condemnat eum qui comedit. Nam et abstinentia et participatio sunt in mentis potestate. Monastica porro vita necessitate non suscipitur, sed libera voluntate. Hoc autem ex apostolicis legibus didicimus. « Is qui manducat, inquit, non manducantem ne spernat, et qui non manducat, manducantem non judicet [61]. » Et rursus : « Omnia quidem sunt munda : sed malum est homini, qui per offendiculum manducat [62]. » Itaque impios ipsos reprehendens in Epistola ad Timotheum sic scripsit : « Spiritus autem manifeste dicit, fore ut in novissimis temporibus discedant quidam a fide, attendentes ad spiritus erroris, et doctrinas dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur : sanctificatur enim per verbum Dei et orationem [63]. » Et Corinthiis quoque præcipit [64], omne quod in macello venit manducare, nihil interrogantes propter conscientiam. Et eum qui ab aliquo infideli vocatur ad convivium, ea quæ apponuntur secure manducare jussit, nisi forte indicarit quispiam aliqua ex obsoniis esse idolis immolata. **481** Tantum abfuit divinus ille vir, ut carnium usum prohiberet. Jam vero et Dominus ipse de seipso dixit : « Venit Filius hominis comedens et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus [65]. » Et cum pascha celebraret, agnum comedit, cum discipulis videlicet : et ad nuptias vocatus, non solum bibere non vetuit, sed vinum etiam convivantibus admirabiliter produxit. Encratitarum ergo (sive Abstinentium) etiam errorem divina dogmata clare convincunt. Dei autem Ecclesia, et fabulis hæreticorum adversatur, et divina dogmata sequitur. Rogo igitur eos qui in hanc scriptionem inciderint, ut cum unoquoque pravorum illorum dogmatum divina conferant, et ex collatione

[61] Rom. XIV, 3. [62] ibid. 20. [63] I Tim. IV, 1-5. [64] I Cor. X, 25. [65] Matth. XI, 19.

(31) βάλλ. Loco cit. est δῶτε.
(32) ῥίψ. Ibid. est βάλητε.
(33) πάντα. Deest μὲν, quod l. c. sequitur.
(34) ἐσχ. Supra, p. 326, et t. III, p. 659, erat ὑστέροις.
(35) ἀποπλ. Utroque loco est ἀποστήσονται
(36) πλ. Ita quoque t. III, l. c. leg. Sed aliam lectionem vid. supra, p. 326.
(37) δαιμ. Utroque loco est δαιμονίων.
(38) κεκ. Edit. prior habebat κεκαυστηριασμένων, sed alibi semper leg. κεκαυτηριασμένων.

Digitized by Google

tempus indicant, et temporum vicissitudinem signant; **511** per mare autem naviganti viæ ad terram duces sunt. Aer item abs te haustus, eum, qui tibi ingenitus est, calorem recreat. Pluviæ agriculturæ fructus enutriunt. Et dum frigora ciet (naturæ Conditor), plantas simul et semina in altum germinare prohibet, et vegetativam vim in radices distribuit, eamque in altum obluctantem frigore, flagello quodam, ad inferiora compellit. Idem reptilium quoque, quæ et plantis et seminibus nocent, ceu corpora perdit : simulque tibi alumnarum avium genera exhibet. Quid vero hic fructus, qui e terra, e fontibus, e fluviis et mari proveniunt, enumerare attinet? His ergo cum fruaris omnibus, largitoris tamen oblivisceris? Et cum creatarum rerum fructus percipias, adversus Creatorem tamen insanis, furis, et desipis? Imo et dona, quæ manibus gestas, non sentis, sed contradicendi rabie laboras? Novi enim objectiones tuas : sed nec illas ipsas huic sermoni adjungere, nec earumdem solutiones subtexere institui. Sed cum alter mihi sermo quo juvari possum, restet, Providentiam, quam tu oppugnas, hisce rationibus fulcire volui. Interea te hic dimissum in eorum quæ dicta sunt consideratione cum voluptate versari, et undiquaque salutem tuam venari jubens, ipse omnium Gubernatorem laudibus decantabo, cui debetur gloria in æternum. Amen.

των, εἰς δὲ τὰς ῥίζας ἐκπέμπει τὴν αὐξητικὴν δύναμιν, καὶ οἷόν τινι μάστιγι τῷ κρυμῷ, τὴν ἄνω φερομένην ἐπὶ τὰ κάτω διώκει. Διαφθείρει τῶν ἑρπετῶν τὰ σώματα, καὶ φυτοῖς καὶ σπέρμασι λυμαινόμενα· χορηγεῖ σοι τῶν τροφίμων (78) ὀρνίθων τὰ γένη. Καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς ἀπὸ γῆς καρποὺς, τοὺς ἐκ πηγῶν, τοὺς ἐκ ποταμῶν, τοὺς ἐκ θαλάττης; Τούτων ἀπολαύων ἀμνημονεῖς τοῦ δοτῆρος; Καὶ τὴν κτίσιν τρυγῶν, κατὰ τοῦ Κτίστου λυττᾷς, καὶ μέμηνας, καὶ παραπαίεις; Καὶ οὐκ αἰσθάνῃ τῶν δωρεῶν, ταύτας ἐν ταῖς χερσὶ περιφέρων, ἀλλ' ὠδίνεις τὴν ἀντίῤῥησιν; Οἶδα γάρ σου τὰς ἀντιθέσεις (79), ἐγὼ δὲ οὔτε ταύτας τῷδε τῷ λόγῳ προσθήσω, οὔτε τὰς λύσεις προσαρμόσω. Ἕτερον δὲ λόγον συνεργὸν ἔχων, τὴν ὑπὸ σοῦ πολεμουμένην προμήθειαν ὑφῆναι διὰ τούτων βεβούλευμαι. Ἐνταῦθά σε τοίνυν καταλιπὼν, καὶ τῇ τῶν εἰρημένων ἐντρυφῆσαι θεωρίᾳ παρακαλέσας, καὶ πανταχόθεν ἑλκῦσαι τὴν ὠφέλειαν, τὸν τοῦ παντὸς Κυβερνήτην ὑμνήσω· ᾧ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

512 ORATIO III.

Demonstratio (Providentiæ) ex humani corporis fabrica.

Qui corporibus valent, iis medicorum cura minime opus est : valetudo enim salva et incolumis pharmacorum ope non indiget. Qui autem morbo aliquo infestantur, medicos in auxilium vocare consueverunt, quorum arte et armis contra morbos auxiliariis usi, illos quasi hostes quosdam e corporibus propulsare conantur. Medica enim ars corporibus auxilium præbet, et morbis insidias struit. Similiter qui animabus suis valent, et illas pietate sana et integra exornatas habent, nullis doctrinæ pharmacis indigent : qui autem prava aliqua opinione tenentur, quique profanorum dogmatum morbos contraxere, et temporis diuturnitate ex affectione habitum morbi nacti sunt, multis purgationibus opus habent, quæ inimicam illam materiam repellere, animasque puriores reddere queant. Sed et multis aliis pharmacis indigent, quæ genitales peccantis materiæ meatus sua virtute occludant et obstruant, atque noxios dolores sedent. Quoniam itaque periculosus admodum et difficilis illorum morbus est, qui mundo providentiæ curam auferre conantur, duo quidem pharmaca, ex mundi partibus temperata, jam illis obtulimus : ut vero omnem morbum radicitus evellamus, et illos a molesta et difficili hac infirmitate omnino liberemus, tertium quoque illis parare et offerre aggrediemur. Hujus autem parandi materiam, nec e cœlo, vel terra, vel mari, nec ex sole, vel luna, aut reliquis stellis, nec item ex aere, vel nubibus, aut **513** ventis, nec etiam ex fluminibus vel fontibus aut puteis, sed ab

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Ἀπόδειξις ἀπὸ τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος κατασκευῆς.

Οἱ μὲν εὖ μάλα πως τὸ σῶμα διακείμενοι, τῆς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπείας οὐ δέονται· ἀκραιφνὴς γὰρ ὑγεία τῆς τῶν φαρμάκων ἐπικουρίας οὐκ ἐνδεής· οἱ δ' ὑπὸ νόσου πολεμούμενοι, καλεῖν εἰώθασι τοὺς ἰατροὺς εἰς βοήθειαν, καὶ τοῖς ὅπλοις τῆς τέχνης κατὰ τῶν παθῶν χρώμενοι συνεργοῖς, ὥσπερ τινὰς πολεμίους ἐκ τῶν σωμάτων διώκειν ἐπιχειροῦσιν. Ἰατρικὴ γὰρ τέχνη σωμάτων ἐπίκουρος, καὶ παθῶν ἐπίβουλος. Καὶ τὰς ψυχὰς τοίνυν οἱ μὲν ἐῤῥωμένας ἔχοντες, καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας ὑγείᾳ λαμπρυνομένας, τῶν διδασκαλικῶν φαρμάκων οὐ χῤῄζουσιν· οἱ δὲ προλήψει πονηρᾷ κατεχόμενοι, καὶ τῶν βδελυρῶν δογμάτων τὴν νόσον δεξάμενοι, καὶ τῷ χρόνῳ τὴν διάθεσιν ἕξιν ἐργασάμενοι, πολλῶν μὲν δέονται καθαρτηρίων, τὴν μοχθηρὰν ἐκείνην ὕλην ἀναμοχλεῦσαι δυναμένων, καὶ τὰς ψυχὰς καθαρὰς ἀποφῆναι· πολλῶν δὲ φαρμάκων, τοὺς γεννητικοὺς ἐκείνης πόρους τῷ δραστηρίῳ κλώντων τε καὶ φραττόντων, καὶ τὰς πονηρὰς ὠδῖνας παυόντων. Ἐπειδὴ τοίνυν παγχάλεπος καὶ δυστράπελος τῶν τὴν κτίσιν προνοίας ἀποστερεῖν ἐπιχειρούντων ἡ νόσος, δύο μὲν αὐτοῖς ἤδη φάρμακα προηνέγκαμεν, ἐκ τῶν τῆς κτίσεως μορίων ταῦτα κεράσαντες· ἵνα δὲ πρόῤῥιζον ἀνασπάσωμεν τὴν νόσον, καὶ τέλεον αὐτοὺς τῆς χαλεπῆς ἀπαλλάξωμεν ἀῤῥωστίας, καὶ τρίτον αὐτοῖς κατασκευάσαι τε καὶ προσενεγκεῖν πειρασόμεθα. Τῆς δὲ κατασκευῆς τὰς ὕλας οὐκ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, οὐδ' ἐξ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων φωστήρων, οὐδ' ἐξ ἀέρος, καὶ νεφῶν, καὶ πνευμάτων, οὐδ' ἐκ ποταμῶν, καὶ πηγῶν, καὶ φρεάτων,

(78) τῶν τροφ. ibid. τῷ τροφίμῳ.

(79) ἀντιθ. ibid. ἀντιῤῥήσεις.

Digitized by Google

ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν βλασφημεῖν ἐπιχειρούντων ληψόμεθα. Στόμα γὰρ εἰληφότες παρὰ τοῦ κτίσαντος, ἵν' ὑπὲρ ὧν ἀπολαυουσιν ἀγαθῶν τῷ δοτῆρι τὸν ὕμνον προσφέρωσιν, οὐ μόνον ὑμνεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλὰ καὶ βλασφημίαις (80) τὴν γλῶσσαν μιαίνουσι, καὶ τὸ λογικὸν ἀτιμάζουσιν ὄργανον. Ἀρκεῖ δὲ καὶ τοῦτο μόνον τὸ μόριον δεῖξαι τοῦ πεποιηκότος, οὐ τὴν σοφίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄπλητον (81) φιλανθρωπίαν. Ὀργάνῳ γὰρ ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων, καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐκφυσουμένῳ, καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῶν τοῦ τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἐναρμόνιον ἐκείνην ἠχήν. Ἀλλ' οὐχ ἡ φύσις παρὰ τῆς τέχνης, ἡ τέχνη δὲ παρὰ τῆς φύσεως ἐδιδάχθη τῆς τερπνῆς ἐκείνης ἠχῆς τὸ μηχάνημα· ἀρχέτυπον γὰρ τῆς τέχνης ἡ φύσις, ἴνδαλμα δὲ τῆς φύσεως ἡ τέχνη.

illis ipsis, qui blasphemias hujusmodi effundere student, petemus. Cum enim illis os a Creatore donatum sit, ut pro acceptis ab illo bonis largitori laudem offerant, non modo illum laudare recusant, sed blasphemiis quoque linguam polluunt, et nobile illud orationis instrumentum ignominiosissime tractant. Atqui unicum illud hominis membrum, Creatoris non modo sapientiam, sed immensam quoque erga nos bonitatem sufficienti demonstratione testari potest. Organo enim musico, quod æneis fistulis constat, et follium flatu vel aura inspiratum, artificisque digitis motum, soni concinnam hanc vocem edit, plane simillimum est. Non autem ab arte natura principium duxit, sed ars a natura jucundi illius et suavis concentus organum fabricare didicit. Exemplar enim artis natura est, simulacrum vero naturæ ars.

Ἄθρει τοιγαροῦν ὁ λόγου μὲν τετυχηκὼς, ἀτιμάζων δὲ τῇ τιμῇ τὸν τιμήσαντα, πῶς ὑπόκειται μὲν ὁ πνεύμων δίκην ἀσκοῦ, ἀποθλίβουσι δὲ αὐτὸν, οὐ πόδες ἀνθρώπου, ἀλλ' οἱ περικείμενοι τῷ θώρακι μύες, συστέλλοντες αὐτὸν καὶ διαστέλλοντες. Ἀναπέμπει δὲ οὑτοσὶ διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ συνωθούμενον, ἀνοίγει μὲν τὴν ἐπιγλωττίδα, φέρεται δὲ διὰ τοῦ φάρυγγος ἐπὶ τὸ στόμα. Ὁ δὲ λόγος, τῆς γλώττης οἷόν (82) τινος δεξιᾶς ἐπειλημμένος, ταύτην τοῖς ὀδοῦσι καθάπερ τοῖς χαλκοῖς ἐκείνοις προσφέρει καλάμοις, καὶ ἄνω καὶ κάτω διαθέειν καὶ διολισθαίνειν εὐπετῶς καὶ μάλα ῥᾳδίως κατασκευάζει· συνεργεῖ δὲ αὐτῇ πρὸς τὴν εὐκολίαν τοῦ δρόμου, ὁ ὑποκείμενος ἀδὴν, οἷόν τις λιβὰς ἀναβλύζων νοτίδα. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴν ὁ συχνὸς καταξηραίνει δρόμος, ἐδεῖτο μετρίας ὑγρότητος, τεγγούσης αὐτὴν καὶ λειαινούσης, καὶ τὴν κίνησιν ῥᾴστην ἐργαζομένης. Οὕτω τοιγαροῦν διὰ τῆς γλώττης τοῖς ὀδοῦσι τοῦ λόγου προσομιλοῦντος, καὶ τοῦ πνεύματος, ὡς ἔφην, φερομένου, καὶ τῶν χειλέων πτυσσομένων, καὶ τοῦ ἀέρος τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος ἐναρμονίως πληττομένου, ἡ ἔναρθρος ἀποτελεῖται φωνὴ, καὶ γίνεται ὄχημα τοῦ λόγου τὸ ἔνδοθεν ἐκφερόμενον πνεῦμα, καὶ ὡς περιττὸν ἀπωθεῖται τὸ λιγνυῶδες ἡ φύσις. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ πηγὴν τὴν καρδίαν ὁ Πλάστης πεποίηκε, καὶ ἐκ τοῦδε τοῦ μορίου πᾶν τὸ σῶμα τῆς θερμῆς μεταλαμβάνει ποιότητος, ἐδεῖτο δὲ καὶ μικρᾶς τινος ἀναψύξεως πολλῷ τῷ θερμῷ συνεχομένη, καταπνεῖσθαι αὐτὴν διὰ τοῦ πνεύμονος πεποίηκεν ὁ τῆς φύσεως Ποιητής. Οὗτος γὰρ διὰ μὲν τῆς τραχείας ἀρτηρίας τὸ καθαρὸν ἔξωθεν δέχεται πνεῦμα, διὰ δὲ τῆς λείας τοῦτο παραπέμπει τῇ εὐωνύμῳ τῆς καρδίας κοιλίᾳ· ἐκεῖθεν γὰρ, ὥς φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα ἀκριβῶς ἱστορήσαντες, αὕτη τὴν ἔκφυσιν ἔχει. Παραπέμπων δὲ οὗτος ὁ πνεύμων τὸ καθαρὸν πνεῦμα, τὸ λιγνυῶδες ἀντιλαμβάνει, καὶ τοῦτο ὡς περιττὸν διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἐπὶ τὰ ἔξω πάλιν ὠθεῖ, καὶ γίνεται τὸ περιττὸν καὶ ἄχρηστον παντελῶς, τοῦ νοῦ βουληθέντος, καὶ τὴν γλῶτταν ἐν ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ κινήσαντος,

Considera igitur, o homo, qui cum loquendi donum divinitus acceperis, eum tamen, qui te tanto honore dignatus est, merito suo honore spolias, quomodo pulmo quidem instar follis vel utris situs sit : quem non hominis alicujus pedes, sed thoraci adjacentes musculi ipsum contrahentes simul et dilatantes exprimunt. Hic vero per arteriam trachiam spiritum emittit, qui expulsus gutturis operculum aperit et per ipsum guttur ad os usque effertur. Ratio autem lingua quasi dexteræ manus officio utens, ipsam dentibus ceu æneis quibusdam fistulis infert, facitque, ut sursum et deorsum discurrere, et expedite simul et facile elabi queat. **514** Simul autem huic motus facilitati subjacens illa glandula epitulatur, quæ fontis instar perpetuo humore scatet. Cum enim assiduus ille motus linguam exsiccet, justo utique et modico humore opus erat, qui ipsam et humectaret, et læviorem redderet, motumque præberet facilem. Postquam ergo hominis sermo per linguam dentibus illisus est, spiritu simul, ut dixi, emisso, et labiis contractis, et aere spiritus emissione consonanter percusso, articularis illa vox perficitur, et sermonis vehiculum fit spiritus, qui ex interioribus effertur, natura nimirum fuliginosum tanquam superfluum expellente. Cum enim cor naturalis caloris fontem rerum Opifex fecerit, et ex hoc totum corpus caloris qualitatem hauriat, tum ipsum quoque cor tanto calore occupatum refrigerio opus haberet, pulmonis respiratione illud recreari curavit naturæ Conditor. Hic enim purum, qui extra nos est, aerem per trachiam arteriam suscipit, per lævem vero illum ipsum ad sinistrum cordis sinum transmittit : inde enim, quemadmodum tradunt qui de his diligentius perscripsere, illa principium ducit. Pulmo autem purum illum aerem (cordi) transmittens, alterum illum, qui jam (cordis calore fervens) fuliginosus est, recipit, et eumdem ceu superfluum per asperam arteriam rursus foras expellit : adeo ut qui superfluus et omnino inutilis videbatur, mente hominis sic volente, quæ et linguam concinne et

(80) βλ. Edit. Paris. βλασφημίας. Minus recte.
81) ἄπλ. Edit. prior habebat ἄπλετον. Parisina ἄπληστον.
(82) οἷον. Edit. Paris. οἷα. Sic quoque post pauca.

Digitized by Google

decenter movet, sermonis vehiculum fiat : et (spiritus ille), quem ceu noxium pulmo a corde evexit et expulit, articulatæ vocis est adjutor. Vere ergo exclamare licet : « O profunditatem **515** divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei [6] ! » vere : « Quis enarrabit potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus [7] ? » vere, inquam, dicimus : « Quam magnificata sunt opera tua, Domine ! omnia sapienter fecisti [8]. » Et quænam oratio Creatoris laudibus sufficiet? Quibus verbis corporis nostri fabrica digne enarrari poterit? Quis sermo, ut sermonis organa exponat, erit sufficiens? Quis ad tantam pervenit sapientiam, ut Creatoris sapientiam plene perspexerit? Tu vero, cum hæc videas et eorumdem usu fruaris, horum tamen auctorem celebrare detrectas, imo negligentiæ illum accusas, qui omnium quæ fecit curam gerit diligentissimam. Et sane unica hæc (humani corporis) pars Creatoris studium, quo erga viventem hanc creaturam suam tenetur, plenissime demonstrare potest. Cum enim sermonis usu nos donaverit, ea etiam quæ sermoni conveniunt, dedit organa. A quibus imitationis ansam accipiens ars tibias fecit, imo et lyras et citharas composuit. Nam dentium loco chordæ extensæ sunt, labiorum autem usum æs implet, et linguæ officium ipsis chordis plectrum exhibet : manus autem dum ab acuto sono ad gravem transit, hominis rationem imitatur, quæ linguam sursum et deorsum currentem moderatur. Verumtamen tanta licet arti diligentia insit, numerum quidem et consonantiam carminis homines admirantur, nullam vero articulatam vocem vel sermonem audiunt. Naturæ enim æmulatrix est ars, articulatam vero vocem natura perficit, utpote quæ a Deo omnium Creatore sit condita. Et quemadmodum ars animalis figuram **516** imitari consuevit, et vel æneam massam vel lapidem in humanæ formæ speciem effingit, simulque et oculos et nares, os denique, aures, collum, manus, pectus, ventrem, femora et crura pedesque addit, sensum vero ac rationem, motusque voluntarii facultatem largiri non potest : sic lyra quoque et cithara, et quod ex æneis fistulis constat organum, sonum quidem concinnum, et suis constantem numeris per inspirationes vel pulsationes reddunt, vocem vero articulatam solum illud vivum, quod horum exemplar est, organum edit. Hoc enim ipsius Creatoris opus est : illa vero omnia ab eo facta sunt, qui Creatoris imago est : adeo ut homo, qui Creatoris imago est, ipsum Creatorem imitari contendat. Et sane quæcunque sic fiunt, umbris cum ipsa rerum veritate pugnantibus simillima videntur, quæ formam quidem rerum referunt, ipsa autem operandi virtute carent. Tantam ergo in hisce organis Dei omnium creatoris providentiam cernens, desine, quæso, illi negligentiæ crimen objicere. Porro, ut ex aliis membris quoque Creatoris, quam de nobis gerit, curam cognoscas, agedum ad ipsum cor te reducamus.

A ὄχημα τοῦ λόγου· καὶ τὸ (83) ὡς βλαβερὸν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκφορούμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύμονος ὠθούμενον, τῆς ἐνάρθρου φωνῆς γίνεται συνεργόν. Ἀληθῶς· « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως τοῦ Θεοῦ ! » ἀληθῶς· « Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ ; » Ἀληθῶς· « Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. » Ποῖος ἀπόχρη λόγος εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ Κτίσαντος ; Ποῖος ἀρκεῖ λόγος εἰς τὴν τῆς οἰκείας δημιουργίας διήγησιν; Τίς ἱκανὸς ἑρμηνεῦσαι λόγος τοῦ λόγου τὰ ὄργανα; Τίς εἰς τοσοῦτον σοφίας ἀφίκετο, ὡς τοῦ Πλάστου τὴν σοφίαν ἀκριβῶς θεωρῆσαι; Σὺ δὲ ταῦτα βλέπων, καὶ τούτων ἀπολαύων, οὐδ' ὑμνεῖν ἐθέλεις τὸν τούτων B αἴτιόν σοι γεγενημένον, ἀλλ' ἀμέλειαν κατηγορεῖς τοῦ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ὧν πεποίηκε ποιουμένου. Καὶ μὴν ἤρκει τοῦτο μόνον τὸ μόριον δεῖξαι τοῦ Ποιητοῦ τὴν περὶ τὸ ζῶον κηδεμονίαν. Λογικὸν γὰρ ἐργασάμενος, πεποίηκε πρόσφορα τῷ λόγῳ τὰ ὄργανα. Ἐντεῦθεν ἡ τέχνη τὴν μίμησιν ἐρανισαμένη, καὶ αὐλοὺς ἐτεκτήνατο, καὶ λύρας καὶ κιθάρας συνέθηκε· καὶ ἀντὶ μὲν τῶν ὀδόντων, διέτεινε τὰς χορδὰς, ἀντὶ δὲ τῶν χειλέων ἐνέθηκε τὸν χαλκόν· γλῶττα δὲ ταῖς χορδαῖς γίνεται τὸ πλῆκτρον· ἡ δὲ διὰ τῆς χειρὸς ἐπὶ τὴν ὀξεῖαν καὶ βαρεῖαν διάβασις, μιμεῖται τὸν λόγον, ἄνω καὶ κάτω διατρέχειν τὴν γλῶτταν παρασκευάζοντα. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοσαύτης ἀκριβείας ἐν τῇ τέχνῃ φαινομένης, τὸν μὲν ῥυθμὸν καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ μέλους θαυμάζουσιν οἱ ἀκούοντες, C ἐνάρθρων δὲ τῶν λόγων οὐκ ἐπακούουσι· μίμημα γὰρ τῆς φύσεως ἡ τέχνη, ἡ δὲ φύσις ἔναρθρον ἀποτελεῖ τὴν φωνήν. Θεοῦ γὰρ αὕτη ποίημα, τοῦ τῶν ἁπάντων Δημιουργοῦ. Καὶ καθάπερ ἡ τέχνη μιμεῖται τὸ ζῶον, καὶ τὸν χαλκὸν ἢ τὸν λίθον εἰς ἀνθρωπείαν ἐντυποῖ μορφὴν, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ῥῖνα (84), καὶ στόμα, καὶ ἀκοὰς, τράχηλόν τε καὶ χεῖρας, καὶ στῆθι καὶ κοιλίαν, μηρούς τε καὶ σκέλη καὶ πόδας περιτίθησιν, αἴσθησιν δὲ καὶ λογισμὸν, καὶ τὴν ἑκούσιον κίνησιν οὐκέτι ἰσχύει χαρίσασθαι· οὕτω λύρα καὶ κιθάρα, καὶ τὸ ἐκ τῶν χαλκῶν καλάμων ὄργανον, ἐναρμόνιον μὲν ἠχὴν καὶ ῥυθμὸν διὰ τῶν ἐμφυσημάτων ἢ κρουσμάτων ἀποτελεῖ, ἔναρθρον δὲ φωνὴν μόνον ἀποτελεῖ τὸ ἀρχέτυπον ὄργανον. Τοῦτο μὲν γὰρ αὐτοῦ τοῦ Δημιουργοῦ ποίημα, ἐκεῖνα δὲ πάντα D τῆς τοῦ Δημιουργοῦ εἰκόνος. Ὡς Ποιητοῦ γὰρ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος, τὸν Ποιητὴν μιμεῖσθαι φιλονεικεῖ. Καὶ ἔοικε τὰ γινόμενα σκιαῖς πρὸς ἀλήθειαν ἀμιλλωμέναις, αἳ τὸν μὲν τύπον ἔχουσι, τῆς δὲ ἐνεργείας ἐστέρηνται. Τοσαύτην τοιγαροῦν ὁρῶν ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῦ Δημιουργοῦ τὴν πρόνοιαν, παῦσαι ταύτῃ ῥᾳθυμίαν ἐγκαλῶν. Ἵνα δὲ μάθῃς καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μελῶν τὴν περὶ ἡμᾶς τοῦ πεποιηκότος κηδεμονίαν, δεῦρο, πάλιν πρὸς αὐτήν σε τὴν καρδίαν ἀγάγωμεν.

[6] Rom. xi, 33, [7] Psal. cv, 2. [8] Psal. cui, 24.

(83) τό. Ex edit. Paris. suppletum.

(84) ῥῖνα. Edit. prior, ῥίνα.

Digitized by Google

Ταύτην τοίνυν κυριώτατον οὖσαν μόριον, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ σώματος πεπιστευμένην, καθάπερ τινὰ βασιλέα πάντοθεν περιφράττει, καὶ περιβόλον αὐτῇ ἰσχυρὸν τὸν θώρακα περιτίθησιν, ἵνα μηδὲν αὐτὴν ῥᾳδίως τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων λυπῇ. Ἐπειδὴ δὲ διηνεκῶς κινεῖται (ἀρτηριῶν γὰρ αὕτη πηγή), κάτωθεν μὲν ὑπέστρωσεν αὐτῇ (85) οἷόν τινα στρωμνὴν μαλακὴν, τὸ μανὸν καὶ σπογγυειδὲς καὶ πολύπορον καὶ ἀρτηριῶδες τοῦ πνεύμονος σῶμα· ἄνωθεν δὲ, τό τε κωνοειδὲς αὐτῆς ἰσχυρὸν ἀπειργάσατο, καὶ χιτῶνα ὑμενώδη μὲν, στεγανὸν δὲ καὶ ἰσχυρὸν περιτέθεικεν. Ὕλην δὲ τροφῆς αὐτῇ χορηγεῖ, οὐ τὸ πνεῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ αἷμα· ἕλκει δὲ τοῦτο, οἷον διά τινος ὁλκοῦ τῆς κοίλης φλεβὸς, ἀπὸ τῶν τοῦ ἥπατος μορίων. Τὸ δὲ ἧπαρ ἐκ τῆς γαστρὸς ταύτην ἀνιμᾶται τὴν ὕλην. Ἡ δὲ γαστὴρ, διὰ τοῦ στομάχου τὴν ὑπὸ τῶν ὀδόντων τεμνομένην, καὶ ὑπὸ τῶν μυλῶν λεπτυνομένην τε καὶ λεαινομένην (86) ἕλκει τροφὴν· ἕλκουσα δὲ, πρότερον κατέχει καὶ χυλοῖ, καὶ ἀλλοιοῖ, καὶ μεταβάλλει, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ὁμοιοῖ· εἶτα διαπεφθεῖσαν καλῶς καὶ ἀλλοιωθεῖσαν, ἀποκρίνει δικαίως, καὶ παραχωρεῖ μὲν τῷ ἥπατι διηθεῖν καὶ ἕλκειν ταύτης τὸ καθαρὸν, τὸ δὲ περιττὸν ἀπωθεῖται, καὶ τοῖς ἐντέροις παραπέμπει, τῇ προωστικῇ (87) δυνάμει συνεργῷ κεχρημένη. Οὕτω τὸ ἧπαρ τὸ καθαρὸν τῆς τροφῆς ὑποδεξάμενον, οὐκ ἀρκεῖται τῇ γενομένῃ καθάρσει καὶ διακρίσει, ἀλλ' οἷόν τισι πάλιν ἠθμοῖς, ταύτην διαιρεῖ καὶ καθαίρει, καὶ τὴν μὲν οἷον ὑποστάθμην καὶ παχυτάτην τρύγα, διά τινων αἰτιῶν ἕλκων ὁ σπλὴν, ταύτην ποιεῖται τροφήν· τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου πεφθὲν, καὶ τὴν χολώδη μεταλαβὸν ποιότητα, καὶ εἰς τὸ ὠχρὸν μεταπεσὸν σῶμα, λαμβάνει τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον· τὸ δὲ ῥοῶδες καὶ λίαν λεπτὸν, καὶ τροφῆς ἄμοιρον, εἰς τὸ τῶν ὑγρῶν περιττωμάτων δοχεῖον χωρεῖ. Οὕτως ἀκραιφνῶς καθαρὰν τὴν τροφὴν ἐκείνην γενομένην, καὶ ὁμοιωθεῖσαν τῷ ἥπατι, καὶ εἰς αἷματος μεταβᾶσαν φύσιν, ἡ κοίλη παραλαβοῦσα φλὲψ, χορηγεῖ μὲν τῇ καρδίᾳ τὴν χρείαν, ἄνεισι δὲ ἄνω, καὶ εἰς πολλὰς διασχιζομένη φλέβας, τρέφει μὲν τὸν θώρακα, τρέφει δὲ ὦμους, καὶ χεῖρας, ἀφικνεῖται δὲ μέχρις ὀνύχων, περιπλέκεται τῷ τραχήλῳ, καταλαμβάνει τὴν κεφαλὴν, κάτεισιν εἰς γλουτοὺς, καὶ μηροὺς, καὶ γόνατα, καὶ σκέλη, καὶ πόδας, καὶ ἁπαξαπλῶς, ἅπαν τὸ τοῦ σώματος περινοστεῖ μόριον, καὶ οὐδὲν τῶν ζώντων μελῶν ταύτης ἀποστερεῖ τῆς ἀρδείας. Ὁλκοῖς γάρ τισι καὶ ὀχετοῖς ἐοίκασιν αἱ φλέβες, ἄρδειν τὸ σῶμα πεπιστευμέναι· διὸ καὶ λεπτὸν καὶ μανὸν ἔχουσι τὸν χιτῶνα, ὥστε ῥᾳδίως τὰ παρακείμενα μόρια τὴν τροφὴν ἐκεῖθεν ἀρύεσθαι· αἱ δ' ἀρτηρίαι, οὐ στεγανοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ διπλοῦς ἔχουσι τοὺς χιτῶνας· πνεύματος γάρ, ἀλλ' οὐχ αἵματός εἰσι δοχεῖα· λεπτομερῶς δὲ καὶ ῥᾳδίως ἐκρέει τὸ πνεῦμα. Βλέπε τοιγαροῦν κἀνταῦθα τοῦ Ποιητοῦ τὴν προμήθειαν. Τὰς μὲν γὰρ φλέβας, ἅτε δὴ αἷμα τοῖς μορίοις τοῦ σώματος κομιζούσας, ἀπὸ λεπτῶν ὑμένων πεποίηκε, καὶ οἷον ἀραιά τινα τῇ

(85) αὐτῇ. Edit. Paris. præm. ἐν.
(86) λεαιν. ibid. λειαινομένην.

A Hoc ergo, quia præstantissima (humani corporis) pars est, et totius imperium sibi commissum habet, ceu regem quemdam undique munit, et thoracis fortissimo vallo circumsepsit, ne quid eorum quæ extrinsecus incidunt, cor facilius lædere queat. Quoniam vero idem hoc assidue movetur, nam arteriarum fons est, inferius quidem instar mollis strati rarum, spongiosum, porosum, et arteriis plenum, pulmonis corpus illi substernere **517** placuit: superius vero conum ipsius robustiorem fecit, et tunicam membranaceam quidem, sed densam validamque, circumposuit. Alimenti autem materiam (cordi) non spiritus modo, sed etiam sanguis exhibet, quem a jecinoris partibus per venam cavam ceu canalem quemdam attrahit. Cæterum jecur ex B ventre eamdem illam haurit materiam. Venter vero stomachi opera cibum dentibus consciscum et molarium vi comminutum attrahit, et attractum primo quidem servat, in succum redigit, alterat et transmutat, sibique similem efficit: deinde concoctum probe et mutatum rite et æqualiter discernit, et purissimam quidem illius partem jecinori colandam attrahendamque concedit: quod vero in eodem superfluum est expulsoris virtute intestinis transmissum ejicit. Similiter et jecur, ubi puram illam et sinceriorem alimenti partem suscepit, purgatione et discretione ea, quam modo exposuimus, minime contentum est, sed eamdem denuo quasi per cola quædam iterum discernit et purgat: cujus densiorem feculentamque partem per meatus quosdam C lien ad se trahens, eas sibi alimentum facit: alteram vero ejus partem, quæ ultra modum excocta biliosam qualitatem contraxit, pallidiorque facta est, bilis in vesica recipit. Quod vero in eadem fluxum nimisque tenue est, nec quidquam alere potest, in receptaculum humidis excrementis destinatum (in vesicam) secedit. Et sic quidem, ubi alimentum hoc plene purgatum et jecinori conforme in sanguinis naturam transiit, mox illum cava vena excipiens, cordi quidem **518** quantum opus est confert, simulque in superiores corporis partes transmittit: tum in plures venarum ramos dissecta thoracem quoque nutrit, humerosque et manus, quin ad ipsos quoque ungues pervenit, collum amplectitur, caput occupat, in clunes denique, femora, genua, D tibias pedesque descendit: imo omnes corporis partes ambit, nec ullum membrorum viventium hac irrigatione destituitur. Venæ enim canales et aquæductus similitudine referunt quibus corporis irrigandi officium concreditum est. Quapropter tenui quoque et rara tunica constant, ut quæ illis adjacent partes alimentum ex illis facilius haurire possint. Arteriis autem et densiores et duplices tunicæ sunt: non enim sanguinis vasa sunt, sed spiritus, qui et tenuior est, et facilius quam sanguis effluit. Quamobrem vel hinc quoque Creatoris providentiam agnoscito. Venas etenim, quæ corporis nostri

(87) προωστ. Ed. prior habebat προσωστικῇ.

Digitized by Google

membris sanguinem advehunt, ex tenuissimis membranis composuit, et illorum poris quasi fungosa quædam palliola circumdedit. Sanguis enim crassus est, et majoribus ad excretionem poris indiget. Ne itaque totus simul efflueret, sed modo quasi humorem aliquem vicinis membris exhiberet, hujusmodi vasorum naturam constituit. Arterias autem quibus vitalis ille spiritus per totum corpus vehitur, qui et tenuissimus est, et facillime evacuari potest, utpote qui per minimos quoque meatus mox effluit, non simili modo contexuit summus ille rerum Opifex, nec una duntaxat tunica, sed duabus, iisque densis simul et solidis, constare voluit. Venis autem arterias circumposuit, **519** ut sanguis calidi spiritus commotione excitatus undequaque discurrat. Hic enim, si immotus consistat, condensari consuevit. Quam ob causam in membris quibusdam has sibi invicem minutissimis poris vel ' meatibus inseruit, ut nimirum sanguis spiritum paulisper suscipiat, quo impulsus moveatur, spiritus vero humore aliquo humectetur et madefiat, qui ipsum non patiatur in universum exarescere. Et quis, sodes, eorum, qui et ambitiosissimi et opulentissimi sunt, domum ædificans tanta providentia aquæ ductus disponit, scaturigines illorum tam sufficienti aquarum copia instruit, et fontes ac phialas ad tantam delectationem ædificat, ut summus ille omnium architectus rationalem hanc domum ædificare volens, ipsam tot ac tantis circumsepsit vasculis, quæ illi ad omnem necessitatem inserviunt ? Quis item tam peritus faber, qui zephyri flatibus domum perflari volens, ventorum vias ita dilatet, quemadmodum sapientissimus ille architectus Deus ista disposuit, ut spiritus qui (cordis calore adustus) fumidus et fuliginosus est, corpore egrediatur, purior autem et sincerior ingressus omnes arterias percurrat ? Quis item vel herbas vel arbores plantans, aquas tanto studio deducit, et plantarum radices tam diligenter irrigat, ut qui vivam hanc plantam insevit, et omnem creaturam condidit, arcano quodam modo humani corporis membra per venas irrigare solet ? Nam quod ad alimentum attinet, homines ab inanimatis arboribus nihil differimus. Perinde enim ut his, ita nobis quoque alimento opus est. **520** Arbor quippe nisi nutriatur, arescit : et homo fame pressus, similiter omni exhausta humorum copia morti traditur. Quemadmodum igitur arbores, ubi vel e nubibus demissas pluvias, vel fluviorum aut fontium latices susceperunt, per radices quidem humorem attrahunt, hoc modo autem et ramos, et corticem, et medullam enutriunt, qui simul folia producit, et flore enato fructus tandem ad maturitatem excoquuntur : sic et animal hoc, cibum quidem ore suscipit, qui illi instar fontis est, canalem

A τρυμαλιᾷ αὐτῇ περιβόλαια περιτέθεικε. Παχυμερὲς γὰρ τὸ αἷμα (88), καὶ μεγάλων εἰς ἔκκρισιν δεόμενον πόρων. Ἵνα τοίνυν καὶ μὴ ἅπαν ἐκρέῃ, καὶ οἷόν τινα νοτίδα τοῖς παρακειμένοις παρέχῃ μορίοις, τοιαύτην τοῖς ἀγγείοις τὴν φύσιν πεποίηκε. Τὰς δὲ ἀρτηρίας τὸ πνεῦμα πανταχοῦ κομιζούσας (λεπτομερὲς δὲ τοῦτο, καὶ ῥᾳδίως φροῦδον γινόμενον), καὶ διὰ τῶν σμικροτάτων μερῶν εὐπετῶς (89) ἐκκρινόμενον· οὐκέθ' ὁμοίως ὁ Πλάστης ἐξύφηνεν, οὐδὲ ἐξ ἑνὸς αὐτὰς μόνου χιτῶνος ἐποίησεν, ἀλλ' ἐκ δύο στεγανῶν καὶ λίαν συχνῶν. Παρέθηκε δὲ ταῖς φλεψὶ τὰς ἀρτηρίας, ἵνα τῇ κινήσει τοῦ θερμοῦ πνεύματος τὸ αἷμα νυττόμενον, πανταχοῦ διατρέχῃ. Οἶδε γὰρ ἡ στάσις τὴν πῆξιν ἐργάσασθαι. Τούτου χάριν ἔν τισι μορίοις ἐνέφυσε ταύτας ἀλλήλαις διὰ σμικροτάτων τινῶν πόρων,
B ὅπως καὶ τὸ αἷμα βραχέος τινὸς μεταλαμβάνῃ πνεύματος, ὠθοῦντος αὐτὸ καὶ κινεῖσθαι βιαζομένου, καὶ τὸ πνεῦμα νοτίδος ἀπολαύῃ, τέγγοντος αὐτὸ καὶ ὑγραίνοντος, καὶ ξηραίνεσθαι αὐτὸ (90) παντελῶς οὐκ ἐῶντος. Τίς τῶν φιλοτίμων πώποτε, καὶ λίαν εὐπόρων, οἰκίαν δειμάμενος, οὕτως ὀλκῶν ὑδραγωγῶν προμηθεῖται, καὶ κρουνοῖς ἀφθονίαν ἐπινοεῖ, καὶ κρήνας καὶ ληνοὺς εἰς τέρψιν παρασκευάζει, ὡς ὁ Δημιουργὸς τῶν ὅλων τὴν λογικὴν ταύτην οἰκίαν τεκτηνάμενος, τοσούτοις αὐτὴν καὶ τηλικούτοις περιεστοίχισεν ἀγγείοις χορηγοῦσι τὴν χρείαν ; Τίς δὲ οὕτως ἀρχιτέκτων ὤν, ζεφύρου πνοαῖς καταπνεῖσθαι τὰς οἰκίας μηχανώμενος, εὑρύνει τὰς εἰσόδους τοῦ πνεύματος, ὡς ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς, καὶ τὸ καπνῶδες
C καὶ λιγνυῶδες ἐκ τοῦ σώματος ἐξιέναι πνεῦμα, καὶ τὸ καθαρὸν εἰσρεῖν καὶ διατρέχειν εἰς ἁπάσας τὰς ἀρτηρίας ἐμηχανήσατο ; Τίς δὲ φυτουργῶν οὕτως ὀχετηγεῖ τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ ταῖς ῥίζαις τῶν φυτῶν τὴν (91) ἀρδείαν προσφέρει, ὡς ὁ τὸ ζῶον τοῦτο φυτεύσας, καὶ τὴν κτίσιν ἅπασαν δημιουργήσας, ἀῤῥήτως ἐπιφέρει διὰ τῶν φλεβῶν τὴν ἀρδείαν τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν ; Τῶν γὰρ ἀψύχων δένδρων οὐδὲν (92) κατὰ τὴν τροφὴν οἱ ἄνθρωποι διαφέρομεν· ὁμοίως γὰρ ἐκείνοις ταύτης ὑπάρχομεν ἐνδεεῖς. Τέ τε γὰρ δένδρον μὴ τρεφόμενον αὖον γίνεται καὶ ξηρὸν, καὶ ὁ ἄνθρωπος λιμῷ πιεζόμενος, ὡσαύτως πᾶν τὸ ὑγρὸν ἀποτίθεται, καὶ τῷ θανάτῳ παραπέμπεται. Καθάπερ τοίνυν τὰ δένδρα, ἢ τὸν ἐκ νεφῶν ὑετὸν, ἢ τὰ ἐκ ποταμῶν καὶ πηγῶν δεχόμενα νάματα, ἕλκει
D μὲν διὰ τῶν ῥιζῶν τὴν νοτίδα, τρέφει δὲ (93) τοὺς κλάδους, καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὴν ἐντεριώνην, τίκτει τε (94) φύλλα, καὶ ἄνθος φύει, καὶ πεπαίνει καρπούς· οὕτω τόδε τὸ ζῶον δέχεται μὲν ἐν τῷ στόματι τὴν τροφὴν, καὶ γίνεται τοῦτο (95) πηγὴ, ὀλκὸν δὲ ὁ οἰσοφάγος μιμεῖται, ὃν στόμαχον ὀνομάζειν εἰώθαμεν· ἡ δὲ γαστὴρ, οἷόν τις ῥίζα, ταύτην ὑποδεχομένη, καθάπερ τινὶ τῶν κλάδων ὑποβάθρᾳ, παραπέμπει τῷ ἤπατι. Τὸ δὲ, οὐκ ἀνέχεται μόνον τῆς χρείας ἀπολαύειν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς μορίοις τοῦ σώμα-

(88) αἷμα. Edit. Paris. σῶμα.
(89) εὐπ. ibid. εὐχερῶς.
(90) αὐτό. Ex edit. Paris. suppletum.
(91) τὴν. Ex eadem edit. insertum.
(92) οὐδέν. Edit. Paris. οὐδέ.
(93) δέ. Sequimur edit. Paris. Sirm. habebat τε.
(94) τε. Ita h. l. legendum esse videtur. Editio prior habebat δέ.
(95) τοῦτο. Edit. Paris. τούτῳ.

Digitized by Google

τος ταύτην διὰ τῶν φλεβῶν τὴν ἀρδείαν προσφέρει. Οὕτω τὸ σῶμα τρεφόμενον, ἐν μὲν τοῖς βρέφεσιν αὔξεται, καὶ μηκύνεται, καὶ εὐρύνεται, καὶ πρόσφορον κατὰ βραχὺ προσλαμβάνει τὸν ὄγκον· ὅταν δὲ εἰς τὸ ὡρισμένον ἀφίκηται μέτρον, τηνικαῦτα τῆς μὲν αὔξης παύεται, τρέφεται δὲ μόνον· οὕτως ὁ τῶν ἁπάντων Ποιητὴς τῆς ἡμετέρας φύσεως προμηθεῖται, καὶ οὐ διαπλάττει μόνον, ἀλλὰ καὶ διατρέφων διατελεῖ, καὶ οὐ διατρέφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἡμῶν κηδεμονίαν ποιεῖται. Ἀλλὰ γὰρ ἀπορῶ, πῶς ὑμνήσω τὸν Ποιητήν· νικᾷ γὰρ τὴν διάνοιαν τῆς περὶ ἡμᾶς προνοίας ἡ ποικιλία, παραχωρεῖ πᾶς λόγος τῇ τῆς δημιουργίας σοφίᾳ, οὐδεὶς ἐξικνεῖται διαγνῶναι τὴν τῶν σωμάτων κατασκευήν. Ἀπόχρη σοι καὶ τοῦτο μόνον εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ κτίσαντος. Οὐκ εἰς γῆν διακύπτειν τοῖς ἀλόγοις παραπλησίως, οὐδ' εἰς γαστέρα διανεύειν κατὰ τοὺς χοίρους· ἀνάβλεψον (96) μόνον, καὶ βλέπε τὴν πρόνοιαν. Ὄρθιον σὲ μόνον τῶν ζώων ἐδημιούργησεν, ἐπὶ δύο ποδῶν ὀχούμενον, καὶ τούτων δὲ ἕκαστον, οὐκ ἐξ ἑνὸς πεποίηκε κώλου, ἀλλ' ἐκ τριῶν συνέθηκε, καὶ εἰς τρεῖς ἁρμονίας ἐνέδησε· καὶ τὴν μὲν τῷ ἰσχίῳ συνήρμοσε, τὴν δὲ τοῖς γόνασι συνέφυσε, τὴν ἑτέραν δὲ τοῖς ἀστραγάλοις ἐπίστευσε. Καὶ νεύροις ἰσχυροῖς τὰς ἁρμονίας συνέσφιγξε, καὶ μυσὶ τὰς ἐκουσίους κινήσεις ἐνέφυσε· καὶ οὔτε χαλαρὰ λίαν, οὔτε πάλιν κομιδῇ τεταμένα πεποίηκε τὰ δεσμά· τὰ μὲν γὰρ, παντάπασιν ἀφῃρεῖτο τὴν κίνησιν, τὰ δὲ, διαφεύγειν καὶ διολισθαίνειν ἀλλήλων ἐποίει τὰ ἄρθρα. Διὰ ταύτην αὐτοῦ τὴν προμήθειαν, καὶ βαδίζεις, καὶ τρέχεις ὅταν θέλῃς, καὶ στάσεως καὶ καθέδρας τὴν ἐξουσίαν ἔχεις. Ὅρα δὲ καὶ ἕτερον κηδεμονίας εἶδος. Ἵνα γὰρ μὴ δυσχεραίνῃς ἐπὶ γυμνῶν τῶν ἄρθρων καθήμενος, ἀλλ' ἐπ' ἐδάφους καὶ λίθου τὴν καθέδραν ποιούμενος ἄλυπος διαμένῃς, οἷόν (97) τινά σοι στρωμνὴν αὐτοφυῆ τὸ τῶν γλουτῶν περιτέθεικε σῶμα· σὺ δὲ ὁμοίως ἀχαριστεῖς. Οὐ γὰρ αἰσθάνῃ τῶν δωρεῶν, ἀλλὰ μέμηνας καὶ λυττᾷς κατὰ τῆς οὕτω προμηθουμένης σου σοφίας. Καὶ ὁ μὲν κύων ἐπιγινώσκει τὸν τρέφοντα, καὶ παρόντι προσεδρεύει (98), καὶ ἀπόντα ποθεῖ, καὶ ἐπανιόντι δείκνυσι τὴν ἡδονὴν, χαλῶν τὰ ὦτα, καὶ τὴν κέρκον σείων, καὶ τὴν ὑποταγὴν σημαίνων, καὶ τὴν δουλείαν ὁμολογῶν, καὶ τὴν εὐεργεσίαν παραδηλῶν, καὶ ταῦτα ἀλογίᾳ δουλεύων, καὶ λόγου παντὸς ἐστερημένος, τῷ δὲ χρόνῳ, καὶ τῷ ἔθει, καὶ συχναῖς εὐεργεσίαις, ἀγνῶτος καὶ γνωρίμου, καὶ φίλου καὶ ἐπιβούλου τὸ διάφορον μανθάνων. Σὺ δὲ, λόγου μετέχων, καὶ νοῦν ἡγεμόνα λαβὼν, τὸν (99) ὑπόπτερον, τὸν καὶ τῶν ὁρωμένων ἁπάντων ὀξύτερον. Ἥλιος μὲν γὰρ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς οἰκουμένης διατρέχει τὸν δίαυλον, ὁ δὲ, ἅμα τε νεύει καὶ τὴν οἰκουμένην περινοστεῖ, καὶ τῶν οὐρανῶν (1) ἐφικνεῖται τῇ φαντασίᾳ, καὶ τούτους (2) ὑπερβαίνει, καὶ θεὸν ὡς δύναται κατοπτρίζεται, καὶ τῶν ἀγγέλων τὰς ἀπείρους θεωρεῖ μυριάδας, καὶ τῶν ἀρχαγγέλων

vero œsophagus, quem dicimus stomachum, refert: at venter ceu radix quædam hunc susceptum, tanquam per scalam quamdam ramorum jecinori transmittit: jecur autem, non sibi modo necessarium alimentum inde decerpit, sed ejusdem irrigatione omnia corporis membra per venas reficit. Et corpus quidem hoc modo enutritum in pueris crescit, et in longitudinem et latitudinem extenditur, ac brevi ad justæ magnitudinis mensuram pervenit; ubi vero constitutum sibi attigerit limitem, tunc quidem augeri desinit, et nutritur solummodo. Tanta diligentia naturæ nostræ Creator omnium prospicit, et non modo format, verum etiam nutriens conservat: nec id duntaxat, sed et omnem aliam, qua nobis opus est, curam adhibet. At vero vix video, quo pacto summum illum Creatorem meritis laudibus celebrare possim. Omnem enim mentis cogitationem tanta providentiæ, quam circa nos gerit, varietas exsuperat: omnis oratio tantæ creationis sapientiæ cedit, nec ulla tam admirabilem corporum **521** nostrorum fabricam digne enarrare poterit. Sufficiat tamen vel hoc ut Deum conditorem celebres. Non terram versus ut bruta animalia vultum dimittis, nec instar porcorum pronus in ventrem nutas. Suspice saltem, et Dei providentiam cernito. Solum te ex animalibus erectum condidit, et binis pedibus incedere fecit. Sed et crura singula non ex uno duntaxat, sed ex tribus partibus composuit, et per tres compages colligavit. Et hanc quidem coxendici coaptavit, alteram vero genubus conseruit, tertiam talis commisit. Præterea compages hasce nervorum vinculis validissime constrinxit, et musculis voluntarii motus facultatem indidit. Vincula quoque nec laxa nimis fecit, nec nimium intendit: plus æquo enim intensa omnem movendi facultatem impedirent, illa vero luxatas articulorum compages dilabi paterentur. Ejusdem ergo providentiæ Dei beneficio ingrederis, currisque quo libet, et standi simul sedendique libera tibi potestas est. Simul tamen hic aliud quoque hujus curæ specimen considera. Ne enim nudæ illi ossium compagi insidere coactus aliqua afficereris molestia, sed citra omnem dolorem vel nudo solo vel etiam saxo insidere posses, nates quasi connatum tibi pulvinar substravit. Tu tamen ingratus esse pergis, et dona hæc ne sentire quidem vis, quin insanis et furis contra illam, quæ tam benigne tibi providit, sapientiam. Atqui canis nutritorem suum agnoscit, et præsenti constanter assidet, absentem desiderat, redeunti demissis auribus et cauda hinc inde jactata gaudium suum testatur, obedientiam **522** promittit, servitutem fatetur, et beneficentiam evidentissime prodit: hæc autem facit, cum et ratione careat, et sermonis usu destitutus, non nisi temporis diuturnitate ex consue-

(96) ἀν. Edit. Paris. ἀνάβλεπε.
(97) οἷον. ibid. οἷα.
(98) πρ. ibid. συνεδρεύει.
(99) τὸν ὀξύτερον. Edit. Paris. τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ὑποπτέρων ἁπάντων ὀξύτερον.
(1) τ. οὐρ. Edit. Paris. εἰς οὐρανόν.
(2) τούτ. ibid. τοῦτον.

Digitized by Google

tudine et assiduis beneficiis inter ignotum et notum, interque amicum et hostem discernere didicerit. Tu vero sermonis usu instructus, et mente præditus es volatili, qua nihil in tota visibilium natura velocius est. Sol etenim uno quidem die totius orbis stadium percurrit, hæc vero uno nutu totum terrarum orbem obambulat, et phantasiæ cursu in cœlum tendit, et hoc ipsum transcendens, Deum quoque, quoad fieri potest, conspicatur, infinitas angelorum myriades cernit, et archangelorum millia lustrat, imo quæ sub terra sunt curiose inquirit, dum videlicet hæc quoque superare conatur quidem, sed non potest, utpote cum phantasiæ quasi terminus sit eorum quæ esse didicit notitia. Hunc, inquam, talem tantumque ducem, gubernatorem et vectorem habens, divina tamen beneficia non sentis, nec beneficiorum multitudinem consideras, sed ingratitudinis vitio pertinaciter inhæres. Et cum tot tibi magistri adsint, Providentiæ tamen elementa discere non vis. Cave ergo, ne te prorsus neglectum ille deserat, et experimento discas, quantum intersit inter Providentiæ tutelam ac curam, ejusque privationem. Denuo igitur adesto, o amice, ad aliam enim corporis partem te ducemus.

A τὰς χιλιάδας, πολυπραγμονεῖ τὰ ὑπὸ γῆν, ἐπέκεινα τούτων ὑπερβαίνειν φιλονεικεῖ μὲν, οὐ δύναται δέ· ὄρον γὰρ ἔχει τῆς φαντασίας ἃ μεμάθηκεν εἶναι. Τοῦτον ἔχων ἡγεμόνα, καὶ κυβερνήτην, καὶ ἡνίοχον, τῶν θείων δωρεῶν οὐκ αἰσθάνῃ· οὐ λογίζῃ τῶν εὐεργεσιῶν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐπιμένεις ἀχαριστῶν· καὶ τοσούτων σοι διδασκάλων προκειμένων, μαθεῖν οὐκ ἐθέλεις τὰ τῆς Προνοίας στοιχεῖα. Ὅρα μή σε παντελῶς ἀτημέλητον καταλίπῃ, καὶ τῇ πείρᾳ μάθῃς προνοίας, καὶ κηδεμονίας, καὶ ἐρημίας διαφοράν. Δεῦρο τοιγαροῦν, ὦ φιλότης, ἐφ' ἕτερόν σε μεταγάγωμεν τοῦ σώματος μέρος.

Dorsi spinam considera, quæ ubi a sacro, ut dicunt, osse, quod natibus adjacet, exorta est, pertingit ad collum usque, et instar fortis columnæ ex multis vertebris compositæ, **523** et ventrem, et humeros, et manus, et cervicem, et caput sustinet. Quoniam enim nihil ossei roboris rerum Conditor exteriori ventris parti addidit, ut videlicet cibo sumpto facilius sese extendere posset et dilatare, atque sufficiente tumore ad cibos capiendos extolleretur, eumdem in posteriori corporis parte dorsi fulcro sustineri voluit. Hujus autem spinam pluribus ossibus Deus construxit, ut cum homo incurvare sese vult, et facilius inflectatur, et inflexio eamdem non infringat. Alimentum vero huic dorsalis medulla exhibet, cujus origo ex cerebro ducitur. Cæterum quid hic de manibus dicere attinet, quarum utilitatem multiplices artes prædicant? Sed earum mentio in sequenti oratione fiet: unde usum illarum ejusque expositionem in illam usque reservemus. Hinc ergo ad collum ascendito, et illius formationem considera. Et hic aquæ ductuum castella in mentem revocabis, quæ ab infima parte sursum perforata multis foraminibus patent, unum tamen, quod medium est, maximum amplissimumque recipiunt, per quod aquarum canales plurimum quidem aquæ attrahunt, eamdem vero per alias et diversas fistulas distributam emittunt, et hanc quidem in australem civitatis partem, illam vero orientem versus, in occasum aliam, et aliam in septentrionem transvehunt. Eumdem usum humano corpori collum exhibet. Ars enim, ut supra diximus, naturam imitari consuevit, et sua illa figmenta ad hujus operum similitudinem effingit. Collum quippe ad stomachi os usque porrectum ventri cibum potumque transmittit. **524** Habet præterea arteriam trachiam a pulmone ad larynga usque ascendentem: et præter hanc venas quoque et læves arterias, per quas cerebrum sanguinem et spiritum recipit, at-

B Βλέπε δή μοι τὴν ῥάχιν, ἀπὸ μὲν τοῦ πλατέος ὀστοῦ τοῖς γλουτοῖς ἐπικειμένου τὴν ἀρχὴν ἔχουσαν, μέχρι δὲ τραχήλου διήκουσαν, καὶ κίονι παραπλησίως στεγανῷ, καὶ ἐκ σπονδύλων πολλῶν (3) συγκειμένῳ, τήν τε κοιλίαν φέρουσαν, καὶ ὦμους, καὶ χεῖρας, καὶ αὐχένα, καὶ κεφαλήν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἔξωθεν ὀστοῦν ὁ Ποιητὴς τῇ κοιλίᾳ περιτέθεικεν, ἵνα τὴν τροφὴν ὑποδεχομένη εὐρύνηται ῥᾳδίως, καὶ τὸν ἀρκοῦντα τοῖς σιτίοις ὄγκον ἐργάζηται, ὄπισθεν αὐτὴν ἡ ῥάχις ὑπερείδει. Ἐκ πλειόνων δὲ αὐτὴν ὀστῶν (4) ὁ Ποιητὴς συνέθηκεν, ὅπως καὶ κάμπτηται ῥᾳδίως, κύπτειν τοῦ ζώου βουλομένου, καὶ τῇ κάμψει μὴ θρύπτηται. Τρέφει δὲ ταύτην ὁ νωτιαῖος μυελὸς, πηγὴν τὸν ἐγκέφαλον ἔχων. Τί με δεῖ λέγειν περὶ χειρῶν, ὧν τὴν χρείαν αἱ παντοδαπαὶ κηρύττουσι C τέχναι; Ἀλλ' ἐκείνων τὴν μνήμην ἐν τῷ μετὰ ταῦτα ποιησόμεθα (5) λόγῳ· οὐκοῦν καὶ τῆς τῶν χειρῶν χρείας τὴν ἐξήγησιν ἐκείνῳ φυλάξωμεν. Ἀνάβηθι τοίνυν ἐπὶ τὸν τράχηλον, καὶ θεώρησον τὴν τούτου διάπλασιν· καὶ ἀναμνήσθητί μοι τῶν κιόνων, τῶν κάτωθεν ἄνω διατετρημένων, καὶ πολλὰς τοιαύτας διατρήσεις ἐχόντων, καὶ μίαν μέσην μεγίστην, δι' ἧς οἱ τῶν ὑδάτων ὀχετοὶ πλεῖστον μὲν ἀνάγουσιν ὕδωρ, διανέμοντες δὲ τοῦτο, κατιέναι διὰ τῶν ἄλλων παρακελεύονται, καὶ τὸ μὲν εἰς τὸ νότιον μέρος τῆς πόλεως παραπέμπουσι, τὸ δὲ εἰς τὸ ἑῷον, ἄλλο δὲ εἰς τὸ ἑσπέριον, ἕτερον δὲ εἰς τὸ βόρειον. Ταύτην ὁ τράχηλος τὴν χρείαν παρέχει τῷ σώματι. Μιμεῖται γὰρ, ὡς ἔφην ἤδη, τὴν φύσιν ἡ τέχνη, καὶ ἐξομοιοῖ τὰ οἰκεῖα μηχανήματα τοῖς ἐκείνης ποιήμασιν. Ὁ D τράχηλος τοιγαροῦν ἔχει μὲν τοῦ στομάχου τὸ στόμα, παραπέμπει δὲ τῇ γαστρὶ τὰ σιτία καὶ ποτά. Ἔχει δὲ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος μέχρι τοῦ λάρυγγος ἀφικνουμένην· ἔχει δὲ καὶ τὰς φλέβας, καὶ τὰς λείας ἀρτηρίας, δι' ὧν ὁ ἐγκέφαλος δέχεται μὲν αἷμα καὶ πνεῦμα· τρεφόμενος δὲ καὶ αὐξόμενος, διὰ τῶν συμπεφυκότων ὀστῶν τὸν νωτιαῖον μυελὸν παραπέμπει τῇ ῥάχει· ἀφ' οὗ τρέφεται μὲν ἅπασα

(3) πολλ. Des. ibid.
(4) ὀστ. ibid. post ὁ ποιητὴς ponitur.
(5) ποιησ. Edit. Paris. ποιησώμεθα.

Digitized by Google

τῶν ὀστῶν ἡ φύσις, ἀποφύεται δὲ νεῦρα τὰ ἰσχυρότατα, τά τε παχέα καὶ τὰ λεπτὰ, τά τε πλατέα καὶ τὰ στρογγύλα, δι' ὧν τά τε ἄρθρα δεσμεῖται, καὶ οἱ μύες τὴν κινητικὴν ἐνέργειαν δέχονται. Ἐπειδὴ δὲ εἰς αὐτὴν ἥκομεν (6) τὴν κεφαλὴν, βλέπε αὐτὴν ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τῆς τοῦ σώματος πόλεως ἐν ὕψει καθημένην, καὶ οἷόν τινα πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἐν ἰσχυροτάτῳ φρουρίῳ φυλάττουσαν τὸν ἐγκέφαλον. Τὸ γὰρ κρανίον οἷον ἔρκος καὶ κράνος· ἐπώνυμον γὰρ τούτου τὸ κράνος, πρὸς τὴν τούτου μίμησιν κατεσκευασμένον· τῷ ἐγκεφάλῳ περικείμενον, τὴν ἔξωθεν ἐπερχομένην βλάβην εἰς δύναμιν ἀπείργει. Ἵνα δὲ μὴ ὑπὸ τῶν ὀστῶν, σκληρῶν ὄντων καὶ ἀντιτύπων, μαλακὸς ὢν λίαν οὗτος, καὶ κομιδῇ χαῦνος, λώβην τινὰ νυττόμενος δέξηται, δύο αὐτῷ περιέθηκε χιτῶνας, ἃς μήνιγγας ἰατρῶν ὀνομάζουσι παῖδες. Ἀλλὰ τὴν μὲν λεπτοτάτην καὶ χοροειδῆ (7) καλουμένην, συνέφυσεν αὐτῷ, καὶ λίαν αὐτῷ προσφαύειν πεποίηκε, καὶ συνέχειν αὐτὸν δυναμένην, καὶ πληκτικὴν οὐκ ἔχουσαν δύναμιν διὰ τὴν ἄγαν λεπτότητα· τὴν δὲ ἑτέραν στεγανὴν μὲν καὶ ἰσχυρὰν ἐποίησεν, ἐγκεφάλου δὲ αὐτῇ καὶ κρανίου τὴν μέσην ἀπεκλήρωσε χώραν, ἵνα μήτε λυπῇ τὸν ἐγκέφαλον σκληροτέραν ἔχουσα τὴν οὐσίαν, μήτε ὑπὸ τῶν ὀστῶν λυπῆται, μαλακωτέραν ἐκείνων ἔχουσα φύσιν. Ὁ μὲν οὖν ἐγκέφαλος, οἷόν τις πλοῦτος, ὡς ἔφην, ἐν τῇ κεφαλῇ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει φυλάττεται. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τῷ φρουράρχῳ νῷ καὶ κατασκόπων, τά τε πολέμια καὶ τὰ φίλια προορώντων, δέδωκε καὶ τούτους ὁ Ποιητὴς, καὶ οὐχ ἑνὶ ταύτην τὴν περιωπὴν ἐνεχείρισεν, ἀλλὰ δύο φύλακας ἔστησε, καὶ τῷ μὲν τὰ δεξιὰ, τῷ δὲ τὰ εὐώνυμα καραδοκεῖν καὶ περισκοπεῖν ἐνομοθέτησεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ οὗτοι φυλάκων ἐδέοντο, καὶ ἐπάλξεων, καὶ προμαχώνων καὶ χαρακώματος, οὐδὲ τούτων ὁ τῆς πόλεως ταύτης ἠμέλησε Ποιητής· ἀλλ' ἐπέθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἷς τὴν ὀπτικὴν ἐνεχείρισεν αἴσθησιν, οἷόν τινας ἐπάλξεις καὶ προμαχῶνας, τῶν ὀφρύων τὰς προβολὰς, ὑφ' ἃς κρυπτόμενοι περισκοπεῖν ἀσφαλῶς τὰ πόῤῥωθεν δύνανται. Ταύταις δὲ ταῖς ἐπάλξεσιν, οἷόν τινα δροφον τῶν ἄνωθεν ἐπιπεμπομένων ὑετῶν, ἐνέφυσε τρίχας τινὰς (8) λεπτὰς, καὶ ἐπὶ τὸ (9) ἔξω τοῦ προσώπου νενευκυίας, τὸν ἐκ τοῦ μετώπου (10) καταῤῥεόμενον ἱδρῶτα δεχομένας, ἀλλήλαις δὲ παραπεμπούσας, καὶ διὰ τῶν κροτάφων ἀποστάζουσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ταύτης ἐλευθερούσας τῆς λώβης. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πανοπλίας οἱ φύλακες ἐδέοντο, περιτίθησι μὲν αὐτοῖς τοὺς τῶν βλεφάρων χιτῶνας, καθάπερ δὲ δόρατα καὶ βέλη τὰς βλεφαρίδας συντίθησιν, οὐκέτι ὁμοίως ταῖς ὀφρύσι κεκλιμένας, ἵνα μὴ ἀντὶ προμάχων ἐπίβουλοι γίνωνται· οὔτε μὴν κατ' εὐθεῖαν γραμμὴν τεταμένας, ἵνα μὴ ἀλλήλαις ἐν τῇ μύσει τῶν βλεφάρων προστρίβωνται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἔξω βραχύ τι νενευκυίας, ἵνα τῶν λεπτοτάτων σωμάτων ἀπωθῶ[ν]ται τὴν βλάβην. Ἀνέμου γὰρ σφοδρότερον πνέοντος, καὶ κόνις οὐ λεπτὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ παχυτέρα

A que illis nutritum et auctum, per connexa sibi ossa dorsalem medullam spinæ dorsi transmittit: qua tota ossium natura alitur, simulque nervi enascuntur firmissimi, crassi et tenues, lati et rotundi, quorum vinculis articuli ligantur et musculi motus vim suscipiunt. Postquam vero ad ipsum caput perventum est, illud arcis instar in summo civitatis hujus, humani nimirum corporis, fastigio situm conspice, in quo opulentissimus quoque hominis thesaurus, nempe cerebrum, quasi in munitissimo castro custoditur. Cranium enim instar valli vel galeæ est: unde et galeam Græci κράνος nominant, eo quod ad hujus similitudinem fabricari soleat. Et cranium quidem, cerebrum ambiens, omne extrinsecus illi incidens malum pro virili arcere consuevit. Ne vero B cerebrum, quod natura mollius et laxius est, ab ossibus, quæ dura et solida sunt, quassatum læderetur, duabus illud involvit tunicis rerum Opifex, quas membranas medicorum discipuli nominant. Et earum quidem quæ tenuissima est, quamque (a secundarum seu extimi fœtus involucri forma) Græci χοροειδῆ dicunt, ipsi connatam et propius conjunctam esse voluit, ut hoc firmius quidem continere posset, interim vero summa illa et subtilissima tenuitate non quidquam læderet. Alteram vero densiorem et robustiorem fecit, quæ media inter cerebrum et cranium extenditur, ne vel cerebro duriori sua 525 substantia noceat, vel ipsa ab ossibus cranii aliquid damni accipiat, ipsis mollior exsistens. Cerebrum ergo instar thesauri, ut diximus, in capite tanquam in arce custoditur. Quandoquidem autem arcis præfecto, menti scilicet, speculatoribus quoque opus erat, qui ea quæ hostilia forent et amica prospicerent, simul et hos addidit rerum Conditor; nec uni solummodo speculam istam concredidit, sed binos excubitores constituit, et hunc quidem ea quæ ad sinistram, alterum vero quæ a dextera sunt, observare et speculari jussit. Quia vero iidem illi custodibus simul et pinnis atque propugnaculis ac vallo opus habebant, nec in his constituendis urbis hujus Conditor negligentior visus est. Sed oculis, quibus videndi sensus commissus erat, pinnarum et propugnaculi loco superciliorum castella imposuit, quibus hi protecti ea quoque, quæ longius distant, tuto prospiciunt. Illis ipsis autem propugnaculis, tecti loco, quod superne delabentes pluvias arceat, tenues quosdam, et ad exteriores faciei partes vergentes pilos indidit, qui a fronte defluentem sudorem excipiant, et inter se divisum per tempora destillantes, hoc quoque damno oculos liberent. Porro cum armatura quoque maniendi essent illi custodes, palpebrarum tunicis illos induit, illisque ceu hastilia quædam et tela dedit cilia: quæ nequaquam ut superciliorum pili inflexa sunt, ne ex propugnatoribus hostes reddantur, nec etiam secundum rectam lineam exten-

(6) ἥκ. ibid. ἀφικόμεθα.
(7) χορ. Edit. Paris. χωροειδῆ.
(8) τινάς. ibid. post λεπτάς ponitur.
(9) τό. ibid. τά.
(10) τοῦ μετ. ibid. τῶν μετώπων.

Digitized by Google

duntur, ne in palpebrarum compressione sese invicem atterant: sed foras nonnihil **526** extenduntur, ut ea quoque quæ ex tenuissimis corporibus damna accidunt, oculis arcerent. Cum enim ventus vehementiori flatu spirat, non tenuior modo, sed et crassior pulvis, tum festucæ etiam, et si quæ sunt alia hujusmodi, excitantur. Imo culices quoque, et quæcunque sunt his similia animalcula, in oculos involant: ubi vero cilia instar palorum et sudium præfixa conspexerint, retro fugiunt. Similiter spicas quoque summus ille omnium Conditor armavit. Nam tritici folliculis aristas imponens, minorum avium, quæ seminibus insidiantur, morsum hoc ceu vallo a frugibus prohibet, et his ceu hastarum cuspidibus territas fugat.

Sed dices fortassis, o ingratissime : Quid ergo mihi amplius quam spicis largitus est? Sed et spicas, o stupidissime, in usus tuos condidit. Quid ergo ingratus es, si quæ tua sunt, propter te tuis armis munivit? Tu, ingratissime, frugum semina telluri mandas, ipse autem irrigat, calore fovet, nutrit, custodit, et tibi maturas offert. Tu, ubi messe peracta in aream fruges intulisti, et artificiose dissectas a paleis repurgavisti, mola contritas et a furfure discretas manibus tuis subigis, et in clibano vel fornace excoctis panibus cum voluptate frueris, et tamen horum largitorem ignoras. Sed ad oculum revertamur. Hujus ergo naturam contemplare : vide quot ille tunicis munitus sit, vide quanta sit hujus exterior pulchritudo. Vide insuper pupillæ tenuitatem, huic circumfusam iridem, quam nos στεφάνην seu coronam nominare solemus; vide item corneum circulum, uveam tunicam, **527** crystallinam sphæram, quæ huic subjacet et per medium ejus prospicit; præterea, qui circa hanc diffusus est, humorem vitreum, imo et alteram tunicam, quæ a retis piscatorii figura nomen traxit. Inspice item glandulosam ejus sedem, cui totus innititur, et alimentum, quod ex cerebro per tenuissimum vasculum illi exhibetur, et superflui humoris per oculi angulos effluxum. Vide præterea in quot colorum species sanguis mutetur. Hic enim primo cibus erat, qui dentium vi contritus ventri transmissus est. Hic sibi concolorem efficiens album reddidit : eumdem autem suscipiens jecur, rursus in proprium colorem transmutavit. Postquam vero sanguinis natura hoc modo absoluta est, pars hujus in cerebrum conscendens denuo albescit, et in ossa condensatur, et in nervos densos quidem et firmos, sed flexibiles lentosque convertitur. Sed idem fortassis fecero, quod ii qui arenas numerare conantur, si omnem quæ in corporibus nostris apparet Dei providentiam exponere velim. Ipse igitur privatim omnes reliquos sensus, gustum nempe, olfactum, et auditum, mentis contemplatione pereurrito. Ut nimirum olfactus odores percipiat, et suaves quidem admittat, fetidos autem repellat, et quæ ex capite excernuntur suo

A κινεῖται, καὶ κάρφη, καὶ ἕτερα τοιαῦτα· ἐπίσσι (11) δὲ καὶ κώνωπες, καὶ ὅσα τοιαῦτα ζωΰφια, καὶ τὰς βλεφαρίδας ὁρῶντα καθάπερ σκόλοπας, δραπετεύει. Οὕτω καὶ τοὺς ἀστάχυας καθώπλισεν ὁ τῶν ἁπάντων Δημιουργός· ταῖς γὰρ θήκαις τῶν πυρῶν ἐπιθεὶς τοὺς ἀνθέρικας (12), οὐκ ἐᾷ τὰ σπερμολόγα τῶν ὀρνίθων σφόδρα λυμαίνεσθαι τῷ καρπῷ· ἀλλ' οἷόν τισιν αἰχμαῖς δοράτων δεδίττεται, καὶ δραπετεύειν ποεῖ.

'Αλλ' ἴσως ἂν εἴποις ἀχαριστίαν νοσῶν· Τί τοίνυν μοι πλέον τῶν ἀσταχύων κεχάρισται; 'Αλλὰ καὶ τῶν B ἀσταχύων τὴν φύσιν, ἐμβρόντητε, διὰ τὴν σὴν χρείαν πεποίηκε. Τί τοίνυν ἀχαριστεῖς, εἰ καὶ τὰ σὰ διὰ σὲ τοῖς σοῖς ὅπλοις καθώπλισε; Σὺ σπείρεις τοὺς πυροὺς (13), ἀχαριστότατε· αὐτὸς ἄρδει καὶ θερμαίνει καὶ τρέφει καὶ φρουρεῖ καὶ φυλάττει, καὶ πέπονά σοι προτίθησι. Σὺ δὲ (14) ἀμήσας, καὶ τῇ ἅλῳ παραδοὺς, καὶ τεμὼν τῇ τέχνῃ, καὶ τῶν ἀχύρων ἀποκρίνας, καὶ μύλῃ λεπτύνας, καὶ τῶν πιτύρων χωρίσας, καὶ ταῖς χερσὶ μάξας, καὶ κλιβάνῳ ἢ ἰπνῷ παραδοὺς, ἐντρυφᾷς τοῖς ἄρτοις, καὶ τὸν χορηγὸν ἀγνοεῖς. 'Αλλ' ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπανέλθωμεν. Κατανόησον αὐτοῦ τὴν φύσιν· βλέπε πόσους ἔχει χιτῶνας· βλέπε τὴν ἔξωθεν εὐμορφίαν· βλέπε τὴν τῆς κόρης λεπτότητα, τὴν περικειμένην ἶριν, ἣν στεφάνην ὀνομάζομεν, τὸν κερατοειδῆ κύκλον, τὸν ῥαγοειδῆ χιτῶνα, τὴν κρυσταλλοειδῆ σφαῖραν τὴν ὑπὸ τούτῳ C κειμένην, καὶ διὰ μέσου διακύπτουσαν, τὸ περὶ ταύτην διαχεόμενον ὑελοειδὲς (15) ὑγρὸν, τὸ ἀμφιβληστροειδὲς περιβόλαιον, τὴν ἀδενώδη ἕδραν, ἐφ' ἧς ἅπας ἐρήρεισται, τὴν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου δι' ἀγγείου λεπτοτάτου χορηγουμένην τροφὴν, τὴν διὰ τῶν κανθῶν (16) τοῦ περιττώματος ἐκροήν. Σκόπησον εἰς πόσα τὸ αἷμα μετασχηματίζεται χρώματα. Τοῦτο πρῶτον μὲν ἦν σιτίον· τοῖς ὀδοῦσι δὲ λεπτυνθὲν, τῇ γαστρὶ παρεπέμφθη· ἐκείνη πρὸς τὴν οἰκείαν χρόαν τοῦτο μετέβαλε, καὶ λευκὸν ἀπειργάσατο· τοῦτο τὸ ἧπαρ δεξάμενον, πάλιν εἰς τὸ οἰκεῖον μετατίθησι χρῶμα. Οὕτω γενομένη τοῦ αἵματος ἡ φύσις, εἰς ἐγκέφαλον χωροῦσα, πάλιν λευκαίνεται, καὶ εἰς ὀστᾶ μεταπήγνυται, καὶ εἰς νεῦρα στεγανὰ μὲν, εὐκαμπῆ δὲ μετατίθεται. 'Αλλὰ γὰρ ἴσως ὅμοιον ποιῶ τοῖς τὴν ψάμμον ἀριθμεῖν πειρωμένοις, τὴν ἐν τῷ σώματι φαινομένην τοῦ Ποιητοῦ προμήθειαν ἐρευνῆσαι φιλονεικῶν. Κατὰ σαυτὸν τοιγαροῦν πάσας τῇ θεωρίᾳ περινόστησον τὰς αἰσθήσεις, τὴν γεῦσιν, τὴν ὄσφρησιν, τὴν ἀκοήν· ὅπως ἡ μὲν τῶν ὁσμῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει, καὶ τὸ μὲν ἡδὺ προσίεται, τὸ δὲ δυσῶδες ἀπωθεῖται, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς περιττωμάτων τὰς ἐκκρίσεις πεπίστευται. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς κάτωθεν ἅπαντας ἀναπεμπομένους ἀτμοὺς ὡς ὑπερκειμένη

(11) Sic edit. Paris. melius quam vulg. ἐπιᾶσι.
(12) ἀνθ. ibid. ἀθέρας.
(13) πυρ. ibid. καρπούς.
aquatilibus, reptilibus et amphibiis, mansuetis et feris, cicuribus et indomitis. Ipsi vobiscum perpendite, quisnam ille sit, qui cœlestes orbes continet, ut in tot annorum millibus cœlum nec consenuerit, nec aliquam e temporis diuturnitate subierit mutationem, idque cum natura patiendi necessitati obnoxia constet, sicut beatus ille David docet: « Ipsi (cœli), inquit, peribunt, tu vero permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et quasi pallium involves ipsos, et mutabuntur. Tu autem unus et idem es, et anni tui non deficient [a]. » Verumtamen cum et passibili et corruptibili substantia constet, integrum tamen et salvum permansit hactenus, **489** non alia re, quam Creatoris sui verbo conservatum. Quod enim hoc condidit verbum, ipsum quoque conservat, et firmitatem simul soliditatemque illi, quoad voluerit, largitur. Hanc ergo ob causam, cum tantus circa hoc ignis volvatur, solis nimirum, lunæ, et reliquorum siderum, tot tamen annorum evolutionibus nec liquefactum funditur, nec arescit, nec incensum ardet. Hasce enim vires ignis natura a Creatore acceptas habet. Aurum quippe et argentum, ferrum item, et æs, plumbum et stannum, ceram et picem, et quæcunque alia sunt hujus generis, liquefacta dissolvit, et in fluxam naturam transmutat. Lutum vero, et palustria aquisque cœnosa loca humore consumpto arere facit. Lapides autem excoquit, et omni duritie exuit, quin solidissimam horum naturam in pulverem redigit. Lignum vero et ferum et stipulam ocius et facillime incendit. Atqui nihil horum cœli natura patitur. Nec enim quod in illo glaciale apparet, liquefactum funditur, cum tanta adsit illi ignis copia, nec eadem illius lævitati nocet, nec sphæricam quæ in eo est figuram inæqualem reddit: sed quem primo situm accepit, eumdem in finem usque conservat. Qui enim hoc ceu fornicem constituit, et idem quasi tentorium ad inhabitandum extendit, contrarias sibi invicem naturas amicitiæ legibus constrinxit. Nec ignis naturam aquarum copia exstinguit, nec glaciale illud vel aerium et nubilum cœli corpus nimio illo et ardenti ignis ardore liquescit aut perit. Sed licet vicina sibi cohabitent, celant tamen hostiles vires, et Creatoris sui verbo persuasa perpetuam sanciverunt **490** amicitiam, idque cum inanimata sint, et mente gubernatrice careant: manent tamen, et eum, qui ab initio ipsis constitutus est, terminum custodiunt. Creaturam enim ipse Creator regit, nec navim, quam ipse construxit, gubernatore destitui patitur. Sed cum idem ipse navim fabricarit, et materiam e qua constat plantaverit, simulque materiam crearit, navimque exstruxerit, clavum quoque ejusdem constanter tenet. Testantur hoc ipsum tot annorum circuli, et longissimum temporis spatium, quod navim hanc non corrupit, sed salvam et integram non primis modo hominibus, sed posteritati quoque spectandam exhibet.

A ὑμῖν αὐτοῖς, τίς ὁ συνέχων τὰς οὐρανίους ἀψίδας· πῶς ἐν τοσαύταις ἐτῶν χιλιάσιν ἀγήρως ἔμεινεν ὁ οὐρανὸς, οὐδεμίαν μεταβολὴν ἐκ τοῦ χρόνου δεξάμενος, καὶ ταῦτα παθητὴν ἔχων τὴν φύσιν, ὡς ὁ μακάριος διδάσκει Δαβίδ· « Αὐτοὶ (οὐρανοὶ) φησὶν, ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Ἀλλ' ὅμως καὶ παθητὴν ἔχων καὶ φθαρτὴν τὴν οὐσίαν, ἔμεινεν οἷός περ ἦν, τῷ τοῦ πεποιηκότος κατεχόμενος λόγῳ. Ὁ γὰρ δημιουργήσας αὐτὸν λόγος, συνέχει καὶ κατέχει, καὶ τὸ σταθερὸν αὐτῷ καὶ ἑδραῖον μέχρις ἂν ἐθέλῃ χαρίζεται. Τούτου χάριν, τοσούτου περὶ αὐτὸν πυρὸς ὀχουμένου, ἡλίου φημὶ, καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων φωστήρων, ἐν τοσούτοις ἐνιαυτῶν κύκλοις οὐ τήκεται, οὐ ξηραίνεται, οὐκ ἐμπίπραται· ταύτας γὰρ τοῦ πυρὸς ἡ φύσις τὰς ἐνεργείας ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος ἐδέξατο. Χρυσὸν μὲν γὰρ, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον, καὶ χαλκὸν, καὶ μόλιβδον, καὶ κασσίτερον, καὶ κηρὸν, καὶ πίσσαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τήκει καὶ διαλύει, καὶ εἰς τὴν ῥοώδη μεταφέρει φύσιν· πηλὸν δὲ, καὶ τὰ τελματώδη τῶν ὑδάτων, ξηραίνει, τὸ ὑγρὸν δαπανῶσα. Λίθους δὲ ἕψει, καὶ τὸ στερέμνιον αὐτῶν ἀφαιρεῖται, καὶ τὴν στερρότατην φύσιν ἀποδείκνυσι κόνιν· ξύλα δὲ, καὶ χόρτον, καὶ καλάμην μάλα ῥᾳδίως ἐμπίπρησιν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ οὐρανὸς ὑπομένει. Οὐ τήκει γὰρ αὐτοῦ τὸ κρυσταλλῶδες τοσαύτη οὖσα τοῦ πυρὸς ἡ οὐσία, οὐδὲ λυμαίνεται τῇ λειότητι, οὐδὲ χαλαρὸν ποιεῖ τὸ σφαιροειδὲς αὐτοῦ σχῆμα· ἀλλ' ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔλαχε στάσιν, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάττει. Ὁ γὰρ στήσας αὐτὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν κατοικεῖσθαι, τὰς ἐναντίας φύσεις εἰς φιλίαν συνήγαγε. Καὶ οὔτε τοῦ πυρὸς ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ πλήθους σβέννυται τῶν ὑδάτων, οὔτε τὸ κρυσταλλῶδες, ἢ ἀερῶδες, ἢ νεφελῶδες οὐράνιον σῶμα, τῇ τοῦ πυρὸς οὐσίᾳ πλείστῃ οὔσῃ τήκεται καὶ φθείρεται· ἀλλ' ἐκ γειτόνων ἀλλήλοιν οἰκοῦντες, τὰς πολεμίας (15) κρύπτουσιν ἐνεργείας, καὶ τῷ τοῦ πεποιηκότος λόγῳ πεισθέντες, τὴν δι' αἰῶνος φιλίαν ἐσπείσαντο, καὶ ταῦτα ἄψυχα ὄντα, καὶ νοῦν κυβερνήτην οὐκ ἔχοντα, ἀλλ' ὅμως μένει τὸν ἐξ ἀρχῆς ὅρον φυλάττοντα. Κυβερνᾷ γὰρ τὴν κτίσιν ὁ Ποιητὴς, καὶ οὐ κατέλιπεν ἀκυβέρνητον ὃ πεποίηκε σκάφος, ἀλλ' αὐτὸς ὢν καὶ ναυπηγὸς, καὶ τῆς ὕλης φυτουργὸς, καὶ κατὰ ταὐτὸν τήν τε ὕλην δημιουργήσας, καὶ τὸ σκάφος ὑφάνας, κατέχων διατελεῖ τὰ πηδάλια. Καὶ μαρτυρεῖ τῶν τοσούτων ἐνιαυτῶν ὁ κύκλος, καὶ ὁ μακρότατος χρόνος, μὴ διαφθείρας τὸ σκάφος, σῶον δὲ αὐτὸ, καὶ ἀκραιφνὲς, οὐ μόνον τοῖς πρώτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀψιγόνοις ἐπιδεικνύς.

Postquam ergo Dei providentiam in cœlo apparere

Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδες, ὦ φίλος, ἐν οὐρανῷ τὴν τοῦ.

[a] Psal. ci, 27, 28.

(15) πολ. Edit. Paris. habet πολεμικάς.

Digitized by Google

Θεοῦ πρόνοιαν φαινομένην, φέρε σε ξεναγήσωμεν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῆς κτίσεως μέρη· καὶ καθάπερ τὰ βρέφη τὸ (16) πρῶτον τοῦ βαδίζειν ἀρξάμενα, τῆς δεξιᾶς σου λαβόμενοι, κατὰ βραχὺ τὴν κτίσιν περινοστῆσαι παρασκευάσωμεν. Κατάβηθι τοίνυν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, οἷον εἴς τινα βαθμὸν πρῶτον τὸν ἥλιον, καὶ μὴ δείσῃς τὸν ἐμπρησμὸν, ἀλλ' ἐπίβηθι καὶ περισκόπησον· οὐ γὰρ ἐμπρήσει σε εὐγνωμόνως περὶ τὸν Ποιητὴν διακείμενον, ἀλλ' ὑποδείξει σοι τὸν Δημιουργὸν, ἐναντίως κεχρῆσθαι τῇ τῆς φύσεως ἐνεργείᾳ κελεύοντα. Φιλεῖ μὲν γὰρ τὸ πῦρ κατὰ φύσιν τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω φορὰν, ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸν ἐπὶ τὸ πρανὲς δρόμον. Καὶ οὔτε τοῦτο ἐξ ὑπωρείας εἰς ἀκρώρειαν ἀνάγειν δυνατὸν, οὔτε ἐκεῖνο πεῖται κάτω πέμψαι τὴν φλόγα· ἀλλὰ κἂν μυριάκις τις φιλονεικήσει, λαμπάδα κατέχων, ἢ δᾷδα, κάτω ταύτην μετενεγκεῖν τῇ χειρὶ, ἡ φλὸξ ἐπὶ τὰ ἄνω πάλιν χωρεῖ, καὶ κατὰ τῆς κατεχούσης ἅπτει χειρὸς, καὶ ἣν ἔλαχεν ἐξ ἀρχῆς ὁρμὴν οὐκ ἐᾷ, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως ἔστηκε. Τῷ δὲ Ποιητῇ πάντα ῥᾴδια. Τὸ γὰρ τῇ σῇ μὴ πειθόμενον δεξιᾷ, τοῖς τοῦ Δημιουργοῦ νεύμασιν εἴκει. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὸν τῶν ἀστέρων χορὸν, τῷ μὲν οὐρανῷ τὰ νῶτα διδόντας, κάτω δὲ τὰς ἀκτῖνας ἀφιέντας· δοῦλα γάρ ἐστι τοῦ κεκτικότος, καὶ φύσις αὐτοῖς ὁ τοῦ ποιήσαντος ὅρος. Σοὶ μὲν γὰρ οὐ πείθεται τοῦ πυρὸς ἡ φύσις, οὐδὲ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐξίσταται· ὁμόδουλος γὰρ ὑπάρχει· τοῖς δὲ τοῦ Ποιητοῦ νεύμασι πειθομένη, μεταῤῥυθμίζεται (17), καὶ κατωφερὴς ἡ ἀνωφερὴς γίγνεται φύσις. Οὕτω τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, ῥοώδη τε καὶ χαύνην οὖσαν, ἄγει καὶ φέρει μετέωρον, καὶ κάτωθεν ἀνέλκων, μέσην οὐρανοῦ καὶ γῆς ἵστησιν, ἐπ' οὐδενὸς ἐρηρεισμένην, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ ᾠρημένην καὶ κρεμαμένην. Ἀλλὰ τέως περὶ τῶν νεφῶν μηδὲν ἀκοῦσαι ποθήσῃς, μηδὲ δραμεῖν ἐθελήσῃς, οὐδέπω βαδίζειν μεμαθηκὼς, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τὴν κτίσιν ὁδεύων, μάθε τῆς εὐσεβείας τὸν δρόμον. Βλέπε τοιγαροῦν κἀνταῦθα τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, ἐφεστῶσαν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις φωστῆρσι, καὶ οἷόν τινι φωνῇ παρακελευομένην δᾳδουχεῖν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οὐχ ἁπλῶς δᾳδουχεῖν, ἀλλὰ κατὰ χρόνου διανομήν. Ἀνίσχων μὲν γὰρ ὁ ἥλιος τὴν ἡμέραν ποιεῖ, δυόμενος δὲ καὶ οἱονεὶ κρυπτόμενος, παραχωρεῖ τῇ νυκτὶ, ἧς τὸ ζοφῶδες διὰ σελήνης καὶ ἀστέρων ὁ Δημιουργὸς κεράννυσι(18). Καὶ ἔστιν ἰδεῖν οἷόν τινας ἀδελφὰς, τὴν ἡμέραν φημὶ καὶ τὴν νύκτα, παρ' ἀλλήλων δανειζομένας εἰς χρείαν τῶν (19) ἀνθρώπων τὸν χρόνον, καὶ πάλιν εὐγνωμόνως ἀποδιδούσας. Τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος λήγοντος, καὶ τοῦ ἔαρος ὑπολάμποντος, ἡνίκα πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορίαι τε καὶ ἐκδημίαι, καὶ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαὶ, καὶ θάλαττα ἐστορεσμένη, καὶ τῆς χειμερινῆς ἀπηλλαγμένη τραχύτητος, καὶ ἡ γῆ τοῖς λῃστοῖς κομῶσα τὸν γηπόνον εἰς ἐπιμέλειαν καλεῖ, καὶ τὰ φυτὰ τὸν φυτουργὸν εἰς τομὴν καὶ κάθαρσιν καὶ ἀρδείαν, καὶ

A vidisti, o amice, age nunc ad alias naturæ creatæ partes te deducamus, et ut in pueris fieri consuevit, qui primos gressus figere incipiunt, dextera tua apprehensa, te pedetentim omnem hanc totius creaturæ machinam obambulare et lustrare doceamus. A cœlis itaque in solem ceu in gradum primum descendito, nec incendium metuas, sed ipsum conscende, et diligenter undiquaque inspice : nec enim aduret te, si animus tibi erga Creatorem candidus sit : quin potius opificem illum tibi monstrabit, qui ipsum naturæ suæ viribus in contrarium uti jussit. Ignis enim naturali motu in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua fluxu deorsum vergente labitur. Nec fas est aquam, ut a montis radice exorta cacumen versus sursum feratur, dirigere, vel igni
B ut flammam suam deorsum emittat persuadere. Quin si quis lampadem aut facem tenens illam manu deorsum deprimere vel millies **491** contendat, flamma tamen in altum fertur, manum que qua fax tenetur impetit, et motum sibi naturalem non relinquit, sed intra naturæ fines consistit. Creatori autem facilia factu sunt omnia. Nam quod tuæ dextræ parere recusat, Creatoris nutibus facile cedit. Et quidem solem et lunam, una cum toto illo stellarum cœtu, cœlo terga vertisse, et radios suos deorsum emittere videmus. Creatori enim serviunt, et natura illis est, quem Creator constituit, terminus. Tibi quidem minime parebit ignis natura, nec a propria sua potentia recedet, conser-
C vus enim tibi est, Creatoris autem nutibus sese accommodans immutatur, et cujus natura erat sursum tendendo in altum ferri, deorsum ferri incipit. Similiter et aquarum naturam, cum fluida et laxa sit, sublimem tamen in altum evehit (idem opifex), et ex imis mundi partibus in altum subductam, mediam inter cœlum et terram constituit, non aliquo suffultam præsidio, sed solo verbo in altum subvectam simul et suspensam. Interea nihil de nubibus audire desideres, nec currere velis priusquam ingredi possis : sed pedetentim circa mundi machinam obambulans, pietatis cursum perdiscito. Verumtamen hic quoque Dei providentiam contemplare, quæ soli et lunæ et reliquis stellis insistit, et has ceu voce quadam hominibus faces præferre ju-
D bet : nec simpliciter modo faces præferre, sed et temporis divisiones et spatia absolvere. Exoriens enim sol diei auctor est : occidens vero, et se veluti occultans, nocti cedit, cujus caliginosas tenebras lunæ et stellarum **492** beneficio ille rerum Conditor temperat. Et sane diem et noctem veluti sorores quasdam videre est, quæ temporis spatia ad hominum usus invicem mutuantur, simul et benevole reddunt. Deficiente enim jam hieme, et novo illucescente vere, quando multi admodum hominibus circa sua opera labores exoriuntur, utpote profectiones et peregrinationes, naviumque e portu de-

(16) τό. Edit. prior habet τά.
(17) μετ. Edit. Paris. μεταρυθμίζεται.
(18) κεράννυσι. Sequimur edit. Paris. cujus lectionem etiam Gualtherus expressit per *temperat*. Sirm. legit σκεδάννυσι.
(19) τῶν. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

duntur, ne in palpebrarum compressione sese invicem atterant: sed foras nonnihil **526** extenduntur, ut ea quoque quæ ex tenuissimis corporibus damna accidunt, oculis arcerent. Cum enim ventus vehementiori flatu spirat, non tenuior modo, sed et crassior pulvis, tum festucæ etiam, et si quæ sunt alia hujusmodi, excitantur. Imo culices quoque, et quæcunque sunt his similia animalcula, in oculos involant: ubi vero cilia instar palorum et sudium præfixa conspexerint, retro fugiunt. Similiter spicas quoque summus ille omnium Conditor armavit. Nam tritici folliculis aristas imponens, minorum avium, quæ seminibus insidiantur, morsum hoc ceu vallo a frugibus prohibet, et his ceu hastarum cuspidibus territas fugat.

A κινεῖται, καὶ κάρφη, καὶ ἕτερα τοιαῦτα· ἐπίσσι (11) δὲ καὶ κώνωπες, καὶ ὅσα τοιαῦτα ζωῦφια, καὶ τὰς βλεφαρίδας ὁρῶντα καθάπερ σκόλοπας, δραπετεύει. Οὕτω καὶ τοὺς ἀστάχυας καθώπλισεν ὁ τῶν ἁπάντων Δημιουργός· ταῖς γὰρ θήκαις τῶν πυρῶν ἐπιθεὶς τοὺς ἀνθέρικας (12), οὐκ ἐᾷ τὰ σπερμολόγα τῶν ὀρνίθων σφόδρα λυμαίνεσθαι τῷ καρπῷ· ἀλλ' οἷόν τισιν αἰχμαῖς δοράτων δεδίττεται, καὶ δραπετεύειν ποεῖ.

Sed dices fortassis, o ingratissime : Quid ergo mihi amplius quam spicis largitus est? Sed et spicas, o stupidissime, in usus tuos condidit. Quid ergo ingratus es, si quæ tua sunt, propter te tuis armis munivit? Tu, ingratissime, frugum semina telluri mandas, ipse autem irrigat, calore fovet, nutrit, custodit, et tibi maturas offert. Tu, ubi messe peracta in aream fruges intulisti, et artificiose dissectas a paleis repurgavisti, mola contritas et a furfure discretas manibus tuis subigis, et in clibano vel fornace excoctis panibus cum voluptate frueris, et tamen horum largitorem ignoras. Sed ad oculum revertamur. Hujus ergo naturam contemplare : vide quot ille tunicis munitus sit, vide quanta sit hujus exterior pulchritudo. Vide insuper pupillæ tenuitatem, huic circumfusam iridem, quam nos στεφάνην seu coronam nominare solemus; vide item corneum circulum, uveam tunicam, **527** crystallinam sphæram, quæ huic subjacet et per medium ejus prospicit; præterea, qui circa hanc diffusus est, humorem vitreum, imo et alteram tunicam, quæ a retis piscatorii figura nomen traxit. Inspice item glandulosam ejus sedem, cui totus innititur, et alimentum, quod ex cerebro per tenuissimum vasculum illi exhibetur, et superflui humoris per oculi angulos effluxum. Vide præterea in quot colorum species sanguis mutetur. Hic enim primo cibus erat, qui dentium vi contritus ventri transmissus est. Hic sibi concolorem efficiens album reddidit : eumdem autem suscipiens jecur, rursus in proprium colorem transmutavit. Postquam vero sanguinis natura hoc modo absoluta est, pars hujus in cerebrum conscendens denuo albescit, et in ossa condensatur, et in nervos densos quidem et firmos, sed flexibiles lentosque convertitur. Sed idem fortassis fecero, quod ii qui arenas numerare conantur, si omnem quæ in corporibus nostris apparet Dei providentiam exponere velim. Ipse igitur privatim omnes reliquos sensus, gustum nempe, olfactum, et auditum, mentis contemplatione pereurrito. Ut nimirum olfactus odores percipiat, et suaves quidem admittat, fetidos autem repellat, et quæ ex capite excernuntur suo

B Ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποις ἀχαριστίαν νοσῶν· Τί τοίνυν μοι πλέον τῶν ἀσταχύων κεχάρισται; Ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσταχύων τὴν φύσιν, ἐμβρόντητε, διὰ τὴν σὴν χρείαν πεποίηκε. Τί τοίνυν ἀχαριστεῖς, εἰ καὶ τὰ σὰ διὰ σὲ τοῖς σοῖς ὅπλοις καθώπλισε; Σὺ σπείρεις τοὺς πυροὺς (13), ἀχαριστότατε· αὐτὸς ἄρδει καὶ θερμαίνει καὶ τρέφει καὶ φρουρεῖ καὶ φυλάττει, καὶ πέπονά σοι προτίθησι. Σὺ δὲ (14) ἀμήσας, καὶ τῇ ἄλῳ παραδοὺς, καὶ τεμὼν τῇ τέχνῃ, καὶ τῶν ἀχύρων ἀποκρίνας, καὶ μύλῃ λεπτύνας, καὶ τῶν πιτύρων χωρίσας, καὶ ταῖς χερσὶ μάξας, καὶ κλιβάνῳ ἢ ἰπνῷ παραδοὺς, ἐντρυφᾷς τοῖς ἄρτοις, καὶ τὸν χορηγὸν ἀγνοεῖς. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπανέλθωμεν. Κατανόησον αὐτοῦ τὴν φύσιν· βλέπε πόσους ἔχει χιτῶνας· βλέπε τὴν ἔξωθεν εὐμορφίαν· βλέπε τὴν τῆς κόρης λεπτότητα, τὴν περικειμένην ἶριν, ἣν στεφάνην ὀνομάζομεν, τὸν κερατοειδῆ κύκλον, τὸν ῥαγοειδῆ χιτῶνα, τὴν κρυσταλλοειδῆ σφαῖραν τὴν ὑπὸ τούτῳ C κειμένην, καὶ διὰ μέσου διακύπτουσαν, τὸ περὶ ταύτην διακεχυμένον ὑελοειδὲς (15) ὑγρὸν, τὸ ἀμφιβληστροειδὲς περιβόλαιον, τὴν ἀδενώδη ἕδραν, ἐφ' ἧς ἅπας ἐρήρεισται, τὴν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου δι' ἀγγείου λεπτοτάτου χορηγουμένην τροφὴν, τὴν διὰ τῶν κανθῶν (16) τοῦ περιττώματος ἐκροήν. Σκόπησον εἰς πόσα τὸ αἷμα μετασχηματίζεται χρώματα. Τοῦτο πρῶτον μὲν ἦν σιτίον· τοῖς ὀδοῦσι δὲ λεπτυνθὲν, τῇ γαστρὶ παρεπέμφθη· ἐκείνη πρὸς τὴν οἰκείαν χρόαν τοῦτο μετέβαλε, καὶ λευκὸν ἀπειργάσατο· τοῦτο τὸ ἧπαρ δεξάμενον, πάλιν εἰς τὸ οἰκεῖον μετατίθησι χρῶμα. Οὕτω γενομένη τοῦ αἵματος ἡ φύσις, εἰς ἐγκέφαλον χωροῦσα, πάλιν λευκαίνεται, καὶ εἰς ὀστᾶ μεταπήγνυται, καὶ εἰς νεῦρα στεγανὰ μὲν, εὐκαμπῆ δὲ μετατίθεται. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὅμοιον ποιῶ τοῖς τὴν ψάμμον ἀριθμεῖν πειρωμένοις, τὴν ἐν τῷ σώματι φαινομένην τοῦ Ποιητοῦ προμήθειαν ἐρευνῆσαι φιλονεικῶν. Κατὰ σαυτὸν τοιγαροῦν πάσας τῇ θεωρίᾳ περινόστησον τὰς αἰσθήσεις, τὴν γεῦσιν, τὴν ὄσφρησιν, τὴν ἀκοήν· ὅπως ἡ μὲν τῶν ὀσμῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει, καὶ τὸ μὲν ἡδὺ προσίεται, τὸ δὲ δυσῶδες ἀπωθεῖται, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς περιττωμάτων τὰς ἐκκρίσεις πεπίστευται. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς κάτωθεν D ἅπαντας ἀναπεμπομένους ἀτμοὺς ὡς ὑπερκειμένη

(11) Sic edit. Paris. melius quam vulg. ἐπιᾶσι.
(12) ἀνθ. ibid. ἀθέρας.
(13) πυρ. ibid. καρπούς.
(14) δέ. Des. ibid.
(15) ὑελ. ibid. ὑμενοειδές, forsan pro ὑμενοειδές.
(16) κανθῶν. Ita emendanda fuit lectio edit. prioris ἀκανθῶν. Gualtheri interpretatio habebat « et superflui humoris per *hircos* effluxum. » Scribi debuisset *hirquos*. Sed ut omnis ambiguitas tolleretur, maluimus scribere *oculi angulos*.

Digitized by Google

τοῦ σώματος ὑποδέχεται (17), ἡ δὲ τούτων πλημμύρα πολλὴν ἂν εἰργάσατο τῷ κυριωτάτῳ μορίῳ, φημὶ δὴ τῷ ἐγκεφάλῳ, τὴν λώβην, οὐδὲ τούτου κατημέλησεν ὁ τῶν ὅλων Ποιητής, ἀλλὰ πόρους τινὰς ἐν αὐτοῖς ἐργασάμενος, καὶ σπογγοειδεῖς καὶ σηραγγοειδεῖς πεποιηκὼς, τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ παχέα τῶν περιττωμάτων ἐπὶ τὴν ὑπερῷαν καὶ τοὺς μυκτῆρας ὡδήγησε, καὶ δύο τούτοις ἐκκρίσεων ἀπένειμε μόρια, ἵνα συντόμως τὸ βλαβερὸν ἐκφορῆται· τὸ δὲ ἀτμῶδες καὶ λιγνυῶδες περίττωμα ἄνωθεν διὰ τῶν τοῦ κρανίου ραφῶν διαφορεῖσθαι καὶ διεξωθεῖσθαι πεποίηκε. Θεώρησον δὲ καὶ τῆς ἀκοῆς τὴν ἐνέργειαν· βλέπε πῶς μυρίας δεχομένη φωνὰς οὐ κορέννυται, οὐ πληροῦται, οὐκ ἴσως ἅπαντα δέχεται, ἀλλ' οἶδεν ὀξείας καὶ βαρείας φωνῆς τὸ διάφορον· εὐφωνίᾳ τέρπεται, καὶ κακοφωνίαν ἀποστρέφεται. Διὰ ταύτης τῶν θείων ἐπαΐομεν λογίων, διὰ ταύτης πᾶσαν ἀνθρωπείαν (18) ἡ φύσις παιδεύεται παίδευσιν, γραμματικὴν, ῥητορικὴν, σοφιστικὴν, ἀριθμητικὴν, ἰατρικὴν, μηχανικὴν, καὶ εἴ τινα ἑτέραν τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἐξεῦρε. Ταύτην ὑπόθες τοῖς ἡμετέροις λόγοις τὴν ἀκοὴν, δέξαι φάρμακον τὴν ψυχὴν καθαῖρον (19), καὶ τῆς πονηρᾶς αὐτὴν βλασφημίας ἐλευθεροῦν· ἐπίθες ταύτῃ πύλας, τὸν λόγον, καὶ πυλωρὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τῶν προσφερομένων (20) σοι λόγων γίνου κριτὴς, καὶ τοῖς μὲν εὐσεβέσιν ὁ πυλωρὸς ἀνοιγέτω τὰς πύλας, τοὺς δὲ βλασφήμους καὶ βδελυροὺς καὶ θεομισεῖς (21) ἀποπεμπέτω, καὶ τὰς πύλας κλειέτω, καὶ οἷόν τινα (22) μοχλὸν ἀῤῥαγῆ, τὸ στερρὸν ἐπιτιθέτω τῆς πίστεως. Οὕτω γὰρ δυνατὸν, τῶν τε πολεμίων ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοὺς φίλους καὶ εὐεργέτας τῶν λόγων ἐπακούοντας (23), τὰς ψυχὰς ὑγιαίνειν· οὐ κνηθομένους, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον, τὴν ἀκοὴν, οὐδὲ τοῖς τέρπουσι μὲν, βλάπτουσι δὲ τὸ λογικὸν λόγοις ταύτην ὑποτιθέντας· ἀλλὰ κριτὰς ὀρθοὺς καὶ δικαίους τῶν λεγομένων (24) γιγνομένους, καὶ τοὺς δνησιν φέροντας ἐκλεγομένους, καὶ τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν προφήτην, διὰ παντὸς προορωμένους, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ βαδίζοντας καὶ καθημένους, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἢ ὁρῶντας ἢ πάσχοντας. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ (25) ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ductu ejiciat. Cum enim ipse in superiori corporis parte constitutus, omnes ab imo ascendentes vapores excipiat, horum autem inundatio præstantissimæ corporis parti, cerebro **528** nempe, cumprimis noxia sit, in hoc quoque non negligens fuit rerum Conditor : sed meatus quosdam fungosos et fistulares fabricavit, per quos humida et crassa illa excrementa ad palatum naresque deduxit : simulque duo hisce excernendis membra designavit, quo facilius quod in his noxium est, efflueret. Vaporum vero excrementa et fuliginosa illa sursum per cranii suturas efferri et expelli fecit. Sed et auditus potentiam contemplare : hunc enim videbis qui, licet infinitas voces excipiat, tamen non saturatur nec etiam impletur, tum nec simili ratione omnes excipit : sed acutæ et gravis vocis differentiam novit, vocis concinna modulatione delectatur, et dissonantem respuit. Hujus beneficio divina oracula percipimus : per eumdem omnem humanam scientiam natura tradit, nempe grammaticam, rhetoricam, sophisticam, arithmeticam, medicinam, mechanicam, et si quæ alia humano ingenio unquam inventa est. Hunc ipsum auditum nostris hisce verbis subjice : per hunc pharmacum quod animam tuam purget, et eamdem ab impia illa blasphemia liberet, suscipe. Huic portas impone, rationem; et janitorem adde, timorem Dei. Tum sermones qui afferuntur justo judicio examina : et piis quidem janitor fores patefaciat, blasphemos autem, profanos, et Deo adversos amandet, ac, clausis portis, fidei robur ceu infractum vectem objiciat. Sic enim fieri potest ut hostibus liberentur, et animarum saluti consulant, qui **529** amicos et utiles sermones admittunt, quibus et aures, ut Paulus inquit[9], non pruriunt, nec eas suavibus quidem, sed rationi noxiis sermonibus præbent : quin potius eorum quæ dicuntur, veros justosque judices agunt, et nonnisi salutares deligunt et utiles : qui denique noctes diesque, sive deambulent sive sedeant, et quidquid vel faciant vel patiantur, Deum, ut Propheta inquit[10], semper coram aspiciunt. Illi sit gloria, honor, et adoratio in æternum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Ἀπόδειξις ἀπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἀνθρωπείων καὶ τῶν ἐφευρεθεισῶν τεχνῶν.

Ἤκουσα τῆς προφητικῆς φωνῆς ᾠδούσης καὶ βοώσης· « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. » Ἀλλὰ φωνῆς μὲν ἐκεῖθεν φερομένης, ἣν ποιεῖ πνεῦμα διὰ τῆς ἀρτηρίας ὠθούμενον ἐπὶ τὸ στόμα, καὶ λόγος γλῶτταν ἐναρμονίως τοῖς ὀδοῦσι προσφέρων, καὶ χεῖλη τυπτόμενα, καὶ ἀὴρ πληττόμενος, καὶ τὴν ἀντιτυ-

ORATIO IV.

Demonstratio (Providentiæ) ex manibus humanis et inventis artibus.

Propheticam illam vocem audivi, quæ canit et clamat : « Cœli enarrant gloriam Dei, opus vero manuum ipsius annuntiat firmamentum[11]. » Atqui vocem istiusmodi, quam spiritus per arteriam ad os delatus, et sermo linguam concinne dentibus applicans, labiorum item contractio et aeris percussi repercussio edit, nemo unquam hominum terre-

[9] II Tim. IV, 3. [10] Psal. XV, 8. [11] Psal. XVIII, 2.

(17) ὑποδ. Edit. Paris. ἀναδέχεται.
(18) ἀνθρ. — παίδ. ibid. ἐπιστήμην ἀνθρωπείαν ἡ φύσις παιδεύεται.
(19) καθ. ibid. sequitur διὰ ταύτης.
(20) προσφ. ibid. προφερομένων.
(21) θεομ. ibid. θεομίσεις.
(22) τινὰ. ibid. τί.
(23) ἐπ. Edit. Paris. δεχομένους.
(24) λεγ. ibid. additur καὶ γενομένων.
(25) καὶ — προσκ. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

strium audivit cœlitus deferri. Sed dum (cœlum) oculis nostris expositum, magnitudinem simul et pulchritudinem suam spectandam præbet, et hominibus tecti usum exhibet, tacens quoque Factorem suum prædicat, et omnium linguas ad laudis decantationem invitat. Et veluti, cum domum aliquam, quæ summo **530** artificio exstructa, et stabili fundamento innixa, angulis quoque rectissime coaptata, latitudine et longitudine altitudineque justæ proportioni per omnia respondet, tum fenestris etiam probe et ordine dispositis illustratur, et omnibus iis quæ ad ædificiorum splendorem faciunt ornata est, conspicimus, mox ipsum architectum admiramur, et absentis imaginem animo concipimus, omnemque proportionis quæ in ædificio cernitur, formam, ad illius artem solemus referre; sic etiam cum cœlum intuemur, et utiles illos commodosque cœlestium siderum motus, nequaquam hæc adoramus, sed horum Opificem encomiis pro virili nostra evehimus, et ex operum magnitudine et pulchritudine auctorem illorum justa animi contemplatione æstimamus. Vere enim et merito sic ratiocinamur: Si tanta est operum magnitudo et præstantia, quantus est ipse operum Conditor? et si tanta inest rebus conditis elegantia, quantam sapientissimi illius artificis et omnium Creatoris pulchritudinem esse convenit? Sic, inquam, « Cœli enarrant gloriam Dei, opus vero manuum ipsius annuntiat firmamentum [12]; » sic « Dies diei eructat verbum, et nox nocti annuntiat scientiam [13]. » Non quidem aliqua vocis emissione, vel linguæ loquela, sed mutua illa, qua se invicem excipiunt, successione et vicissitudine, qua hominum utilitati inserviunt: qua tam alte quodammodo exclamant, ut universum hominum genus illorum vocem exaudiat. « Nec enim sunt loquelæ, inquit, neque sermones, **531** quorum non audiantur voces [14]. » Omnes quippe gentes et linguæ diei et noctis præconia percipiunt. Nam linguæ quidem aliquo inter se discrimine differunt: una autem omnium natura eadem ex his utilitate fruitur. Unde idem ille, qui hæc locutus est, in alio etiam psalmo Creatorem celebrans dixit: « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam (pertingere) [15]. » In meipsum enim, inquit, conversus, dum penes me ab omni externorum cura liberatus versor, propriam mei ipsius naturam contemplari, et rationalem illam animæ potentiam diligentius inspicere volui, scientias nempe, quarum ipsa capax est, et artes, quibus vitam omnem replevit, quarum etiam beneficio vitam suaviorem et jucundiorem transigit, tum immensam illam, quam tum ipsa parit, tum simul capit, verborum copiam, ut denique eadem recondat, et distincte singula custodiat, quam facile unumquodque illorum quæ ipsi commissa sunt pro suo

A πίαν ἐργαζόμενος, οὐδεὶς τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκήκοε πώποτε ἀνθρώπων. Φαινόμενος δὲ καὶ τό τε μέγεθος, τό τε κάλλος ὑποδεικνὺς, καὶ τῆς ὀροφῆς τοῖς ἀνθρώποις παρέχων τὴν χρείαν, σιγῶν κηρύττει τὸν Ποιητὴν, καὶ τὰς ἁπάντων γλώττας εἰς ὑμνῳδίαν κινεῖ· καὶ καθάπερ οἰκίαν ὁρῶντες τεχνικῶς μάλα γεγενημένην, καὶ ἐπὶ στερρᾶς κρηπῖδος ἐρηρεισμένην (26), καὶ γωνίαις εὐθείαις συνηρμοσμένην, εὖρός τε καὶ μῆκος ἔχουσαν, καὶ ὕψος, τὴν πρὸς ταῦτα διασῶζον ἀναλογίαν, καὶ φωταγωγοὺς ἐν ῥυθμῷ καὶ τάξει γεγενημένας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τὰς τοιαύτας οἰκίας λαμπρύνειν φιλεῖ, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν, καὶ τὸν οὐ παρόντα ζωγραφοῦμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὴν ἐκείνου τέχνην πᾶσαν ἐκείνης τῆς εὐπρεπείας ἀναφέρομεν τὴν εὐμορφίαν· οὕτως οὐρανὸν ὁρῶντες, καὶ B τῶν κατ' οὐρανὸν φωστήρων τὴν χρειώδη χορείαν, οὐ ταῦτα προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τὸν τούτων Ποιητὴν ταῖς δυναταῖς ὑμνῳδίαις γεραίρομεν, καὶ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως τὸν Γενεσιουργὸν θεωροῦμεν. Λογιζόμεθα γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως· Εἰ τηλικοῦτον τῶν ποιημάτων τὸ μέγεθος, πηλίκος ὁ Ποιητής; καὶ εἰ τοιαύτη τῶν γενητῶν ἡ ὥρα, οἷον τοῦ ἀριστοτέχνου καὶ Ποιητοῦ τῶν ὅλων τὸ κάλλος; Οὕτως, « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· » οὕτως, « Ἡμέρα (27) τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· » οὐ φωνὴν ἀφιεῖσαι, οὐδὲ διὰ γλώττης φθεγγόμεναι, ἀλλὰ διηνεκῶς ἀλλήλας διαδεχόμεναι, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν ὑπ' ἀλλήλων πλεονεκτούμεναι· καὶ τοσοῦτόν πως C ἐκβοῶσιν, ὡς ἁπάντων ἀνθρώπων τὸ γένος τῆς τούτων ἐπαΐειν φωνῆς. « Οὐκ εἰσὶ γὰρ, φησὶ, λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ (28) ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. » Ἅπαν γὰρ ἔθνος, καὶ ἅπασα γλῶσσα τῶν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς κηρυγμάτων ἀκούει. Αἱ μὲν γὰρ γλῶτται τὸ διάφορον ἔχουσι, μία δὲ φύσις τὴν αὐτὴν παρὰ τούτων δρέπεται χρείαν. Οὕτω πάλιν ὁ ταῦτα εἰρηκὼς, ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ τὸν Δημιουργὸν ἀνυμνῶν, ἔλεγεν· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Εἰς ἐμαυτὸν γὰρ, φησὶ, στραφεὶς, καὶ ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος, καὶ τῶν ἔξωθεν ἁπάντων θορύβων ἀπαλλαγεὶς, ἐν θεωρίᾳ τῆς ἐμαυτοῦ γενέσθαι φύσεως ἠβουλήθην, καὶ τὴν λογικὴν τῆς ψυχῆς ἀκριβῶς δύ- D ναμιν κατιδεῖν, τὰς ἐπιστήμας, ὧν ἔστι δεκτικὴ, τὰς τέχνας, ὧν τὸν βίον ἐνέπλησε, δι' ὧν ἥδιον καὶ θυμηρέστερον βιοτεύει, ὧν ὠδίνει λόγων τὸ πλῆθος, ὧν δέχεται τὴν ἀμετρίαν· πῶς ἀποτίθεται ταῦτα, καὶ διακεκριμένως φυλάττει· πῶς προφέρει ῥᾳδίως τῶν ἀποκειμένων (29) ὃ βούλεται· πῶς ἰθύνει τὸ σῶμα, καὶ ὀφθαλμοῖς μὲν, ὄγκων καὶ χρωμάτων ἐγχειρίζει διάκρισιν· γλώττῃ δὲ, χυμοὺς δικάζειν ἐπίστευσε, καὶ διάκονον τῶν οἰκείων ὠδίνων ἐχειροτόνησεν, ὀσμῶν δὲ κριτήριον ἀπέφηνε τὰς ῥῖνας, καὶ λόγοις ἔξωθεν φερομένοις τὰς ἀκοὰς ἀνεπέ-

[12] Psal. xviii, 2. [13] Ibid. 3. [14] Ibid. 4. [15] Psal. cxxxviii, 6.

(26) ἐρηρ. Edit. Paris. ἐρειρισμένην.
(27) ἡμ. Edit. Paris. præm. ἡ.
(28) οὐχί. Supra, t. I, p. 719, erat οὐκ.
(29) ἀποκ. Edit. Paris. ὑποκειμένων.

Digitized by Google

ταισε· τῷ δὲ λοιπῷ σώματι τὴν ἀπτὴν ἐνεχείρισε δύναμιν· καὶ παρέχει μὲν τούτοις τὴν αἰσθητικὴν ἐνέργειαν, ἀντιλαμβάνει δὲ παρὰ τούτων καὶ λύπην καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα καὶ ὅσα τοιαῦτά φησι λογιζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν τῶν ἐναντίων τούτων συνδρομὴν εἰς ἑνὸς ζώου κατασκευήν, καὶ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου συμφυΐαν καὶ συζυγίαν (30), νικῶμαι τῷ θαύματι, καὶ τῆς θεωρίας οὐκ ἐφικνούμενος, τὴν ἧτταν ὁμολογῶ, καὶ τῆς τοῦ Δημιουργοῦ σοφίας ἀνακηρύττων τὴν νίκην, καὶ τὸν Ποιητὴν ἀνυμνῶν, βοῶ· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Καὶ ταῦτα καὶ (31) ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἁρμόττει τὰ ῥήματα, τὴν φαινομένην ἐν τοῖς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος μορίοις σοφίαν κατιδεῖν ἐθελήσασι μὲν, τῇ δὲ πείρᾳ τὴν ἀσθένειαν διδαχθεῖσιν. Οὐ μικρὰ δὲ ὅμως ἐκ τῆς ἀμυδρᾶς κεκερδήκαμεν θεωρίας· ἐθεασάμεθα γὰρ καὶ ἐν τῷ βραχυτάτῳ μορίῳ τοῦ σώματος τὴν τοῦ Θεοῦ διαλάμπουσαν προμήθειαν. Τί γὰρ τριχῶν εὐτελέστερον; τί δὲ οὕτως ἐν τοῖς τοῦ σώματος μορίοις αἰσθήσεως ἄμοιρον; Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων τὴν χρείαν ἀναγκαίαν ἔδειξεν ὁ λόγος· καὶ μαρτυροῦσιν ὀφρύες καὶ βλεφαρίδες, μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ τὴν κεφαλὴν κοσμοῦσαί τε ὁμοῦ καὶ καλύπτουσαι· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὴν χρείαν οἱ τούτων ἐψιλωμένοι διδάσκουσι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐρυθριῶσιν ὡς κάλλους ἐστερημένοι· ἔπειτα δὲ καὶ ἕτερα ἄττα ἐπινοοῦσι καλύμματα, τὴν ἐκείνων χρείαν ἀποπληροῦντα. Καὶ ὡς ἔοικε, τούτου χάριν καὶ γυμνωθῆναι τούτων ἑνίας κεφαλὰς ὁ Δημιουργὸς συνεχώρησεν, ἵνα μάθωμεν ὅπως καὶ τούτων προμηθούμενος ὁ Ποιητὴς, οὕτω τὸ ζῶον διέπλασεν. Οὕτω τοὺς εἰς ἄνδρας λοιπὸν τελοῦντας, καὶ τὴν μειρακιώδη ὑπερβαίνοντας ἡλικίαν, τῷ γενείῳ κατακοσμεῖ, καὶ μοῖράν τινα τῶν παρειῶν σὺν τῷ ἀνθερεῶνι. Πρότερον μὲν γὰρ (32) ἴουλος ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα κόμη μετρία καλύπτει, ἵνα τῇ προσθήκῃ διδάξῃ τῶν ἡλικιῶν τὸ διάφορον, καὶ πείσῃ διὰ τοῦ σχήματος, τῶν παιδικῶν μὲν ἀθυρμάτων ἀπέχεσθαι, τὰ δὲ σπουδαῖα τῶν ἔργων προσίεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ γυναιξὶν αἱ ὠδῖνες εἰς τοιαύτην διδασκαλίαν ἀρκοῦσι, μόνων οὕτω τὰς τῶν ἀνδρῶν παρειὰς ἐστεφάνωσεν. Εἰ δέ τις μόνον ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ δεδιδαγμένος, τὰς ἐν ἄλλοις μορίοις τοῦ σώματος τῶν τριχῶν ἐκφύσεις προβάλλοιτο, μανθανέτω καὶ περὶ τούτων μάτην ἀχαριστῶν. Αὐτοφυὲς γὰρ ἡ φύσις περιτέθεικε κάλυμμα, οἷς τὰ χειροποίητα περιτιθέναι σπουδάζομεν. Διὰ τοῦτο, οἷς μὲν τὸ λογικὸν οὐδέπω διακρίνειν ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐπίσταται, οὐ περιτέθεικεν ἡ φύσις τὸ ἐκ τριχῶν περιβόλαιον· τοὺς δὲ ἤδη τῆς γνώσεως ἀρξαμένους, καὶ τῶν μελῶν ἑκάστου τὴν χρείαν δεδιδαγμένους, εὖ μάλα καὶ λίαν καλῶς τούτῳ τῷ διαζώματι κατεκόσμησεν, ὥσπερ ἐρυθριῶντας ἐφ' οἷς οὐκ ἔδει καλύπτουσα· ταύτην γὰρ οὐκ εἶχεν ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν αἰσχύνην ὁ γενάρχης Ἀδάμ. « Ἦσαν γὰρ, φη-

arbitrio proferat : ut corpus totum dirigat, ut eadem oculis quidem quantitatis et coloris discernendi judicium commiserit, linguæ autem humorum discrimina concrediderit, eamdemque eeu ministrum aliquem suorum fetuum (sermonum scilicet) delegerit, nares item odorum examine donarit, et aures, ut sermones qui exstrinsecus advehuntur capiant, patefecerit, per reliquum autem corpus tactum extenderit, et ut his quidem sentiendi vim largiatur, ipsa autem ab iisdem vel doloris vel lætitiæ affectum percipiat : hæc, inquam, **532** et quæcunque talia sunt animo volvens, et horum omnium, quæ sibi aliquo modo contraria sunt, in unius animalis fabrica concursum videns, una cum mortalis et immortalis naturæ conjunctione, tanto miraculo vincor, et contemplationis hujus mysterium minus assequens, me victum confiteor, et sapientiæ Creatoris victoriam prædicans, ipsumque Creatorem celebrans, exclamo : « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad ipsam (pertingere) [16]. » Et hæc quidem verba nobis in præsenti negotio conveniunt, qui eam quæ in humani corporis membris apparet, sapientiam inspicere quidem conamur, infirmitatem vero nostram reipsa experimur. Non parum tamen emolumenti ex illa quoque subobscura contemplatione ad nos rediit. Nam in minima quoque corporis particula Dei providentiam clarissime elucentem spectavimus. Quid enim pilis vilius ? quid in cunctis corporis partibus omnis sensus perinde expers est ? Nihilominus tamen horum quoque necessarium usum sermo noster ostendit. Testantur hunc supercilia et palpebrarum pili : testantur eumdem, qui caput ornant teguntque capilli. Quæ enim horum sit utilitas et usus, calvi manifeste docent. Primo enim quasi decore suo spoliati erubescunt : deinde alia quædam velamenta comminiscuntur, quæ horum usum illis expleant. Et sane hanc ob causam ut mihi videtur, rerum Opifex quorumdam capita pilorum velamento destitui permisit, ut discamus, quod et horum cura habita hominem hoc modo formaverit. Sic eos qui virilem **533** ætatem ingrediuntur, et pueriles annos transierunt, barba exornat, quæ genas aliqua ex parte cum mento inferiori vestit. Et primum lanugine florent malæ : deinde modicum pilorum velamen easdem tegit, ut augmento hoc ætatis discrimen doceat, et ipsa vultus figura homini persuadeat, ut relictis puerilibus ludis, ad res serias accingatur. Quoniam vero pariendi dolores muliebri sexui ad hanc doctrinam sufficere possunt, nonnisi virorum genas hoc modo coronavit. Quod si vero quis eorum numero qui nonnisi veritati obstrepere didicerunt, eos hic nobis pilos objiciat, qui in aliis quibusdam corporis partibus enascuntur, is se circa hos quoque ingratitudinem suam immerito testari sciat.

[16] Psal. cxxxviii, 6.

(30) καὶ συζυγ. Des. in edit. Paris.
(31) καί. Des. ibid.
(32) γάρ. Ex edit. Paris. suppletum.

Digitized by Google

Velamento enim sponte enato eas partes natura contexit, quas nos manu factis tegumentis velare studemus. Quapropter iis, quorum ratio adhuc infirmior inter virtutem et vitium discernere nequit, hæc pilorum velamina natura non apposuit : eos vero, quibus jam firmior esse incipit rerum cognitio, quique singulorum membrorum usum edocti sunt, bene. et honeste hoc cingulo ornavit, quasi tegere volens erubescentes propter ea quorum aspectus neminem pudore suffundere deberet. Hunc certe pudoris affectum Adamus humani generis conditor in paradiso minime sensit. « Erant enim, inquit Scriptura, ambo nudi, tam Adam, quam uxor ipsius, et non erubescebant [17]. » Ubi vero legem transgressi, delictorum suorum vim senserunt, et Dei vocem auribus percepere, ficus folia consuerunt, et fecerunt sibi cinctoria [18]. **534** Quamobrem vel in his quoque (corporis) partibus Creatoris circa te curam aspice, o amarulentissime creationis et providentiæ accusator. De iis, quarum vel sola mentio pudorem tibi injicit, Deus creator et opifex gloriatur et exsultat. « Vidit enim, inquit, Deus omnia quæcunque fecit, et ecce valde bona erant [19]. »—« Faciamus, ait, illi adjutorem similem ipsi [20]. » Et prima hæc est Dei benedictio : « Crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini super illam [21]. » Quoniam autem oratio ad ea corporis membra, quæ divino Paulo teste [22] inhonestiora censentur, nescio quo pacto ceu vi quadam delata est, denuo in his ineffabilem Creatoris erga humanum genus amorem considera. Os enim, cujus officium est sermoni servire, cibum excipere, et susceptum ventri transmitere, oculis vicinum constituit : excrementorum autem secessum, qui visum lædere, et cibi fastidium parere ac nauseam movere posset, non longo duntaxat ab his intervallo distare fecit, sed ex oculorum conspectu omnino removit, rectum videlicet intestinum in posteriores corporis partes deflectens, et inter nates meatum aperiens, horum quoque egestioni naturale quoddam velamentum construxit. Tantum itaque Dei erga nos amorem reverere. Ineffabilem ejus curam cum tremore suspice, dum hanc ea fabricare vides, quæ vel nominare te pudet : dum, inquam, eamdem illam sua providentia curare illa cernis, quorum mentio tibi pudorem offundit. Cum enim omne illud, quod in animali cernitur, mortale sit, et alimento, utpote **535** mortale exsistens, opus habeat, necessario utique et os et excrementorum secessum addidit, ac tortuosos intestinorum orbes condidit, qui feculentam alimenti partem exciperent, non autem recto statim ductu egererent, ne ciborum necessitas continua nobis molesta esset, evacuatione implet̃ionem semper postulante.

Et quid hic omnia naturæ miracula dicere attinet? Tempus enim nunc est ad manus transire, quarum mentionem hesterno die prætermittentes, earumdem usum nos hodie exposituros esse promisimus. Has ergo inspice, ut non longius quam opus est extensæ sunt, ne videlicet corpus reliquum onere suo aggravent, nec etiam minori quam usus postulat spatio contractæ, sed operibus, quorum executio ipsis destinata est, convenientem mensuram

A σιν, οἱ δύο γυμνοὶ, ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. » Μετὰ δὲ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν, εἰς αἴσθησιν ἐλθόντες τῶν ἐπταισμένων, καὶ τῆς θείας φωνῆς ἀκούσαντες, ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. Ἆθρει τοιγαροῦν, ὦ πικρὲ τῆς δημιουργίας ὁμοῦ καὶ τῆς προνοίας κατήγορε, καὶ ἐν τούτοις τοῖς μέλεσι τὴν τοῦ Ποιητοῦ κηδεμονίαν. Περὶ ὧν σὺ μὲν καὶ ἀκούων ἐρυθριᾷς, ὁ δὲ Δημιουργὸς καὶ διαπλάττων ἀγάλλεται· « Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς πάντα (33) ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν· » καὶ, « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. » Καὶ πρώτη εὐλογία Θεοῦ· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Ἐπειδὴ δ' ὁ λόγος εἰς τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος, κατὰ τὸν B θεῖον Παῦλον, ἀτιμότερα ὑπάρχειν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξελθεῖν ἐδιάσθη, βλέπε πάλιν τὴν ἄῤῥητον τοῦ Ποιητοῦ φιλανθρωπίαν. Τὸ μὲν γὰρ στόμα, καὶ λόγῳ διακονεῖν, καὶ τροφὴν ὑποδέχεσθαι, καὶ παραπέμπειν τῇ γαστρὶ πεπιστευμένον, πλησίον ἔθηκε τῶν ὀμμάτων· τὸν δὲ τῶν ἐκκρίσεων πόρον, ἀποκναίειν τὰς ὄψεις δυνάμενον, καὶ τροφῆς ἀποτρέπειν, καὶ βδελυγμίας ἀναπιμπλᾶναι, οὐ μόνον πόῤῥω που τούτων πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀφανῆ τούτοις κατέστησεν, εἰς τοὐπίσω τὸ ἀπευθυσμένον ἔντερον ἀποκλίνας, μεταξὺ δὲ τῶν γλουτῶν τὸν πόρον ἀνοίξας, καὶ τῇ τούτων προβολῇ πάλιν αὐτοφυὲς αὐτῷ μηχανησάμενος κάλυμμα. Αἰσχύντητι τοιγαροῦν τῆς θείας φιλανθρωπίας τὴν ἀμετρίαν· φρίξον αὐτῆς C τὴν ἄῤῥητον κηδεμονίαν, ὁρῶν αὐτὴν δημιουργοῦσαν, ἃ σὺ λέγειν αἰσχύνῃ, ὁρῶν αὐτὴν προμηθουμένην, ὧν καὶ τὴν μνήμην ἐρυθριᾷς. Ἐπειδὴ γὰρ θνητόν ἐστι τὸ ὁρώμενον τοῦ ζώου, καὶ τροφῆς ἄτε δὴ θνητὸν ἐνδεὲς, ἀναγκαίως αὐτῷ καὶ στόμα ἐνέφυσε, καὶ πόρους ἐκκρίσεων, καὶ κύκλους ἐντέρων πυλεελίκτους ἐδημιούργησε, τὸ ἰλυῶδες, τῆς τροφῆς ὑποδεχομένων, καὶ οὐκ εὐθὺς προϊεμένων, ὅπως μὴ συνεχῶς ἡμῖν ἡ χρεία τῶν σιτίων παρενοχλῇ, τῆς κενώσεως ἀεὶ τὴν πλήρωσιν ἀπαιτούσης.

D Καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν τὰ τῆς φύσεως θαύματα; Καιρὸς γὰρ ἤδη λοιπὸν ἐπὶ τὰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὧν τὴν μνήμην τῇ προτεραίᾳ παραλιπόντες, ὑπεσχόμεθα σήμερον τούτων ἑρμηνεῦσαι τὴν χρείαν. Βλέπε τοίνυν αὐτὰς, οὔτε πέρα τῆς χρείας ἐκτεταμένας, ἵνα μὴ φορτίον περιττὸν τῷ λοιπῷ γένωνται σώματι, οὔτε αὖ πάλιν ἐνδεέστερον ἢ ἔδει τὸ μῆκος (34) ἐχούσας, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ὧν χάριν ἐγένοντο ἀναλογοῦν δεξαμένας τὸ μέτρον. Τούτου χάριν αὐ-

[17] Gen. II, 25. [18] Gen. III, 7. [19] Gen. I, 31. [20] Gen. II, 18. [21] Gen. I, 28. [22] I Cor. XII, 22.

(33) πάντα. Loco cit. præmittitur τά.

(34) μῆκος. Edit. Paris. μέτρον.

Digitized by Google

τὰς καὶ τριχῇ διεῖλεν ὁ Πλάστης, καὶ τὴν μὲν πρώ- A
τὴν ἁρμονίαν τοῖς ὤμοις ἐντέθεικεν, ἀγκῶνι δὲ βραχίονα καὶ πῆχυν συνήρμοσε, τῷ δὲ καρπῷ τὴν ἑτέραν τοῦ πήχεως συναρθρώσας ἀρχὴν, καὶ τούτῳ τὸ μετακάρπιον ἐπιθεὶς, τοὺς πέντε τούτῳ δακτύλους ἐνέφυσε. Καὶ ἕκαστον δὲ τούτων ἐκ τριῶν σκυταλίδων συνέθηκε· καὶ τῶν μὲν τὰς ἀρχὰς κοιλάνας, τῶν δὲ σφαιροειδεῖς τεκτηνάμενος, καὶ τῷ κοίλῳ τὸ σφαιροειδὲς ἐμβαλὼν, νεύροις τε ἐνέδησε στεγανοῖς, καὶ μυσὶ τὴν ἐκούσιον κίνησιν ἐγχειρίσας, μαλακῷ ἠμφίεσε δέρματι, ἵνα συναγομένοις ἐμποδὼν ἡ σκληρότης μὴ γίγνηται. Καὶ τὰ ἄκρα δὲ τῶν δακτύλων ἔνδοθεν χαῦνα δημιουργήσας, ἔξωθεν τῆς ἀσφαλείας ἐφρόντισεν. Ὄνυχας γὰρ αὐτοῖς λεπτοὺς καὶ πλατεῖς ἐπέθηκε, περιφερεῖς ἔξωθεν τὰς προβολὰς ἔχοντας· καὶ λεπτοὺς μὲν πεποίηκεν, ἵνα μὴ τὴν μαλακὴν B
τῶν ἄκρων βαρῶσι σάρκα, περιττὸν φορτίον γινόμενοι· πλατεῖς δὲ, ὅπως ἐν ταῖς ἐπιπόνοις (35) ἐργασίαις ἀντέχωσιν, ἔξωθεν τὸ χαῦνον τῆς ἔξω κειμένης σαρκὸς ὑπερείδοντες· περιφερεῖς δὲ τούτων τὰς προβολὰς ἐτεκτήνατο, τὸ δυσπαθὲς αὐτοῖς διὰ τοῦδε τοῦ σχήματος μηχανώμενος. Εὔθρυστοι γὰρ τῶν τριγώνων καὶ τετραγώνων σχημάτων ἐν τοῖς λεπτοῖς σώμασιν αἱ γωνίαι. Λέουσι μὲν γὰρ, καὶ ἄρκτοις, καὶ παρδάλεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις θηρίοις, ὀξεῖς καὶ παχεῖς καὶ μακροὺς καὶ μάλα ἰσχυροὺς ἐνέφυσεν ὁ Ποιητὴς ὄνυχας, καὶ φυσικὴν αὐτοῖς περιτέθεικε πανοπλίαν, ἐπειδὴ τῆς τεχνικῆς αὐτοὺς μεταλαχεῖν βοηθείας ἡ ἀλογία κωλύει. Τὸν δὲ ἄνθρωπον λογικὸν δημιουργήσας, καὶ νοῦν αὐτῷ μυ- C
ρίων ἐπιστημῶν καὶ τεχνων εὑρετὴν ἐμφύσας, γυμνὸν τῆς φυσικῆς πανοπλίας ἐδημιούργησε· καὶ οὔτε ὄνυχας αὐτῷ θηριώδεις ἔδωκεν, οὔτε ὁπλαῖς ἢ χηλαῖς τοὺς τούτου πόδας ἐκάλυψε· πῶς γὰρ ἂν ἐπέβη κλιμάκων; πῶς δὲ ἂν ἐπὶ τοίχων ἔστη λεπτῶν, λίθους ἢ πλίνθους ὑφαίνων, καὶ οἰκίαν κατασκευάζων; πῶς δ' ἂν ἐπ' ἄκρων ἔστη δωμάτων ὁπλαῖς ἢ χηλαῖς κεχρημένος; Νῦν δὲ τὸ μαλακὸν καὶ πρόμηκες τῶν ποδῶν, καὶ τῶν δακτύλων τὸ εὐκαμπὲς, ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν κίνησιν, καὶ ἀσφαλῆ τὴν στάσιν ποιεῖ. Καὶ γυμνοῖς μὲν τοῖς ποσὶ κεχρημένος, εὐπετῶς μάλα καὶ ἐπὶ ξύλων βαδίζει, καὶ λεπτῶν κλιμάκων κατατολμᾷ, καὶ μυρία ἅττα δρᾷ μετὰ πολλῆς εὐκολίας. Τὴν δὲ τῶν ὁπλῶν ἢ τῶν χηλῶν χρείαν ἐπείσακτον ἔχει. Ἐκ γὰρ τῶν ὑπηκόων θρεμμάτων δέρμα λαβὼν, βυρσοδεψικῇ καὶ σκυτοτομικῇ τέχνῃ χρησάμενος συνεργῷ, μιμεῖται τῶν ποδῶν καὶ θέσιν καὶ ὄγκον, μῆκός τε καὶ εὖρος, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀμφιέννυσιν, ὡς ἂν καὶ τῶν ἀντιτύπων σωμάτων ἐν τῷ βαδίζειν τὴν βλάβην ἀπείργωσι, καὶ τῶν κρυμῶν ἀμβλύνωσι τὴν ἀκμήν. Τούτου χάριν ὁ Ποιητὴς μόνῳ τῷδε τῷ ζώῳ τὰ τῶν χειρῶν ἐχαρίσατο μόρια, οἷον ὀργανά τινα λογικῷ πρέποντα. Διὰ τούτων γὰρ οἱ ἄνθρωποι καὶ γῆν ἀροῦσι, καὶ αὖλακας (36) τέμνουσι, καὶ σπέρματα καταβάλλουσι, καὶ σκαπάνην ἢ δίκελλαν μεταχειριζόμενοι, βόθρους ὀρύττουσι, καὶ δένδρα φυτεύουσι, καὶ δρέπανα θήγοντες, νῦν τὰς ἀμπέλους πρὸς

sortitæ sunt. Quapropter trifariam quoque illas divisit rerum Conditor. Et primam quidem compagem humeris inseruit : cubito autem brachium et ulnam commisit, brachiali reliquam ulnæ extremitatem compingens, et huic postbrachiale subjungens, quinque illi digitos inseruit. Singulos autem horum ex tribus internodiis vel radiis composuit, quorum extremitates alias quidem sinubus excavatas, alias autem sphæricas fabricans, deinde excavato sinui rotundam alterius extremitatem inserens, nervis simul validis constrinxit, et circumpositis musculis voluntarii motus facultatem largitus, eosdem tenui mollique cuticula vestivit, ne digitorum contractioni impedimento esset durities. Præterea, cum digitorum extremas partes interius molliores fecerit, foris tamen eorum incolumitati **536** et securitati consuluit. Ungues nempe tenues ipsis latosque imposuit, quorum exterior eminentia rotundior est. Et tenues quidem fecit, ne molliorem illam, quæ in summis digitis est, carnem aggravent si onus sint nimium : latos vero, ut in molestis, laboribus subeundis reniti possent, dum mollem quæ illis prominet carnem suffulciunt : eminentias autem eorumdem rotundas fecit, hac nimirum figura eos, ne facile læderentur, munire volens. Angulos enim in triangulis et quadrangulis tenuium corporum figuris fragiles esse constat. Leonibus quidem, ursis, pardis et aliis feris, acutos, crassos, prælongos et validos ungues rerum Conditor inseruit, ac armatura illas instruxit naturali, eo quod rationis usu destitutæ, non aliquo ab arte excogitato auxilio sibi consulere possunt. Hominem vero, quem rationalem fecit, et mente quæ plurium scientiarum et artium inventrix est, instruxit, naturali armatura destitutum creavit, nec ferinos illi ungues tribuit, nec etiam ungulis aut chelis pedes illius contexit. Quomodo enim, si his armatus esset, per scalas ascenderet ? quomodo item tenuiori murorum superficiei insisteret, dum lapides aut lateres contexens domum ædificat ? Quomodo etiam ungulis aut chelis instructus in summis domuum fastigiis tuto stare posset ? Nunc autem tenerior illa et in longum extensa pedum forma, et digitorum flexibilitas, homini et motus facilitatem et stationem magis tutam exhibet. Et sane cum nudis pedibus homo utitur, expedite D
super lignum incedit, et scalis minimis insistere audet, et infinita **537** hujus generis multa cum agilitate peragit. Ungularum vero et chelarum usum aliunde asciscit homo. Ex pecudum enim, illius imperio subjectarum, genere pelles accipit, et coriaria atque sutoria artibus ceu adjutricibus utens, in iis formandis pedum formam et magnitudinem, longitudinem et latitudinem exprimit, et eosdem ita vestit, ut et periculum, quod a duris corporibus inter eumdem imminet, arceant, et frigoris vehementiam retundant. Et hanc quidem ob causam rerum Conditor soli homini manus, ceu organa ra-

(35) ἐπιπ. Edit. prior habebat ἐπιτόνοις, sed sequimur Parisinam.
(36) αὔλ. Edit. Paris. αὔλακα.

Digitized by Google

tionali naturæ congrua, largitus est. Manibus enim homines et terram arant, et sulcum exscindunt, et semina telluri mandant, sarculum et ligonem tractantes fossas agunt, arbores plantant, et ubi falces exacuerunt, nunc quas vident ad germinationem festinantes, vites putant, et superfluam palmitum partem auferunt : nunc vero fruges demetunt, et laborum præmia manuum beneficio decerpunt, et manipulos colligant, et eosdem in areas deferunt, paleasque a tritico secernunt, manibusque ceu cooperariis usi, illas quidem (paleas) ad suos acervos transmittunt, hoc vero in horreis et granariis recondunt. Simul autem iisdem manibus et vindemiam peragunt, et oleas legunt, vinum exprimunt, olerum omnia genera plantant, et innumeras fructuum species artis varietate excogitantes, eas et decerpunt, et his frui cupientibus offerunt. Manuum opera humana mens non terram modo floridis pratis, luxuriantibus arvis et immensis nemoribus exornat, sed et ipsum mare pluribus viis instruxit, **538** et quod pedestribus cunctis invium erat, tale effecit, ut complures viatores capiat. Cum enim divinitus concesso sapientiæ dono naves fabricandi artem invenisset, aferrariis fabris, quorum artem ante excogitaverat, securim, serram, asciam, et quæcunque alia sunt hujus artis instrumenta accipiens, tum a seniori illius sorore, agricultura nimirum, arbores infrugiferas mutuans, easdem instrumentis hisce fabrilibus excidit : et carinam quidem ceu fundamentum quoddam jaciens, super hanc vero asseres muri instar contexens, clavisque omnia apte compingens, et picis pinguedine inungens, hujus nimirum præsidio aquarum influxum arcere studens, marinum vehiculum, navem, construxit. Quoniam vero equis et mulis ad currum hunc opus erat, eos autem non ferebat fluida aquarum substantia, huic quoque navis gubernator sapienter admodum consulit, manuum nimirum ministerio usus. Nam temonis loco malum erigit, cui vela instar jugi appendit, et immissis ventorum flatibus, ceu equis aut mulis utitur, eosque ceu equos jugo admovet. Porro cum navi habenis quoque opus esset, gubernacula has imitantur : quibus arreptis gubernator instar aurigæ alicujus, puppi tanquam currus circumferentiæ insidens, navem facili motu hinc inde transfert. Nec secundis modo ventis spirantibus navem scienter regere, sed et turbulentas ventorum procellas dissolvere, et ceu equos indomitos **539** et effrenes freno cohibere novit. Et hæc quidem omnia manuum ministerio usa hominis mens instituit. Earumdem opera nauta remigat, nauclerus gubernat, mercator emptas merces exponit, piscator omnis artem suam exercet, et non apparentem prædam ingenioso retium contextu venatur. Sed agedum e mari tandem in terram descendamus. Tempus enim ad exactam uniuscujusque expositionem non sufficit.

Inspice igitur, ut artes mutuo a se invicem quod

ὠδῖνας ἐπειγομένας ὁρῶντες τέμνουσι, καὶ τῶν περιττῶν ἀπαλλάττουσι· νῦν δὲ τὰ λῆϊα κείρουσι, καὶ δρέπονται τῶν πόνων τὰ ἐπίχειρα χερσὶ χρώμενοι, ἀμαλλοδετῆρες δεσμοῦσι, καὶ εἰς τὰς ἅλως τὰ φορτία κομίζουσι, καὶ τῶν ἀχύρων τοὺς πυροὺς ἀποκρίνουσι. Καὶ τὸ μὲν, ταῖς ἀχυρμιαῖς παραπέμπουσι, τοὺς δὲ, τοῖς δοχείοις ἐναποτίθενται, χερσὶ χρώμενοι συνεργοῖς. Καὶ ἄμπελον τρυγῶσι, καὶ ἐλαίαν συλλέγουσι, καὶ οἶνον ἀποθλίβουσι, καὶ λαχάνων γένη παντοδαπὰ γεωργοῦσι, καὶ ὁπωρῶν εἴδη μυρία ταῖς φιλοτεχνίαις ἐπινοοῦντες, δρέπονταί τε καὶ προσφέρουσι τοῖς ἀπολαύειν ἐθέλουσι. Διὰ χειρῶν ὁ ἀνθρώπειος νοῦς οὐ μόνον τὴν ἤπειρον εὐανθέσι λειμῶσι, καὶ κυμαίνουσι ληΐοις, καὶ ἀμφιλαφέσιν ἄλσεσι καλλωπίζει, ἀλλὰ καὶ τὴν θάλασσαν πολλαῖς ὁδοῖς κατεκόσμησε, καὶ τὴν πᾶσιν ἄβατον τοῖς φύσιν λαχοῦσι πεζὴν, πολλοὺς ἔχειν ὁδίτας ἐμηχανήσατο· τῇ γὰρ θεοσδότῳ σοφίᾳ τὴν ναυπηγικὴν εὑράμενος τέχνην, παρὰ τῆς χαλκευτικῆς, ἣν πρὸ ταύτης ἐμηχανήσατο πέλεκυν λαβὼν, πρίονά τε, καὶ σκέπαρνον, καὶ ὅσα τεκτονικῆς ὄργανα, καὶ παρὰ τῆς πρεσβυτέρας αὐτῆς ἀδελφῆς τῆς γεωργίας τῶν ξύλων τὰ ἄκαρπα τοῖς ὀργάνοις ἐκείνοις τεμὼν, καὶ τὴν μὲν τρόπιν οἷόν τινα θεμέλιον ὑποθεὶς, εἶτα ἐπὶ ταύτης καθάπερ τινὰς τοίχους τὰς σανίδας ὑφήνας, καὶ τοῖς γόμφοις ἄριστα συναρμόσας, τῇ δὲ τῆς πίσσης ἀλοιφῇ καταχρίσας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ὕδασι τὴν εἰσροὴν ἀποτειχίσας, ὄχημα θαλάττιον τὸ σκάφος ἀπέφηνε. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ ἵππων καὶ ἡμιόνων τῷδε τῷ ζεύγει, φέρειν δὲ τούτους οὐκ ἴσχυεν ἡ ῥοώδης οὐσία, μηχανᾶται καὶ τοῦτο σοφῶς, ταῖς χερσὶ πάλιν χρησάμενος ὑπουργοῖς, ὁ τοῦ πλοίου κυβερνήτης· ἀντὶ ῥυμοῦ γὰρ τὸν ἱστὸν ἀνορθώσας, καὶ τὰ ἱστία ζυγοῦ δίκην αὐτῷ συνάψας, ταῖς τῶν ἀνέμων αὔραις προσβαλλούσαις, ἀντὶ ἵππων· καὶ ἡμιόνων κέχρηται, καὶ ταύτας ὥσπερ τινὰς πώλους ὑπάγει ταῖς ζεύγλαις (37). Ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ ἡνίας ἔχειν τὸ σκάφος, τὰ πηδάλια ταύτας μιμεῖται, καὶ τῶν οἰάκων ἐπειλημμένος ὁ κυβερνήτης, οἷά τις ἡνίοχος, καθάπερ ἵτυν ἅρματος τὴν πρύμναν (38) ἔχων, μεταφέρει ῥᾳδίως τῇδε κἀκεῖσε τὸ σκάφος· καὶ οὐ μόνον φιλίου πνεύματος ῥέοντος οἶδεν ἐπιστημόνως ἰθύνειν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀνέμων ἀτάκτους προσβολὰς διαλύειν, καὶ οἷόν τινας πώλους ἀδαμάστους καὶ δυσηνίους ἀνέχειν τῷ χαλινῷ, καὶ ταῦτα ὁ ἀνθρώπειος νοῦς μηχανᾶται, χερσὶ διακόνοις χρώμενος. Διὰ τούτων καὶ ναύτης ἐρέττει, καὶ κυβερνήτης ἰθύνει, καὶ ἔμπορος ὃν ἐπρίατο ἀποτίθεται φόρτον, καὶ πᾶς ἁλιευτὴς ἀγρεύει, καὶ τὴν μὴ φαινομένην θήραν τῇ εὐμηχάνῳ τῶν δικτύων θηρεύει πλοκῇ. Ἀλλὰ δεῦρο, καταχθῶμεν ἀπὸ τῆς θαλάττης εἰς τὴν ἤπειρον. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἀκριβῆ τέχνης ἑκάστης διήγησιν.

Βλέπε τοίνυν τὰς τέχνας ἁπάσας παρ' ἀλλήλων

(37) τ. ζεύγλ. Zeuglæ jugi partes sunt, quæ a jugo propendentes hinc inde boum colla amplexantur. Ita ad h. l. scripsit Rud. Gualtherus in edit. mere Latina. Tiguri 1546, in-8.

(38) πρ. Edit. Paris. πρύμνην.

Digitized by Google

ἐρανιζομένας τὸ χρήσιμον· οἰκοδομικὴν μὲν, παρὰ τῆς χαλκευτικῆς τὰ ὄργανα· χαλκευτικὴν δὲ, παρὰ τῆς οἰκοδομικῆς τὴν οἰκίαν· ἀμφοτέρας δὲ, παρὰ τῆς γεωργικῆς τὴν τροφήν. Καὶ τὴν γεωργικὴν αὖ, παρὰ τούτων τήν τε τῶν οἰκιῶν κατασκευὴν, καὶ τὰ συνεργεῖν εἰς γεωργίαν δυνάμενα. Μᾶλλον δὲ σκόπησον ἐξ ἀρχῆς πῶς ὑπέδειξεν ὁ Ποιητὴς τῷδε τῷ ζώῳ τὰς ἀναγκαίας χρείας. Πόθεν γὰρ ἔγνω μεταλλεύειν σίδηρον καὶ χαλκὸν καὶ μόλυβδον καὶ κασσίτερον; Τίς δὲ αὐτῷ τὰς ἀργυρίτιδας ὑπέδειξε φλέβας; Τίς δὲ τὴν χρυσῖτιν (39) γῆν ὀρύττειν ἐδίδαξε, καὶ τὰ μικρὰ ψήγματα τοῦ χρυσίου συλλέγειν ὑπέδειξε; Πόθεν ἔμαθε φύσιν ὑέλου (40); Τίς αὐτὸν τῆς ψάμμου τὴν διαφορὰν ἐπαίδευσε; Τίς αὐτὸν ἐδίδαξε τὴν τοιάνδε ψάμμον τῷ πυρὶ παραδίδοσθαι, καὶ ὅπως, καὶ ἐπὶ πόσον; καὶ τὴν συνεχῆ μὲν χωρίζειν, τὴν (41) χωριστὴν δὲ εἰς συνεχὲς ἀχώριστον μεταβάλλειν (42); Πῶς ἔγνω διαπλάττειν ἐκ ταύτης, πυρὶ καὶ πνεύματι συνεργῷ κεχρημένος, ἐκπωμάτων εἴδη μυρία, φιάλας, καὶ κύλικας, καὶ βομβύλους (43), καὶ ἀμφορίσκους, καὶ ἔπιπλα, καὶ ἕτερα σκεύη πρὸς πᾶσαν χρείαν βρωτῶν καὶ ποτῶν ἐπιτήδεια; Δῆλον τοιγαροῦν, ὡς τούτων ἁπάντων τὴν γνῶσιν παρὰ τοῦ πεποιηκότος ἐδέξατο, καὶ τῶν ἐπινοιῶν τὰς δυνάμεις, καὶ τῶν τεχνῶν τὰς εὑρέσεις, τῇ φύσει ὁ δημιουργήσας ἐγκατεβάλετο. Διὸ καὶ τῷ μεγάλῳ Ἰὼβ προσδιαλεγόμενος ἔλεγε· « Τίς ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; Θεόσδοτον γὰρ τῷ ὄντι καὶ τοῦτο τῆς τέχνης τὸ χρῶμα. Τῷ χρόνῳ μὲν γὰρ εὐκαταφρόνητον γέγονε, καὶ ἡ γνῶσις τῆς ἐργασίας ἀφῄρηται τῶν εὑρηκότων τὴν εὐφημίαν. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἕκαστον σκοπῆσαι θελήσειε, σφόδρα ἂν καὶ ταύτην τὴν τέχνην θαυμάσειεν. Τὰ γὰρ ἔρια κειρόμενα, καὶ τοῖς ὕδασι καθαιρόμενα, διαξαίνεται μὲν πρῶτον, καὶ εἰς λεπτὰ διαιρεῖται, εἶτα τὸ κάταγμα μήρυμα γίνεται· ἔπειτα, ἡ ταλασιουργία λαβοῦσα, τὸ μὲν ἀκραιφνὲς καὶ οἱονεὶ εὐθείας ἔχον τὰς ἴνας (44), τῶν λοιπῶν ἀποκρίνει· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ συντιθεῖσα, κρόκην κατασκευάζει τῷ στήμονι. Εἶτα γυναικῶν χεῖρες λαβοῦσαι, τὰ λεπτὰ νήθουσι νήματα, καὶ ταῦτα πρότερον, οἷόν τινας χορδὰς, κατὰ τάξιν ἐν τοῖς ἱστοῖς διατείνασαι, ἐμβάλλουσι (45) μὲν τὴν κρόκην, ταῖς δὲ κερκίσι τοὺς στήμονας διακρίνασαι, καὶ τῶν ἐμβεβλημένων μηρίνθων (46), τὰς μὲν χαλῶσαι, τὰς δὲ τείνουσαι, εἶτα τοῖς εἰς τοῦτο συντεθημένοις ὀργάνοις οἷον ὠθοῦσαι καὶ πιλοῦσαι τὴν κρόκην, οὕτως ἀποτελοῦσι τὸ ὕφασμα. Τίς ἂν πρὸς ἀξίαν τὴν δοθεῖσαν σοφίαν τῷ ζώῳ θαυμάσειε; Πῶς ἑνὶ χρώματι τῶν ὑποκειμένων, ἐρίων ἢ σηρικῶν (47) νημάτων, παντοδαπῶν ζώων ἐνυφαίνονται τύποι, καὶ ἀνθρώπων ἐνδάλματα, τῶν μὲν θηρευόντων, τῶν δὲ προσευχομένων, καὶ δένδρων εἰκόνες, καὶ ἕτερα ἄλλα μυρία. Ἀλη-

A singulis utile est accipiant. Ædificatoria enim a ferraria instrumentorum usum petit: hæc autem vicissim ab illa domum accipit: utrisque autem simul agricultura alimentum ministrat. Sed et hæc ab illis domuum ædificia, et alia, quæ ad terræ cultum facere possunt, mutuatur. Quin potius ipsa rerum primordia perpendito, ut nimirum omnium conditor necessarios rerum usus homini ostenderit. Unde enim ferrum et æs, plumbum, stannum inter terræ viscera scrutari didicit? Quis illi argenti venas monstravit? quis auri feracem terram effodere, et minuta auri ramenta colligere docuit? unde vitri naturam cognovit? quis illum in arenæ discrimine cognoscendo instituit? Quis præterea docuit, qualis arena igni committenda sit, quo pacto item et B quandiu id fieri debeat? Et rursus quo pacto hæc quidem continua separanda sint, illa vero in continuitatem inseparabilem transmutanda? Quo pacto ex hac massa, ignis et spiritus ministerio usus, varias poculorum formas, nempe phialas, calices, ampullas, amphoras, **540** supellectilia denique plurima, tum et alia vasa ad omnem cibi ac potus usum idonea fingere didicit? Constat itaque quod omnium horum cognitionem a conditore suo acceperit, et quod rerum Opifex, tam considerationis facultatem, quam artium inventiones, humanæ naturæ indiderit. Unde cum magno illo Jobo colloquens dixit: « Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, et variegandi scientiam[33]? » Revera enim et hujus artis decor divinæ bonitatis munus est. Et C temporis quidem diuturnitate vile factum est, operisque jam vulgaris cognitio inventorum famam eripuit. Si quis autem singulas hujus partes diligentius inspicere velit, hanc quoque artem plurimum admirabitur. Lanæ enim, ubi detonsæ et aquis ablutæ sunt, pectuntur primo, et minutim distrahuntur: deinde quod distractum est, in orbes glomeratur. Postea qui lanificium exercet, id quod purum est, et quasi recte protensis fibris distinguitur, a reliquis secernit. Alterum vero ejusdem partem colligens stamini subtegmen parat. Ubi autem paratas jam lanas mulierum manus acceperunt, tenuissima ex iis fila ducunt: et hæc primo quidem veluti chordas quasdam ordine in telis extendunt, D et quod subtegmini destinatum est, secernunt: radiis autem intermediis stamen dirimunt, et funiculos, qui illis innexi sunt, alios quidem laxant, alios vero intendunt, simulque instrumentis quæ in hunc usum fabrefacta sunt, subtegmen propellunt et constringunt, omnemque hoc modo texturam absolvunt. **541** Quis ergo traditam huic animali sapientiam digne admiretur? Quo pacto uni et eidem lanarum aut filorum sericorum colori omnis

[33] Job XXXVIII, 36.

(39) χρ. Edit. Paris. χρυσίτην.
(40) ὑέλ. ibid. ὑέλου.
(41) χωρ. τὴν. Des. ibid.
(42) μεταβ. ibid. μεταβάλλει.
(43) βομβ. Ita edit. Paris. habet. Sirm. κομβύλους.
(44) Ἴνας. Edit. prior hab. ἴνας.
(45) ἐμβ. Edit. Paris. ἐκβάλλουσι.
(46) μηρ. ibid. μιρίνθων.
(47) σηρ. ibid. συρικῶν.

Digitized by Google

generis animalium formæ intexantur, cum his hominum quoque imagines, quorum aliæ quidem venantium, aliæ vero adorantium speciem repræsentant, tum et arborum formæ, et alia hujus generis infinita. Revera igitur laudate Dominum, omnes gentes, quas tanta sapientia dignatus est, et quæ in tantis bonis enutrimini. Quis sodes marinum piscem lanis tincturam præbere decrevit? Quis item ejus artis inventor prodiit, quæ lanarum species infinitis colorum generibus vestire solet? Fortassis ingratitudinis vitio laborans, vermiculos quoque inveniri dices, qui tenuiora quam homines fila ducere soleant. Sed et hoc ipsum divinæ erga te curæ opus est. Ne enim ob multifariam artium scientiam animo extollereris, ne divitiarum copia juvenilius exsultares, tui curam gerens rerum opifex per vermiculos docet, hæc nequaquam tuæ virtutis opera, sed divinæ, qua erga nos utitur, beneficentiæ dona esse. Licet vero te hoc modo erudiat, simul tamen consolatur, ne, dum te ab illis vinci vides (gravius æquo), doleas: cum videlicet illorum pensa tibi offert, et horum quoque artifices tuis imperiis subjicit. Tu solus ex omnium animalium numero urbes cum splendore ædificavisti, turribus et vallis munivisti, diversoriorum, cœnaculorumque elegantes formas exstruxisti, et portubus ipsum mare continenti junxisti.

A θῶς αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, τὰ (48) τοσαύτης ἀξιωθέντα σοφίας, τὰ τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντα. Τίς τὸν θαλάττιον ἰχθὺν βαφὴν τοῖς ἐρίοις ἀπέφηνε; τίς πάλιν ταύτης τῆς τέχνης εὑρετὴς ἐγένετο, καὶ εἰς μυρία χρωμάτων εἴδη μεταμφιέννυσι τῶν ἐρίων τὸ εἶδος; Ἀλλ' ἴσως ἀχαριστίαν νοσῶν φήσεις, λεπτότερα νήθειν τῶν ἀνθρώπων καὶ σκώληκας νήματα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς θείας ἔργον κηδεμονίας. Ἵνα γὰρ μὴ μεγαλοφρονῇς ἐπὶ τῇ τῶν παντοδαπῶν τεχνῶν σοφίᾳ, μηδὲ νεανιεύῃ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου, διὰ σκωλήκων ὁ κηδεμών σε παιδεύει, ὡς οὐ τῆς σῆς ἐστι ταῦτα δυνάμεως, ἀλλὰ τῆς θείας φιλανθρωπίας τὰ δῶρα. Οὕτω δέ σε παιδαγωγῶν, παραμυθεῖται πάλιν, ἵνα μὴ ἀλγῇς ὑπ' ἐκείνων νικώμενος, σοὶ προσφέρων ἐκεῖνα τὰ νήB ματα, καὶ τοῖς σοῖς ὑποτάττων ζυγοῖς τὸν ἐκείνων ἐργάτην. Σὺ μόνος ἐξ ἁπάντων τῶν ζώων πόλεις εἰς κάλλος ᾠκοδόμησας, καὶ πύργοις, καὶ περιβόλοις ὠχύρωσας, καταγωγίων δὲ καὶ οἰκητηρίων (49) ἐδομήσω κάλλη, καὶ τοῖς λιμέσι (50) θάλατταν τῇ ἠπείρῳ συνέζευξας.

Quia vero Deus, qui te mortalem in hac vita condidit, scivit te morbis quoque **542** exercendum fore (quod enim mortale est, ægrotationibus quoque subjacet), simul et medicam artem te docuit, cujus scientiam morborum incursionibus opposuit. Hinc didicisti morborum, qui non apparent, differentiam novisse, et pulsuum motu febrium intentiones et remissiones cognoscere, et morbi adventum, ejusdemque quo maxime fervet vel remittitur tempus dijudicare, et mortis indicia prævidere: præterea turbantis (vel peccantis) materiæ speciem deprehendere, et quæ hanc expugnare possint apponere, humidam exsiccare, calidam restinguere, frigidam concito calore fovere, superfluam vel vomitoriis vel expulsoriis pharmacis, aut etiam venarum incisione exhaurire didicisti. Porro quis sermo vel morborum vel remediorum copiam digne explicet? Multa enim sunt corporum naturæ vel incolumitati contraria, simul autem plurima et varia sunt, quibus illa arceri possunt, pharmaca. Multa D enim ars invenit, quæ singulos morbos oppugnare solent. Quapropter Creator terram quoque multas herbarum species, non ad vescendum modo, sed et eas quæ esui inutiles sunt, producere jussit: quandoquidem non alimento modo, verum etiam valetudinis cura nobis opus est. Et has quidem nos in cibum paramus, illas vero animalia herbivora depascuntur, alias item medicorum colligunt discipuli, et ex illis morbos arcentia pharmaca componunt, adeo ut quod comesum perniciem affert, pharmacum fiat, quo corporis morbi depelluntur. Quare non est, quod hæc te ad Providentiæ accusationem

Ἐπειδὴ δὲ θνητὸν ὁ Ποιητής σε κατὰ τὸν παρόντα βίον πεποιηκὼς, ᾔδει σε καὶ ἀῤῥωστίαις περιπεσούμενον (τὸ γὰρ θνητὸν πάθεσι συγκεκλήρωται), ἐδίδαξέ σε καὶ τέχνην ἰατρικὴν, καὶ τήνδε τὴν ἐπιC στήμην τοῖς πάθεσιν ἀντεστράτευσεν. Ἐντεῦθεν μεμάθηκας τῶν μὴ φαινομένων παθημάτων εἰδέναι διαφοράν, καὶ τῇ κινήσει τῶν σφυγμῶν, πυρετῶν ἐπιτάσεις καὶ ἀνέσεις γνωρίζειν, καὶ εἰσβολῆς, καὶ ἀκμῆς, καὶ παρακμῆς ἐπιγινώσκειν καιρὸν, καὶ θανάτου προορᾷν γνωρίσματα, καὶ τῆς ἐνοχλούσης ὕλης τὸ εἶδος γνωρίζειν, καὶ ταύτῃ προσφέρειν τὰ πολεμεῖν πεφυκότα, καὶ τὴν μὲν ὑγρὰν ξηραίνειν, τὴν δὲ θερμὴν καταψύχειν, ἐκπυροῦν δὲ καὶ ἐκθερμαίνειν τὴν ἐψυγμένην, ἐκφορεῖν δὲ τὴν πλημμυροῦσαν, ἢ ἐμετικοῖς, ἢ προωστικοῖς φαρμάκοις, ἢ τῇ τομῇ τῶν φλεβῶν. Καὶ τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος, ἢ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων, ἢ τοῦ πλήθους τῶν ἰαμάτων; Πολλὰ μὲν γὰρ τὰ τῇ φύσει τοῦ σώματος πολεμοῦντα, πολλαπλάσια δὲ τὰ τούτων ἀλεξιφάρD μακα. Πολλὰ γὰρ ἐφεῦρεν ἡ τέχνη ἑκάστῳ πάθει πολεμεῖν πεφυκότα. Τούτου χάριν ὁ Ποιητὴς, καὶ βοτάνας πολλὰς, οὐκ ἐδωδίμους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχρήστους εἰς ἐδωδὴν, τῇ γῇ βλαστῆσαι προσέταξεν, ἐπειδήπερ οὐ μόνης τροφῆς, ἀλλὰ καὶ θεραπείας ἐνδεεῖς ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι. Τούτων τοιγαροῦν τὰς μὲν ἡμεῖς ὀψοποιούμεθα, τὰς δὲ τῶν ἀλόγων ἐσθίει (51) τα ποηφάγα, τὰς δὲ ἰατρῶν συλλέγοντες παῖδες, τὰ ἀλεξίκακα κατασκευάζουσι φάρμακα, καὶ τὸ εἰς ἐδωδὴν ὁλέθριον, ἀλεξίκακον γίνεται φάρμακον. Μηδὲ ταῦτά σε τοιγαροῦν εἰς κατηγορίαν τῆς Προνοίας κινείτω. Τούτων γὰρ ἕκαστον εἰς εὐφημίαν τῶν εὐγνωμόνων τὴν γλῶτταν καλεῖ. Ἀλλὰ

(48) τά. Des. ibid.
(49) οἰκ. ibid. ἐνηδητηρίων.
(50) λιμ. ibid. λειμῶσι.
(51) ἐσθ. Edit. Paris. ἠσθίει.

Digitized by Google

γὰρ ἔοικα τοῖς ἐν πελάγει νηχομένοις, καὶ πανταχόθεν περικλυζομένοις τοῖς κύμασι, καὶ τὴν ἤπειρον καταλαβεῖν ἐπιθυμοῦσι, τοῦ πελάγους τῆς τῶν τεχνῶν σοφίας κατατολμήσας, φιλονεικῶν μὲν διαφυγεῖν τῶν ἐπιόντων ἐνθυμημάτων οἷόν τινων κυμάτων τὴν προσβολήν, ἐπὶ δὲ τὸ τέλος δραμεῖν, καὶ ὡς ἀκτὴν θαλαττίαν καταλαβεῖν. Τὰς ἄλλας τοίνυν ἁπάσας καταλιπών, ἐπὶ τὴν γραμματικὴν βαδιοῦμαι τέχνην (52) τῷ λόγῳ, ἣ τῶν ἄλλων ἐστὶ λογικωτέρα, καὶ ἐμπρέπουσα τῷ ζώῳ τῷ λογικῷ.

A excitent. Singula enim hæc **543** gratorum hominum linguam ad gratulationem invitant. Sed perinde mihi facere videor, quod ii qui in mari natant, et undique irruentibus fluctuum procellis, terram contingere cupiunt, dum videlicet immensum sapientiæ, quæ circa artes versatur, pelagus aggredi ausus, et undique accedentium argumentorum copiam ceu fluctuum incursus effugere studens, ad ipsum finem percurrere, et hunc ceu marinum quoddam littus attingere cupio. Quamobrem relictis aliis omnibus ad grammaticam sermo noster transeat, quæ omnium maxime sermoni propinqua est, et homini, ceu creaturæ sermone præditæ, cum primis convenit.

Αὕτη τοίνυν ἐξεῦρε μὲν στοιχεῖα, καὶ ἀριθμῷ περιώρισε, συνέζευξε δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα (53), καὶ συλλαβῶν συζυγίας εἰργάσατο· εἶτα δύο καὶ τρεῖς κατὰ ταυτὸν (54) συνάψασα συλλαβάς, τῶν ὀνομάτων ἐδίδαξε τὴν ἀνάγνωσιν· συνθεῖσα δὲ ταῦτα καὶ ἐξυφήνασα, μίαν τοῦ λόγου τὴν ἁρμονίαν εἰργάσατο. Ἐντεῦθεν βίβλοι μυρίαι λόγων ἀρχαίων ἐπλήσθησαν· αἱ μὲν, ἱερῶν καὶ θείων καὶ μυστικῶν, αἱ δὲ, τῆς ἔξωθεν παιδείας· ἡ ποικιλία μέτρων, καὶ ὀνομάτων κάλλει, καὶ συνθήκης ἁρμονίᾳ τὸ μυθῶδες συγκαλύπτουσα, τέρπει μὲν τὴν ἀκοὴν, ὅπλον δὲ τοῖς εὐσεβέσι κατὰ τῶν τῆς ἀσεβείας γίνεται τροφίμων. Διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀπόντες ὁμιλοῦμεν ἀλλήλοις, καὶ οἱ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστηκότες, καὶ πολλοὺς σταθμοὺς ἐν μέσῳ διατειχίζοντας ἔχοντες, πέμπομεν ἀλλήλοις διὰ χειρῶν τὰ τῆς ἐννοίας κυήματα (55). Καὶ ἀργεῖ μὲν ἡ γλῶττα, τὸ πρῶτον ὄργανον τοῦ λόγου, ὑπουργεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ δεξιὰ, καὶ μεταχειριζομένη τὸν κάλαμον, ἐγχαράττει τῷ χάρτῃ τὴν πρὸς τὸν φίλον διάλεξιν· καὶ γίνεται ὄχημα τοῦ λόγου, οὐκέτι γλῶττα καὶ στόμα (56), ἀλλὰ χεὶρ ἀσκήσασα τῷ χρόνῳ τὴν τέχνην, καὶ τῶν στοιχείων τὴν συνθήκην ἀκριβῶς ἐκμαθοῦσα. Τούτου χάριν ὁ Ποιητὴς τοιαύτας ἡμῖν ἐτεκτήνατο τὰς χεῖρας, εἰς πέντε δακτύλους διεσχισμένας, ἀντέταξε δὲ τοῖς τέτρασι τὸν μέγαν. Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν ἐν (57) ἴσοις διακειμένοις δακτύλοις, παντοδαπὴν ἐνέργειαν ἐνεργεῖσθαι. Νῦν δὲ τοῦ μεγάλου τοῖς ἄλλοις ἀντικειμένου, καὶ γραφίδα μάλα ῥᾳδίως κατέχομεν, καὶ σκαπάνην, καὶ δίκελλαν, πρίονά τε, καὶ σκέπαρνον, καὶ σφύραν, καὶ πυράγραν, καὶ πάντα ὅσα τέχνης ἐστὶν ὄργανα. Θεωρήσας τοιγαροῦν διὰ τοῦ λόγου, ὅσης περὶ τὴν δημιουργίαν τῆς προνοίας ἀπήλαυσας, ὁπόσας σοι τέχνας καὶ ἐπιστήμας οὐ μόνον εἰς τὸ ζῆν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ εὖ ζῆν ἐδωρήσατο, πολλῇ φιλοτιμίᾳ περὶ τὴν σὴν χρησάμενος θεραπείαν, ὅσην σοι κεχάρισται φορὰν ἀγαθῶν, ὅπως θυμήρη σοι τὸν βίον ταῖς ἀπὸ τῶν τεχνῶν πραγματεύηται χρείαις, ὅτι σοι οὐ μόνον τὴν χρείαν, ἀλλὰ καὶ τὰ πέρα τῆς χρείας ἐπιῤῥεῖν πανταχόθεν ἐμηχανήσατο, ἔκβαλε τὴν ἀχαριστίαν τῆς γλώττης, δίδαξον αὐτὴν εὐφημεῖν, ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτόν. Μάθε βοᾷν μετὰ τοῦ Προφήτου· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ,

Hæc itaque litterarum elementa invenit, eadem certo numero circumscripsit, tum conjuncta invicem in syllabas colligavit : deinde duabus tribusve syllabis compositis vocabulorum lectionem docuit; tum eadem illa componens et contexens, unam continuamque orationis consonantiam effecit. Hujus igitur beneficio innumeri libri veterum dictis repleti sunt, quorum hi quidem religionis, oraculorum et cœlestium rerum mysteria continent, alii vero profanas disciplinas explicant. Quæ quidem metrorum varietate, nominum elegantia, et compositionis concinna structura fabulosas narrationes obvelans, tum aures demulcet, tum piis quoque contra impietatis alumnos arma ministrat. Ejus beneficio cum absentibus conversamur, et qui multorum dierum itinere distamus, atque immensis mansionum spatiis sejungimur, animorum sententias nobis invicem per manus transmittimus. Et lingua quidem, **544** quæ primarium orationis organum est, otiatur, sermoni autem dextera ancillatur, quæ calamo arrepto, quod nobis cum amico transigendum erat negotium, chartæ inscribit, et sermonis vehiculum est non os nec lingua, sed manus, quæ longi temporis usu artem exercuit, et elementorum compositionem seu structuram probe edocta est. Hac de causa tales nobis manus fabricavit rerum Opifex, quas in quinque divisit digitos, e quibus majorem reliquis quatuor opposuit. Nec enim possibile fuisset, ut quis omnis generis opera, digitis æquali modo sitis, exsequeretur. Nunc vero, cum pollicem reliquis oppositum habeamus, et stylum, et sarculum, et ligonem, serram denique, asciam, malleum, forcipem, et quæcunque alia sunt artis instrumenta, firmiter et expedite tenemus. Quoniam ergo vidisti ex sermone hoc, quantos circa corporis tui fabricam ex Providentia fructus perceperis, quot item artes et scientias rerum Conditor non ad vivendum modo, sed etiam ad bene vivendum tibi donaverit, tanto circa tui curam studio usus, quantam præterea bonorum copiam gratuito effuderit, ut vitam tibi artium usu jucundiorem redderet, quoniam non modo necessaria, sed et ea quæ communem usum excedunt, copiose et abundanter

(52) τέχν. Des. in edit. Paris.
(53) Loco cit. est προσάλληλα.
(54) ibid. ταὐτό.
(55) κυήμ. ibid. κινήματα.
(56) γλ. κ. στόμα. edit. Paris. στόμα καὶ γλῶττα.
(57) ἐν — δακτ. ibid. ἐνὶ, ἴσους διακειμένους δακτύλους.

Digitized by Google

undique effuait, ingrati animi vitium e lingua ejice. A ipsam laudibus instruc, Domino te submitte, et illi supplex esse studeto. Quin etiam cum Propheta exclamare disce : « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam (pertingere) [a]. Ipsi sit gloria nunc et semper, et in sæcula. Amen.

ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Αὐτῷ ἡ δόξα νῦν καὶ ἀεὶ (58), καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

545 ORATIO V.

Demonstratio (Providentiæ) ex imperio quod homini in bruta commissum est.

Quanta Creatoris et omnium opificis circa nostram naturam cura sit, vobis utique probe perspectum est, o amici et socii, nec ulla verborum doctrina indigetis. Cum enim beneficiorum fontes illinc assidue perspiciatis, horum largitori laudes pro virili offertis. Quia vero nonnullos invenire licet, qui magna stupiditate correpti divina hæc munera B non sentiunt, sed cum in bonis divinitus concessis luxurientur, ingratissimas tamen contra Creatorem voces eructant, necessarium omnino fuit, ut oratio nostra mundum hunc omnem celeri cursu percurrens, et humanam naturam in medium statuens, Dei providentiam in singulis tam mundi quam nostræ naturæ partibus evidenter et palam apparere demonstraret. Eadem quoque simul nonnullarum artium, quæ humanæ mentis industria inventæ sunt, sapientiam simul et usum declaravit. Eas vero, quas ambitionis et voluptatis studium invenit, nempe pictoriam, plasticen, sculptoriam, aurariam, culinariam, et innumera placentarum inventa, volens prætermisit : simulque cum his eas etiam, quarum curiositas modum excedit, astronomicam nimirum, geometricam, arithmeticam et musicam (cujus officium est aurem demulcere et movere, animæ affectiones pro suo arbitrio mutare, et tristem quidem in lætitiam resolvere, **546** dissolutam vero fortiorem et virilem reddere), has, inquam, et quæ harum similes sunt, sponte tacuit, dum et nimiæ verbositatis fugit vitium, et brevitati studet, et auditorum mentibus singularum artium exactiorem contemplationem permittit. Facillimum enim est, occasione ab iis quæ diximus accepta, inearum quas omisimus considerationem pervenire.

Erunt autem fortassis aliqui ex eorum numero, qui cum Deum celebrare nesciant, eumdem calumniis proscindere probe noverunt, qui Deum artium inventionem non soli hominum naturæ et ingenio tradidisse dicent. Nam minimum illud, inquiunt, volucrum genus, apes nimirum, videre licet, quæ politicæ et sociæ vitæ leges studiose sectantur, propter imbecillitatem autem aculeo armatæ, per vices et ordines ex alvearibus avolant, et, aere trajecto, nemora et prata camposque circumvolant, et floribus, et foliis, ac fructibus insident, et quod in his lanuginosum ipsisque utile est colligunt, et

[a] Psal. cxxxviii, 6.

(58) νῦν καὶ ἀεί. Des. in edit. Paris.
(59) ἀνθρ. Edit. Paris. ἀνθρωπίνην.
(60) ἐν. Des. ibid.
(61) κατ. ibid. κατακηλοῦν.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Ἀπόδειξις ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ὑποταγῆς.

Ὅση τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων ἡ περὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν κηδεμονία, ὑμεῖς μὲν ἴστε σαφῶς, ὦ φίλοι καὶ θιασῶται, καὶ τῆς τῶν λόγων διδασκαλίας οὐ δεῖσθε. Τὰς γὰρ πηγὰς τῶν εὐεργεσιῶν διηνεκῶς ἐκεῖθεν δεχόμενοι, εἰς δύναμιν τῷ χορηγῷ τὸν ὕμνον προσφέρετε. Ἐπειδὴ δέ τινες πολλὴν ἀναλγησίαν νοτοῦντες, τῶν θείων οὐκ ἐπαισθάνονται δωρεῶν, ἀλλὰ τοῖς θεοσδότοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες, ἀχαρίστους κατὰ τοῦ πεποιηκότος φωνὰς ἐρυγγάνουσιν, ἀναγκαίως ὁ λόγος, καὶ τὴν κτίσιν σὺν τάχει πολλῷ περινοστήσας, καὶ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπείαν (59) εἰς μέσον παραγαγών, ὑπέδειξεν ἐν (60) ἑκάστῳ μορίῳ, καὶ τῆς κτίσεως, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως, τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἐναργῶς μάλα προφαινομένην. Καὶ τεχνῶν δὲ ὀλίγων τὴν σοφίαν ὁμοῦ καὶ τὴν χρείαν δήλην πεποίηκεν, ὧν ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπειος εὑρετὴς ἐγένετο. Τὰς δὲ, φιλοτιμίας ἕνεκεν καὶ τρυφῆς εὑρημένας, ζωγραφικήν φημι, καὶ πλαστικήν, ἀγαλματουργικήν τε καὶ χρυσοχοϊκήν, ὀψαρτυτικήν τε καὶ ποπάνων μυρίων εὑρήματα, ἐκὼν παραλέλοιπε· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ C τὰς πέρα τοῦ μέτρου πολυπραγμοσύνας, ἀστρονομικὴν λέγω, καὶ γεωμετρικήν, ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικήν, ἧς ἔργον κατακηλεῖν (61) τὴν ἀκοὴν καὶ μεταφέρειν, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις πρὸς (62) ὃ βούλεται μεταβάλλειν, καὶ τὴν μὲν ἀθυμοῦσαν εἰς θυμηδίαν χαλᾷν, τὴν δὲ κεχαλασμένην, σύντονον καὶ ἀνδρείαν ἐργάζεσθαι· ταύτας καὶ τὰς τοιαύτας ἐκὼν ὁ λόγος παρέλιπε, καὶ τὸ (63) μῆκος φεύγων, καὶ συντομίας φροντίζων, καὶ τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων τὴν τέχνης ἑκάστης θεωρίαν (64) ἐπιτρέπων. Ῥᾴδιον γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ἀφορμὰς εἰς κατανόησιν τῶν παραλειφθέντων παραλαβεῖν.

Ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποιεν οἱ τὸν εὐεργέτην ὑμνεῖν οὐκ εἰδότες, συκοφαντεῖν δὲ μεμαθηκότες, ὡς οὐ μόνον τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τῶν τεχνῶν τὴν εὕρεσιν ὁ D Ποιητὴς ἐδωρήσατο· ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ τῶν πτηνῶν τὸ σμικρότατον γένος, τὰς μελίττας, πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν αἱρουμένας βίον, διὰ δὲ τὴν ἀσθένειαν τῷ κέντρῳ καθωπλισμένας, ἀμοιβαδὸν δὲ καὶ κατὰ τάξιν ἐκ τῶν σίμβλων ἀπαιρούσας, καὶ τὸν ἀέρα διαπερώσας, καὶ ἄλση καὶ λειμῶνας καὶ λήϊα περιπετομένας (65), καὶ ἄνθεσι, καὶ φύλλοις, καὶ καρποῖς ἐφιζανούσας, καὶ τὸ χνοῶδες καὶ χρειῶδες συλλεγούσας, καὶ σφᾶς αὐτὰς φορτιζούσας, καὶ ταῖς τε

(62) πρός. ibid. εἰς.
(63) τό. Des. in edit. Paris.
(64) τέχν. ἐκ. θεωρ. ibid. τέχνην ἑκάστης θεωρίας.
(65) περιπ. — καρπ. Des. ibid.

Digitized by Google

ἀγκύλαις τῷ τε αὐχένι τὰ φορτία περιτιθείσας, καὶ οὕτως εἰς τοὺς σίμβλους ἐπανιούσας· εἶτα οἰκοδομούσας τὰ κηρία, μήτε κανόνος μήτε γνώμονος δεομένας, καὶ τάς τε γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ὑπὲρ πᾶσαν γραμμικὴν ἐπιστήμην ἐργάζεσθαι, τά τε τῶν τοίχων ὑφάσματα, καὶ τὰ τοῦ μέλιτος διαφράγματα, λεπτὰ μάλα καὶ ἥτρια καὶ ὑμενώδη δομεῖσθαι, καὶ τὴν ὑγρὰν τοῦ μέλιτος φύσιν τοῖς λεπτοῖς τούτοις καὶ συχνοῖς διατειχίσμασιν εὖ μάλα συνέχειν, εἶθ' οὕτω τῶν γλυκέων τοῦ μέλιτος ναμάτων τὰ δοχεῖα ἀνάπλεα ποιεῖν. Τί τοιοῦτον, φασὶν, ἐτεχνάσατο τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, εἰς φοιτητὰς καὶ διδασκάλους διῃρημένη, καὶ πόνῳ πολλῷ καὶ χρόνῳ κατορθοῦσα τὴν τέχνην, οἷα τῶν μελιττῶν τὸ φιλόπονον καὶ φιλόκαλον γένος, οὐκ εἰς διδασκάλους καὶ φοιτητὰς μεμερισμένον, οὐδὲ ἱμάσι καὶ ῥάβδοις τὴν τέχνην δεδιδαγμένον, ἀλλ' ἔμφυτον ἔχον καὶ αὐτοδίδακτον τὴν ἀμήχανον ἐργασίαν, ὑφαίνει τε τὰ κηρία, καὶ πληροῖ τὰ δοχεῖα, οὐ μέτρων, οὐ κέντρων, οὐ γωνιῶν δεομένη; Καὶ τὰ δοχεῖα πληροῖ, οὐκ ἀποθλίβουσα βότρυας, οὐδ' ἑτέρῳ καρπῷ λυμαινομένη, ἀλλὰ τῆς δρόσου τὸ λεπτὸν ἀρυομένη, καὶ τοῦ μέλιτος φιλοτεχνοῦσα τὴν φύσιν. Φέρε τοίνυν, ἐξ αὐτῆς τῆς κατηγορίας τὴν ἀπολογίαν ὑφαίνωμεν· κομιδῇ γὰρ εὐπετῶς ὑφ' ἑαυτῆς λυθήσεται. Αἱ γὰρ μέλιτται τὸν πολὺν ἐκεῖνον καὶ εὐφυῆ πόνον, καὶ τὸν ἄριστον δὲ καὶ ἡδιστον τοῦ πόνου καρπὸν, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προσφέρουσι· καὶ οἷόν τινες οἰκέται ὑπὸ τοῦ νόμου τῆς δεσποτείας ἀναγκαζόμεναι, καὶ τῶν οἰκήσεων ἐξίασι, καὶ τὸ χρειῶδες συλλέγουσι, καὶ ἀχθοφοροῦσαι διατελοῦσι, καὶ σπουδαίως οἰκοδομοῦσι, καὶ τοῦ μέλιτος ἐνιεῖσαι τὰ νάματα, ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ σήμαντρα καὶ σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι, καὶ οἷόν τινα δασμὸν καὶ φόρον, ὡς βασιλεῦσι διηνεκῶς τοῖς ἀνθρώποις χορηγοῦσι. Τί οὖν, ὦ ταλαίπωρε, συκοφαντεῖς, καὶ τὸν φόρον καρπούμενος, τοῦ φόρου τὸν πράκτορα βλασφημεῖς, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις πόνοις ἐπεντρυφῶν, τὸν τούτων χορηγὸν λόγοις ἀχαρίστοις κατατοξεύεις; Οὐ μόνον δὲ τοὺς τῆς φιλοπονίας αὐτῶν δρέπῃ καρποὺς, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν ὠφέλειαν ἐντεῦθεν τρυγᾷς. Πρῶτον μὲν γὰρ μανθάνεις, ὅσων ἀγαθῶν ἡ ὁμόνοια πρόξενος, καὶ ἡλίκων καρπῶν τυγχάνει δημιουργός. Πολιτικὸν γὰρ βίον μιμεῖται τὰ σμήνη τῶν μελιττῶν· οὐδὲν παρ' ἐκείναις ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸς ὁ πλοῦτος, ἀμέριστος ἡ κτῆσις. Οὐκ ἔχουσι δίκας, οὔτε δικαστήρια· οὐδὲ γὰρ ἀδικοῦσιν ἀλλήλας, οὐκ ἐφίενται τοῦ πλείονος, πρὸς μόνην ἐπιμόνως διάκεινται τὴν ἐργασίαν· διὸ καὶ τοὺς κηφῆνας ἔξω τῶν πυλῶν ἀπελαύνουσιν, ὡς πονεῖν οὐκ ἀνεχομένους, ἀργῶς δὲ τὸν ἀλλότριον ἀναλίσκοντας πόνον. Μισοῦσι πολυαρχίαν καὶ δημοκρατίαν· ἕνα ἔχουσιν ἡγεμόνα, ἐκείνῳ πείθεσθαι φίλον αὐταῖς. Καὶ τούτων ἕκαστον ἃ δρῶσιν ἢ πάσχουσιν, οὐ λόγων ἐπαΐουσαι, οὐδὲ νόμους ἀναγινώσκουσαι, οὐδὲ πρὸς διδασκάλους φοιτῶσαι· οὐδεμία γὰρ παρ' ἐκείναις σοφωτέρα τῆς ἑτέρας, οὐδὲ πλείονα οἶδε τῆς νεωτέρας ἡ πρεσβυτέρα· πᾶσαι δὲ ὁμοίως ἕκαστα τῶν εἰρημένων μετίασιν, οὐκ ἐν λογικῇ γνώσει,

A seipsas onerant, atque ulnis hæc sua onera et cervicibus imponunt, deinde sic onustæ in alvearia revertuntur. Præterea favos ædificant, nec regula nec gnomone indigentes, et angulos coæquales omni mathematica scientia præstantiores efficiunt. Sed et parietum texturas, et mellis interstitia, tenuia admodum, veluti ex filis et membranulis quibusdam contexunt, humidamque mellis naturam tenuibus istis, sed crebris tabulatis probe cohibentes, hoc modo dulcissimis mellis liquoribus vasa replere **547** consueverunt. Et quid unquam, aiunt, huic simile ab humano genere, quod in discipulos et doctores distributum multo labore et tempore artis cognitionem plene correxit, excogitatum esse constat, quale laboriosum illud et honestatis amans B apum genus effinxit, quod nec doctorum et discipulorum ordinibus distinctum est, nec per lora et ferulas artem didicit, sed connatam sibi et a natura insitam habens tam difficilis operis construendi scientiam, favos contexit, et nec mensuris, nec centris, nec angulis indigens, vasa sua complet? Vasa, inquam, complet, cum nec botros exprimat, nec ullis frugibus noceat, sed tenuiorem duntaxat roris partem hauriens, mellis substantiam ingeniose conficit. Sed agedum ex hac ipsa accusatione defensionis argumenta contexamus: facillime enim per seipsam dissolvi poterit. Apes enim copiosum illum ingeniosumque laborem, et optimum atque dulcissimum laboris fructum humano generi offerunt. Et C tanquam vernæ, justi dominii lege coactæ, domibus suis exeunt, quod illorum operi conducit colligunt, oneribus ferendis satagunt, studiose ædificant, et mellis quod intulerunt liquori tanquam thesauro signacula et sigilla imprimunt, illumque hominibus, ceu regibus suis, instar tributi et vectigalis assidue persolvunt. Quid ergo, o miser, calumniaris? et cum vectigali hoc fruaris, hujus exactorem conviciis laceras? et qui alienis laboribus voluptatem tuam adimples, eorumdem largitorem ingratus hisce petis sermonum jaculis? Nec laborum modo fructus ab hisce percipis, sed aliud quoque hinc metis commodum. Primo enim quanta bona hominibus **548** concordia conferat, et quam dulces illius fructus sint, discis. Politicam enim vitam apum examina D imitantur. Nec quidquam apud illas privatum est (aut proprium), sed communis opum thesaurus et indivisa rerum possessio. Non lites habent, nec fora. nec enim se mutuis afficiunt injuriis, nec quod plus est, appetunt: operi faciendo assidue incumbunt, unde fucos a præsepibus arcent (ceu ignavum pecus), qui cum laborare non possint, otiosi tamen alienos labores devorant. Confusam inter multos potestatem et democratiam odio habent, unum ducem observant, huic parere illis gratissimum est. Et hæc quidem singula faciunt simul et patiuntur, cum nec aliorum sermones audiant, nec legum volumina evolvant, nec doctorum scholas frequentent. Nec enim aliqua illarum alia sapientior est, nec quæ senior est juniore plus novit aut

Digitized by Google

intelligit. Omnes vero simul ea quæ diximus exsequuntur, cum non in rationali scientia, sed in naturæ scriniis a communi omnium Creatore laboriosum illud et honestissimum operis sui faciendi studium acceperint. Ad te vero omnium horum omnisque commodi materia redit. A brutis enim et irrationabilibus tu, qui ratione præditus es, discis otiosam vitam ceu noxiam abominari, virtutis labores alacri animo persequi, ejusdem thesaurum undequaque conquirere, principatum ad te non pertinentem minime ambire, ad te vero devenientem recte et juste administrare: opes communes æstimare, et earum fruitionem indigentibus permittere. Illis enim, qui vera sapientia **549** præditi naturæ suæ characterem integrum conservant, innata ratio ad eruditionem et doctrinam sufficit: eos vero, qui hanc corruperunt, vitamque sequuntur belluinam, rapacem nimirum et sanguinariam, bene ordinata illa brutorum animalium politia vere arguit.

Tuæ ergo utilitati prospiciens rerum Opifex, naturalibus hisce prærogativis brutas animantes ornavit, ut ab iis quoque aliquam utilitatem percipere posses. Et hujus rei Salomon testis est, qui tibi acclamat dicens: « Abi ad formicam, o piger, et æmulare vias ejus [25]. » Aut, proficiscere ad apiculam, et cognosce, ut operaria est, et opus suum ceu honestum facit: cujus labores tam reges quam privati ad valetudinem conservandam adhibent. Testis est simul communis ille omnium Deus, per prophetam dicens: « Turtur et cicada et hirundo ac passeres agri cognoverunt tempora adventus sui: populus autem meus non cognovit judicia Domini [26]. » Et rursus per Isaiam: « Agnovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, et populus meus me non intellexit [27]. » Homines ergo, quos ratione donavit Dominus, hæc brutorum animantium circa res suas administrandas studia accusant. Quamobrem dolore correptus Propheta, et hominum ad irrationalem conditionem relapsum tragice exagitans clamavit: « Homo in honore exsistens non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [28]. » Quapropter alios quidem **550** homines, lupos, alios vero leones insidiantes, alios canes nutritoribus suis oblatrantes, alios œstro concitas vaccas, alios rursus serpentes et viperarum proles, alios aspides, quæ auribus suis obturatis incantationes audire nolunt, nominare solent. Et quemadmodum corruptis hominum moribus ferarum nomina imposuerunt: ita simplices et malitia omni carentes animas laudatorum animalium nominibus ornaverunt. Nam invenire licet fidei simplicitate ornatam animam, quæ columbæ et turturis nomine appellatur. Quo

ἀλλ' ἐν τῇ φύσει λαβοῦσαι (66) παρὰ τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων τὴν φιλόπονον ἐκείνην καὶ φιλόκαλον ἐργασίαν. Σοὶ δὲ τούτων ἕκαστον ὠφελείας ὑπόθεσις. Μανθάνεις γὰρ παρὰ τῶν ἀλόγων ὁ λογικὸς, τὸν μὲν ἀργὸν ὡς βλαβερὸν βδελύττεσθαι βίον, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς πόνους προθύμως μεταδιώκειν, καὶ πανταχόθεν τὴν ταύτης ἐρανίζεσθαι κτῆσιν· ἀρχὴν, τὴν μὲν οὐ προσήκουσαν (67), ἥκιστα ζητεῖν, τὴν δὲ προσγινομένην, ὀρθῶς καὶ δικαίως οἰκονομεῖν (68), κοινὰ τὰ ὄντα νομίζειν, προτιθέναι τοῖς δεομένοις τὴν τούτων ἀπόλαυσιν. Τοῖς μὲν γὰρ εὖ φρονοῦσι, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως ἀκήρατον διασώζουσι, ἀρκεῖ πρὸς διδασκαλίαν ὁ ἔμφυτος λόγος, τοῖς δὲ τοῦτον διαφθείρουσι, καὶ θηριώδη βίον προελομένοις, τὸν ἁρπακτικόν τε καὶ ὠμοβόρον (69), ἔλεγχος ἀληθὴς πρόκειται τῶν ἀλόγων ἡ εὔτακτος πολιτεία.

Τῆς σῆς τοιγαροῦν προμηθούμενος ὠφελείας ὁ Ποιητὴς, φυσικοῖς τισι πλεονεκτήμασι διεκόσμησε τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἵν' ἔχῃς κἀντεῦθεν τὴν ὠφέλειαν καρποῦσθαι. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ Σολομὼν, παρακελευόμενός σοι καὶ λέγων· « Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον τὰς (70) ὁδοὺς αὐτοῦ. » Ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλιτταν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς (71) ὑγίειαν προσφέρονται. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ τοῦ Προφήτου λέγων· « Τρυγὼν (72) καὶ τέττιξ καὶ χελιδὼν, ἀγροῦ στρουθία, ἔγνωσαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν· ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἔγνω τὰ κρίματα Κυρίου. » Καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου· « Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου ἐμὲ οὐ συνῆκε. » Κατηγορεῖ τοίνυν τῶν λόγῳ τετιμημένων τὰ φυσικὰ τῶν ἀλόγων πλεονεκτήματα. Τούτου χάριν ὀλοφυρόμενος ὁ Προφήτης, καὶ τραγῳδῶν τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς ἀλογίαν μετάπτωσιν, ἐβόα· « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Διὰ τοῦτο τοὺς μὲν, λύκους οἱ προφῆται (73) προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ, λέοντας ἐνεδρεύοντας, τοὺς δὲ, κύνας τοῦ τροφέως καθυλακτοῦντας, τοὺς δὲ, δαμάλεις παροιστρώσας, τοὺς δὲ, ὄφεις καὶ ἐχιδνῶν γεννήματα, τοὺς δὲ, ἀσπίδας βυούσας τὰ ὦτα, καὶ ἐπῳδῶν οὐκ ἀκουούσας. Ὥσπερ δὲ τοῖς πονηροῖς ἤθεσι τὰς τῶν θηρίων προσηγορίας ἐπέθεσαν, οὕτω ταῖς ἁπλαῖς καὶ ἀκακοήθεσι ψυχαῖς ἐκ τῶν ἐπαινουμένων ζώων τὰς προσηγορίας τεθείκασιν. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν καὶ περιστερὰν καὶ τρυγόνα τῇ ἁπλότητι πίστεως κεκοσμημένην προσαγορεύειν ψυχήν. Τούτῳ τῷ προσρήματι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁ νυμφίος ἐν τῷ μυστικῷ τῶν ᾀσμάτων

[25] Prov. VI, 6. [26] Jerem. VIII, 7. [27] Gen. I, 3. [28] Psal. XLVIII, 13.

(66) λαβ. Edit. Paris. λαβοῦσα, minus recte.
(67) προσήκ. (Edit. prior hab. προσήκησαν.) Edit. Paris. προσοῦσαν.
(68) οἰκ. ibid. οἰκοδομεῖν.
(69) ὠμοβ. Edit. Paris. αἱμοβόρον.
(70) τάς. Loco cit. præcedit ἰδών.
(71) πρὸς, κ. τ. λ. Loco cit. leg. πρὸς ὑγείαν φέρονται.
(72) τρυγ., κ. τ. λ. Conf. t. II, p. 456.
(73) οἱ προφ. Des. in edit. Paris.

Digitized by Google

προσαγορεύει βιβλίῳ, καὶ πρόβατα δὲ τὰς εὐπειθεῖς καὶ τοῦ ποιμένος ἐρώσας ὀνομάζει ψυχάς. « Τὰ πρόβατα γάρ, φησὶ, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, καὶ γινώσκω τὰ ἐμά, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. » Καὶ πάλιν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Καὶ ἑτέρωθι· « Στήσει τοὺς ἀμνοὺς (74) ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐρίφους ἐξ εὐωνύμων. » Καὶ ἀετοὺς δὲ πάλιν τοὺς ὑψιπέτεις, καὶ τῶν γηΐνων ἀπηλλαγμένους, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καθαρὸν κεκτημένους, καὶ τοῦ μυστικοῦ σώματος ἐφιεμένους, ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὠνόμασε. Περὶ γὰρ τῶν κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἁρπαζομένων ἁγίων διαλεγόμενος, ἐπήγαγε λέγων· « Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. »

A nomine sponsus quoque in mystico illo Canticorum libello dignatur Ecclesiam. Tum morigeras quoque et pastoris amantes, oves nominare consuevit. « Oves enim meæ, inquit, vocem meam audiunt, et cognosco oves meas, et cognoscor a meis [29]. » Et rursus: « Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ovibus [30]. » Et alibi: « Statuet agnos a dextris, hædos autem a sinistris [31]. » Simili modo altivolantes illos, qui omnibus terrestrium curis liberati, animi oculum incorruptum habent, et mysticum corpus contingere desiderant, in sacrosanctis Evangeliis aquilarum ornavit nomine. De sanctis enim, qui resurrectionis tempore in cœlos rapiendi sunt, disserens, tandem infert: « Ubicunque cadaver fuerit, ibi congregabuntur aquilæ [32]. »

Εὔδηλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡμῶν χάριν ὁ Ποιητὴς καὶ ταῖς μελίτταις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλόγοις ἅπασι, φυσικά τινα πλεονεκτήματα δέδωκε καὶ διένειμεν, ὡς ἂν ἡμεῖς πανταχόθεν τὴν ὠφέλειαν συλλέγωμεν. Αὐτίκα τοίνυν παρὰ (75) τῶν μελιττῶν καὶ ἕτερον δρεπόμεθα κέρδος. Διδασκόμεθα γὰρ τῇ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν εὑρέσει μὴ νεανιεύεσθαι, μηδὲ μέγα φρονεῖν, μηδὲ τὴν φύσιν ἀγνοεῖν· ἀλλὰ γινώσκειν τὸν Ποιητὴν, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρειν τῶν ἀγαθῶν τὰς αἰτίας (76). Ἵνα δὲ μὴ ἀλύωμεν καὶ δυσχεραίνωμεν, ὡς κοινωνοὺς ἔχοντες τῆς τέχνης, καὶ μηδὲν τῶν ἀλόγων διαφέροντες, ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Ποιητὴς τὸν τῆς μελιττουργικῆς φιλοπονίας καρπόν· ἵν' ἅμα καὶ τὸν γαῦρον ἡμῶν αὐχένα τῇ κοινωνίᾳ ταπεινώσῃ (77) τῆς τέχνης, καὶ τῇ τῶν κοινωνῶν δουλείᾳ ψυχαγωγήσας, ἀποσκευάσηται τὸ λυποῦν. Τί τοίνυν ἀλγεῖς, ἄνθρωπε, τὰς μελίττας φιλοτεχνούσας ὁρῶν; Ὁ γὰρ (78) ἐκείνων πόνος, σὸς ὑπάρχει καρπός· καὶ αἱ μὲν πονοῦσι, σὺ δὲ τῆς ἀπὸ τῶν πόνων ἀπολαύεις χλιδῆς. Καὶ ἀράχνῃ (79) δὲ τῶν λεπτῶν ἐκείνων καὶ ἀφανῶν νημάτων ἐνέφυσε τὴν τέχνην ὁ Ποιητὴς, ἵνα σε διδάξῃ πῶς δεῖ θηρεύειν τῶν ὀρνίθων τὰ γένη. Καὶ ἐκεῖνος μὲν γὰρ πλέκει τὰ θήρατρα, οὐχ ὑπὸ λόγου τὴν τέχνην δεδιδαγμένος, ἀλλὰ τὴν φύσιν ἔχων διδάσκαλον. Σὺ δὲ λόγον ἔνοικον ἔχων, καὶ τὸ παράδειγμα προκείμενον θεωρῶν, εἶδη μυρία δικτύων ἐμηχανήσω. Καὶ κωλύει μέν σου τὸν τῦφον καὶ τὴν ἀλαζονείαν τὸ σμικρότατον ἐκεῖνο ζωΰφιον, λόγου δίχα σοὶ παρεσχηκὸς τὴν τοῦ παραδείγματος χρείαν. Ψυχαγωγεῖ δέ σε πάλιν τὸ τῶν θηράτρων ποικίλον· τὸ μὲν γὰρ ἀρχέτυπον ἕν, μυρία δὲ τὰ μιμήματα. Πτηνοῖς μὲν γὰρ νεφελώδη (80) τινὰ καὶ ἀερώδη ἐμηχανήσω, καὶ ταῦτα (81) ἐν ἀμφιλαφέσι χωρίοις πηγνὺς, τῇ πρὸς τὸν ἀέρα τῶν θηράτρων ὁμοιώσει κλέπτεις τῶν ὀρνίθων τὴν

Constat ergo ex iis quæ hactenus dicta sunt, quod rerum Conditor tum apibus, tum reliquis brutis omnibus, naturalem quamdam operis faciendi industriam propter nos dederit **551** et distribuerit, ut nimirum undequaque quæ ad nostram utilitatem faciunt percipere possemus. Nam præter hæc aliud quoque ad nos lucrum redit ab apibus. Scientiarum enim et artium inventione non juvenilius gloriari, nec altum sapere, et naturæ nostræ oblivisci, sed Creatorem nostrum agnoscere, et in illum causam bonorum referre discimus. Ne vero ob hæc animis consternati toti dejiceremur, ut qui bruta animalia artis consortia habentes, a brutis nihil differremus, Deus omnem laboriosæ illius mellificationis fructum nobis tradidit: ut simul contumacem nostram cervicem artis consortio reprimeret, et sociorum servitio nos consolans dolorem depelleret. Quid ergo doles, o homo, quod apes hæc tanto artificio perficere cernis? Etenim illarum quidem labor, tuus vero fructus est. Et hæ quidem labores sustinent, tu autem laborum voluptate frueris. Quin araneam tenuia et invisibilia fere fila ducere docuit idem rerum Opifex, ut te quo pacto volucres capi possent edoceret. Hæc enim non verbis aut ratione artem edocta, sed natura magistra utens retia contexit. Tu vero rationem tibi familiarem habens, et exemplar ob oculos positum cernens, infinitas retium species paravisti. Atqui fastum tuum et insolentiam minimum hoc animalculum, quod cum ratione destitutum sit, exempli tamen usum tibi exhibuit, prohibet. Rursus vero ex retium varietate solatium percipis. Ipsum enim exemplar vel archetypum unicum, ejusdem vero imitatio infinita est et multiplex. Volatilibus **552** enim nebulosa quædam et aeria struxisti, quæ locis arduis et præru-

[29] Joh x, 14. [30] Ibid. 11. [31] Matth. xxv, 33. [32] Matth. xxiv, 28.

(74) τ. ἀμν. Loco cit. leg. τὰ πρόβατα, et deinde τὰ ἐρίφια.
(75) παρά. Edit. Paris. περί.
(76) τ. αἰτ. ibid. τὴν αἰτίαν.
(77) ταπ. ibid. τυπώσῃ.
(78) ὁ γάρ. ibid. καὶ γὰρ ὁ.
(79) ἀρ. ibid. ἀράχνης.
(80) νεφ. — ἀερώδη. Edit. Paris. habet. νεφελοῦη ρίαν. In edit. Lat. Tigurina quæ ann. 1546, in 8 prodiit, hæc ad calcem libri notantur: Est autem aucupii vel etiam retis genus, quo in altum aerem suspenso capiuntur volucres.
(81) ταῦτα. Edit. Paris. ταύτην.

Digitized by Google

ptis infigens, retium aeris colorem imitantium dolo avibus visum quodammodo suffuraris. Aucupium autem hoc persecutionis timor adjuvat. Excitatæ enim quas captas aviculæ, et undequaque in retia compulsæ, dum insecutores suos metuunt, coram expansa minus exacte perspicere possunt : deinde clanculum extensa retia contingentes in laqueos incidunt. Et his quidem in aerem suspensis aviculas venari soles. Rursus autem alia his firmiora tibi excogitata sunt ad eorumdem animantium capturam : quæ super terram quidem expandis, foveam vero in hunc usum effossam aqua adimples, avesque cicures retibus imponis, ut suo conspectu simul et cantu cognatas aviculas alliciant. Deinde ubi illæ aquam conspiciunt, altera autem illa cantillans auditur et videtur, illæ quidem advolant, tu vero arte usus intra retium plagas pertractas comprehendis. Alia item ad quadrupedes captandas inventa est machina. Laqueis enim, compedibus, et pedicis cervi capiuntur : apris autem, damis et leporibus extenduntur casses. Foveæ vero, et aliæ hujus generis machinæ, immanissimis feris strui consueverunt. Nec tamen volatilium et terrestrium genera tibi ad prædam sufficiunt : sed marina quoque animalia **553** audacter aggrederis, et nassas, verricula, retia, sagenas, et si quæ alia sunt hujus generis instrumenta, contexens, natatilium genus persequeris, atque eos quos natura sub aquis vitam transigere voluit, tu artis opera in altum aerem subducis, et venaris aquarum alumnos : cumque ipse terrestris sis, eos ad te pertractos capis, quibus domicilium maris profunditas exhibet. Atqui innumera piscium genera tibi ut illis fruaris proponuntur, piscatoria arte horum usum tibi offerente. Non igitur est, quod araneam tenuium filorum textricem molestius feras : hinc enim illud lucri percipis, ne animo efferaris, sed communem omnium Opificem laudibus celebres. Rursus autem solatio hoc tibi est, cum araneam quidem culices et muscas aliaque hujus generis animalcula venari, tua autem industria velocissimas aves vinci, et aquatile illud natantium genus tuis machinis cedere, et pedestria animalia tuis legibus subjici videas. Non igitur dolendum est tibi, quod alis destitutus sis : sapientiæ enim donum nactus es, quæ alatas volucres tibi potest subjicere. Sed et mentem cunctis volatilibus, imo et ipsis ventis velociorem possides. Pro tuo enim nutu, quocunque volueris, penetrat, et licet corporis carcere clausa detineatur et terræ alligata sit, cœlum tamen obambulat, et quæcunque in cœlo pulchra sunt, imo et ipsum cœlum, transcendit, et quæcunque cœlo sublimiora sunt, animi imaginatione complectitur : orbem terrarum universum

A αἴσθησιν. Λαμβάνεις δὲ συνεργὸν εἰς ἄγραν τὸν τῆς διώξεως φόβον· ἐξελαυνόμενα γὰρ τὰ θηρευόμενα τῶν ὀρνίθων, καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν εἰς τὰ θήρατρα συνωθούμενα, δειμαίνοντα τοὺς δώκοντας, κατιδεῖν ἀκριβῶς οὐκ ἰσχύει τὰ πρόσω (82)· εἶτα τοῖς ἀφανῶς (83) τεταμένοις ἐφιπτάμενα δικτύοις, περιπίπτει τοῖς βρόχοις. Καὶ ταῦτα μὲν ἀέρι κρεμαννὺς, θηρεύεις τοὺς ὄρνιθας. Ἕτερα δέ σοι τούτων πάλιν στεγανώτερα μεμηχάνηται πρὸς τὴν αὐτὴν τούτων τῶν ζώων ἄγραν, ἃ τῇ γῇ μὲν ἐφαπλοῖς, βόθρον δὲ ὀρύττων, ὕδατος τοῦτον πληροῖς, χειροήθεις δὲ ὄρνιθας ἐφιστᾷς (84) τοῖς δικτύοις, ἵνα τῇ ὄψει καὶ τῇ φωνῇ τοὺς ὁμογενεῖς ἐφελκύσωνται. Εἶτα τοῦ μὲν ὕδατος ὀρωμένου, τοῦ δὲ ὄρνιθος φθεγγομένου τε καὶ φαινομένου, οἱ μὲν ἐφίπτανται, σὺ δὲ τῇ τέχνῃ B χρώμενος, ἐντὸς αὐτοὺς τῶν δικτύων ποιεῖς. Ἕτερά σοι πάλιν ἐξεύρηται μηχανὴ πρὸς τετραπόδων θήραν. Ἀρπεδόναι μὲν γὰρ, καὶ ποδάγραι καὶ ποδοστράβαι (85), τοὺς ἐλάφους θηρεύουσιν· ἄρκυες δὲ, συάγρους, καὶ δορκάδας (86), καὶ λαγωούς· βάραθρα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανήματα, τῶν θηρίων τὰ ἀγριώτατα. Οὐκ ἤρκεσε δέ σοι τῶν πετεινῶν καὶ κτηνῶν ἡ φύσις εἰς θήραν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν θαλαττίων κατετόλμησας ζώων, καὶ κύρτους, καὶ πάναγρα, καὶ ἀμφίβληστρα, καὶ σαγήνας, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατασκευάσας, τὴν νηκτὴν (87) φύσιν ἀγρεύεις, καὶ τὴν ὑποβρύχιον τῇ τέχνῃ μετέωρον φέρεις, καὶ τοὺς τῶν ὑδάτων τροφίμους θηρεύεις, καὶ χερσαῖος ὢν ἀνάγεις παρὰ σαυτὸν τοὺς τὸν βυθὸν ἔχοντας ἐνδιαίτημα· καὶ τὰ μυρία τῶν ἰχθύων γένη σοὶ πρόκειται εἰς ἀπόλαυσιν, τῆς ἁλιευτικῆς σοι τέχνης C τούτων παρεχούσης τὴν χρείαν. Μὴ τοίνυν δυσχεραίνῃς ἰδὼν (88) ἀράχνην τὰ λεπτὰ ὑφαίνοντα νήματα (89)· κερδαίνεις μὲν γὰρ παρ' (90) ἐκείνου, τὰ μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ τὸν κοινὸν Δημιουργὸν ἀνυμνεῖν. Ψυχαγωγῇ δὲ πάλιν, ὁρῶν μὲν ἐκεῖνον ἐμπίδας καὶ κώνωπας ἀγρεύοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα ζωῦφια, σεαυτὸν δὲ καὶ πτηνῶν τῶν ὀξυτάτων τῇ σοφίᾳ περιγενόμενον, καὶ τὴν νηκτὴν καὶ ὑποβρύχιον φύσιν τοῖς σοῖς μηχανήμασιν εἴκειν ἠναγκασμένην, καὶ τῶν πεζῶν τὰ γένη τοῖς σοῖς νόμοις πειθόμενα. Μὴ τοίνυν δυσχεραίνῃς, ὡς πτερῶν ἐστερημένος· εἴληχας γὰρ σοφίαν ὑποχείριόν σοι (91) τὴν ὑπόπτερον φύσιν ἐργαζομένην. Ἔχεις δὲ καὶ νοῦν, πτηνῶν ἁπάντων, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνέμων ὀξύτερον· ἔνθα γὰρ ἂν D νεύσῃ, ἐκεῖσε παραχρῆμα γίνεται· καὶ ἐν τῷ σώματι καθειργμένος, καὶ τῇ γῇ προσδεδεμένος, οὐρανόν τε περιπολεῖ, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ κάλλη, καὶ τὸν οὐρανὸν ὑπερβαίνει, καὶ τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνον φαντάζεται, καὶ τὴν οἰκουμένην περινοστεῖ, καὶ ἔθνεσι μυρίοις συγγίνεται, καὶ τοῖς πόρρωθεν οὖσι τῶν φίλων προσδιαλέγεται. Τί τοίνυν ἀλγύνει σε καὶ ἀνιᾷ τῶν ὁρωμένων πτερῶν ἡ στέρησις, τοιαῦτα πτερὰ νοητὰ κεκτημένον

(82) πρ. Edit. Paris. πρόσωπα.
(83) ἀφ. ibid. συνεχῶς. Gualtherus in versione scripsit, *continuo ordine*.
(84) ἐφ. Edit. Paris. ἐφιστῆς.
(85) ποδ. Edit. prior habebat ποδοστρίβαι. Edit. Paris. ποδοστρόβαι.
(86) δορκ. Edit. Paris. δορκούς.
(87) νηκτ. ibid. νηκτῶν.
(88) ἰδ. ibid. ὁρῶν.
(89) ὑφ. νήμ. ibid. νήματα ὑφαίνοντα.
(90) παρ'. Des. in edit. Paris.
(91) σοι. Des. ibid.

Digitized by Google

οὕτω ῥᾳδίως τῶν ὑποπτέρων περιγινόμενα; Οὐ πτερωτὸν ἔχεις τὸ σῶμα, ἀλλὰ τοὺς ἀεροπόρους ὄρνιθας τῇ σοφίᾳ θηρεύεις· ταύτῃ συνεργῷ κεχρημένος, ταῦρον ἰσχύϊ καὶ κέρασιν ὡπλισμένον ὑπὸ ζυγὸν ἄγεις, καὶ δουλεύειν ἀναγκάζεις, καὶ πόνοις διηνεκέσιν ὑποβάλλεις, ἄρουραν τέμνειν, ἅμαξαν σύρειν, τὰ τοῖς ἀχθοφοροῦσι τῶν κτηνῶν ἀδύνατα μεταφέρειν, οἰκοδόμοις μετακομίζειν τὰς ὕλας. Καὶ σὺ μὲν κελεύεις, ὁ δὲ τὸν ζυγὸν ὑπέρχεται, καὶ τῆς ζεύγλης ἀνέχεται, καὶ τῆς τῶν κεράτων ἐπιλανθάνεται χρείας, καὶ τὴν σὴν δειμαίνει φωνὴν, καὶ τῆς ἰσχύος τὸ διάφορον οὐκ ἐπίσταται, ἀλλὰ τῷ λίαν ἀσθενεστέρῳ ζώῳ δουλεύειν ἀνέχεται. Τοσοῦτον (92) ῥώμης σωμάτων ἀμείνων ὁ λόγος. Οὗτος καὶ (93) δνον καὶ ἡμίονον καὶ κάμηλον ἀχθοφορεῖν κελεύει, καὶ κάθηται μὲν ἐπιτρεπόμενον τῶν εἰρημένων ἕκαστον, ἀνίσταται δὲ κελευόμενον καὶ τοῖς φορτίοις βαρυνόμενον· καὶ ταῖς μακραῖς ὁδοιπορίαις τρυχόμενον, ἀνέχεται τῶν ἀλγυνόντων, καὶ τοῖς βαρύνουσι πείθεται, καὶ προσφερόμενον μὲν δέχεται τὸν χιλὸν, λιμῷ δὲ πιεζόμενον, οὐ καταβοᾷ τῶν κεκτημένων. Τίς γὰρ ὁ τῆς δουλείας ὅρος, παρὰ τῆς φύσεως ἔμαθε. Διὰ τοῦτο καὶ μόνη τῶν κηδεμόνων ἡ φωνὴ καὶ τὰ λίαν ἰσχυρὰ τῶν ζώων δεδίττεται. Σὺ δὲ τοῦ τῆς κτίσεως ἁπάσης Δεσπότου καταφρονεῖς, καὶ λαμβάνων ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων εἰκόνος ἀφορμὴν ὠφελείας, οὐδὲ θέλεις ὑποτάττεσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκετεύειν αὐτὸν, οὐδὲ φέρεις εὐτάκτως τῆς ἀρετῆς τὰ φορτία (ταῦτα γάρ σοι ὁ Δεσπότης ἐπέθηκεν)· ἀλλὰ σκιρτᾷς, καὶ τυραννεῖς, καὶ φεύγεις τὸν ζυγὸν ὡς ἀπειρόζυγος μόσχος, καὶ οὐκ ἀνέχῃ τῶν χαλινῶν, ἀλλὰ τούτους ἀπορρήγνυς, δραπετεύεις καὶ φέρῃ κατὰ κρημνῶν, καὶ τὸν ἔμφυτον ἡνίοχον κατασύρεις. Ὅσοι δὲ τὴν καλὴν ταύτην δουλείαν ἠγάπησαν, καὶ τῷ δεσποτικῷ θερμῷ (94) καὶ γενναίως ἐτρώθησαν ἔρωτι, πολλὴν καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων εἵλκυσαν τὴν ὠφέλειαν. Διὸ καὶ ἐν Ψαλμοῖς δι' ἑνὸς βοῶσιν ἅπαντες· « Κτηνώδης ἐγενόμην (95) παρὰ σοὶ, κἀγὼ διὰ παντὸς μετὰ σοῦ. » Τῷ γὰρ κτήνει παραπλησίως ἡγουμένῳ σοι, φησὶν, ἕπομαι, οὐ πολυπραγμονῶν εἰς ποίαν ἄγεις ὁδὸν, οὐδὲ περιεργαζόμενος ταύτης τὸ βραχὺ (96) καὶ μακρὸν καὶ ἐπίπονον, οὐδὲ δυσχεραίνω ταύτης τὸ στενὸν καὶ πρόσαντες καὶ ἀμφίκρημνον. Πέπεικα γὰρ ἐμαυτὸν, ὡς ἀγαθὸς ὤν, ἀγαθῶς ὁδηγήσεις. Τούτου χάριν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐξεταστικός τίς εἰμι καὶ λογικὸς, καὶ κρίνειν τὸ δέον ἐπίσταμαι, καὶ φεύγειν τὸ λυποῦν οἶδα σαφῶς· σοῦ δὲ ἄγοντος, ἐῤῥῶσθαι φράσας ἐκείνῳ τῷ λογικῷ, τοῦ κτήνους μιμοῦμαι τὸ εὐπειθὲς, καὶ ταῖς ἄλλοις ὢν λογικὸς, κτηνώδης γίνομαι παρὰ σοί. Διὰ τοῦτο τῆς σῆς οὐ χωρίζομαι συνουσίας, ἀλλὰ διαπαντός εἰμι μετὰ σοῦ· ἐπειδὴ τοῖς σοῖς ἴχνεσιν ἕπομαι, καὶ τῷ χαλινῷ πείθομαι, καὶ ὡς ἂν ἄγῃς ἀγο-

A lustrat, cum plurimis gentibus conservatur, et cum amicis, qui procul absunt, colloquitur. **554** Quid ergo de visibilium alarum inopia doles et tristaris, qui tales mentis et intellectus alas possides, quæ volatilia tam facile superant? Corpus quidem alatum tibi deest, aves autem aereas sapientiæ viribus assequeris. Ejusdem (sapientiæ) auxilio usus taurum robore et cornibus armatum sub jugum mittis, servire cogis, et assiduis laboribus subjectum exerces; ut nimirum terram aratro scindat, currum trahat, et quæ aliis jumentis intolerabilia sunt onera transvehat, tum ædificantibus quoque suam afferat materiam. Et tu quidem jubes, ille autem jugum subit, et hoc se astringi patitur, cornuum usus oblivisci-

B tur, tuamque vocem pertimescit, et quantum inter tuum et ipsius robur discrimen sit, non novit, sed animali se multum infirmiori servire sustinet. In tantum humani ingenii ratio corporis viribus præstantior est. Hæc asinum, mulum et camelum onera vehere jubet, et singuli horum, cum jubentur, subsidendo submittunt sese, rursus vero jussi et onerati surgunt: præterea cum longis itineribus fessi sunt, lædentes se patiuntur, gravantibus se parent, oblatum pabulum accipiunt, et fame afflicti possessoribus suis non occlamant. Qui enim servitutis limites vel leges sint, natura magistra didicerunt. Hanc itaque ob causam sola dominorum vox animalium fortissima terret. Tu vero totius naturæ Dominum contemnis, et cum ex brutorum

C imagine tui commodi adeoque salutis occasionem percipias, tamen nec Domino subjici, et illi supplex fieri dignaris, virtutis onera decenter sustinens (hæc enim Dominus **555** tibi ferenda imposuit): sed calcitras et tyrannidem spiras, et jugum instar indomiti vituli fugis, nec frenum pateris, sed hoc etiam disrupto in fugam verteris, et per præcipitia ruens, innatum tibi rectorem laceras. Quotquot vero honestissimam hanc servitutem amaverunt, et herili hoc amore, fervido et generoso, vulnerati sunt, plurimum utilitatis ab ipsis quoque brutis animantibus perceperunt. Quapropter in Psalmis per unius vocem omnes illi exclamant: « Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper te-

[33] cum. » Jumento enim, quod ab alio regitur, in-

D quit, similis te sequor, minime curiosus in quam me viam perducas, nec etiam quam illa vel brevis, vel longa, vel laboriosa sit, curiosius percontor, nec illius angustias, arduum ascensum et præcipitia iniquius fero. Nam mihi persuasum est te, cum bonus sis, viæ quoque ducem fore optimum. Idcirco in alia quidem omnia inquiro, et rationalis rerum judex sum, et quod opus est dijudicare novi, imo quod mihi nocet, effugere plane scio: cum

[33] Psal. LXXII, 22, 23.

(92) τοσ. Edit. Paris. τοσούτῳ.
(93) καί. Des. ibid.
(94) θερμ. Edit. Paris. præm. καί.
(95) ἐγεν. t. I, pag. 1120, leg. ἐγενήθην.
(96) βραχύ. Ita scribere visum est, ob sequens μακρόν. Eamdem lectionem expressit Gualtherus in versione. Editio Sirm. habebat τραχύ.

Digitized by Google

οὐκ ἐᾷ, δαπανῶσα τὰς ὕλας. Τί τοίνυν ἀχαριστεῖς
τοῖς δικαίοις τὴν πενίαν συνεζευγμένην ὁρῶν, καὶ τὸ
τῆς ἀρετῆς ὄργανον διαβάλλεις, ὅμοιον ποιῶν, ὥσπερ
ἂν εἴ τις θρόνους μὲν ἐπαινοίη (33), καὶ βάθρα, καὶ
κλίνας, καὶ θύρας, καὶ οἰκοδομημάτων κάλλη, τὰ δὲ
τοῦ οἰκοδόμου καὶ τέκτονος ὄργανα σκώπτοι, καὶ
μέμφοιτο (34) τῷ σκεπάρνῳ, καὶ τῷ τερέτρῳ, καὶ
τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν ἐκείνων ἕκαστον γίνεται; Ὅτι δὲ
ῥᾷον διὰ πενίας μᾶλλον, ἢ πλούτου, τὴν ἀρετὴν κατ-
ορθῶσαι, μαρτυροῦσι μὲν τῆς ἀσεβείας (35) οἱ τρό-
φιμοι, μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφίας C
ἐρασθέντες (36), καὶ τῷ τῆς φύσεως νόμῳ μόνῳ
διδασκάλῳ χρησάμενοι. Διὰ πενίας γὰρ ἅπαντες τὴν
ἠθικὴν κατώρθωσαν ἀρετὴν, καὶ ταῦτα τῶν θείων
οὐκ ἐπακούσαντες λογίων, τῶν ἄντικρυς βοώντων·
« Ἐὰν μή τις ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν
αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. » Ἀλλ' ὅμως
ἤρκεσεν αὐτοῖς εἰς διδασκαλίαν ἡ φύσις. Καὶ γὰρ ὁ
θεῖος λόγος οὐ καινὰ προσφέρει παιδεύματα, ἀλλὰ
τῶν τῆς φύσεως νόμων ἀναμιμνήσκει, καὶ ἃ διέφθει-
ρεν ὁ χρόνος διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ῥᾳστώνην τῆς
φύσεως γράμματα, ταῦτα ὁ τῆς φύσεως Ποιητὴς διὰ
τῶν οἰκείων ἀναγράφει κηρύκων. Εἰ τοίνυν καὶ
Σωκράτης, καὶ Διογένης, καὶ Ἀνάξαρχος, καὶ οἱ
τούτοις παραπλήσιοι, τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὴν κτῆσιν
ποθήσαντες, τοῦ πλούτου τὴν κτῆσιν ἀπώσαντο, καὶ D
πενίαν τῆς ἀγαθῆς κτήσεως ἔλαβον συνεργὸν, καὶ
ταῦτα τυφλώττοντες περὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀλή-
θειαν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν οὐ προσμένοντες, καὶ
τὸ ὂν ἀγαθὸν ἀκριβῶς οὐκ εἰδότες, τί τῆς πενίας,
ὦ φιλότης, κατηγορεῖς, δι' ἣν εὔπορος τῆς ἀρετῆς
ὁ (37) δρόμος, καὶ ἡ τραχεῖα καὶ προσάντης ὁδὸς
εὐπετὴς καὶ ῥᾳδία τοῖς ἀνύουσι γίνεται;

menti gubernatrici recalcitrare permittit, quod de-
licatis et ventri servientibus plerumque contingit.
Deinde anima, cum superfluis liberata oneribus, et
a curis externis expedita, quiete et tranquillitate
summa fruitur, in seipsam respiciens, propriam
suam dignitatem contemplatur, et subditorum sibi
affectuum servitutem agnoscit: tum etiam impe-
rium tenens, subditis ordinis leges præscribit, et
utriusque (tam iræ quam cupiditatis), rebellionem
alternis earumdem vicibus punit et reprimit. Et
nunc quidem iræ affectu intumescente **569** con-
cupiscentiam excitat, et illius vehementiam hujus
mollitia dissolvit: nunc vero translato puniendi
officio, iræ affectu adversus hanc utitur, et flagello
vehementiorem concupiscentiæ motum coercet.
Rursus autem labores quoque rationi ad affectuum
moderationem subserviunt. Inopiæ enim necessitas
ad laborum studia excitat, et necessariorum penu-
ria labores producit: laborum vero æruinna affectus
tabefaciens, et materiam illorum consumens, eos
intumescere non permittit. Cur ergo ingratum te
præstas, cum paupertatem justis conjunctam esse
vides, et virtutis instrumentum conviciis laceras?
perinde faciens, ac si quis thronos, et gradus, et
lectos, januas item et omnem ædificiorum elegan-
tiam collaudet, fabri autem et architecti instru-
menta vituperet, et securi, terebro, aliisque, quo-
rum opera omnis illa structura conficitur, convicia
ingerat. Porro quod virtus per paupertatem facilius
quam per divitias comparari possit, ipsi etiam im-
pietatis alumni testantur. Testantur idem quotquot
apud Græcos sapientiæ cultores fuerunt, et naturæ
lege unice usi sunt. Per paupertatem enim omnes
isti moralem virtutem comparaverunt, idque cum
divina oracula non audierint, quæ palam clamant:
« Si quis non renuntiat omnibus quæ possidet, non
potest meus esse discipulus [41]. » Ad doctrinam ta-
men natura ipsis suffecit. Divina enim lex non no-
vas traditiones affert, sed naturæ leges in memoriam
revocat, et naturæ scripturas, quas temporis dis-
turnitas **570** hominum negligentia corrupit, natu-
ræ Conditor per præcones suos rescribit. Cum
ergo Socrates, Diogenes, Anaxarchus, et qui horum
fuerunt similes, moralis virtutis desiderio moti,
opes quas possidebant rejecerint, et paupertate ad
præstantissimam virtutis possessionem adjutrice
usi sint, idque cum circa veritatem doctrinæ cæci
fuerint, et regnum cœlorum non exspectarint, nec
veri illius (et summi) boni tenuerint notitiam,
quid tu paupertatem accusas, o amice, per quam
virtutis cursus facilis, et aspera illa ac ardua via
per eam incedentibus expedita et plana red-
ditur?

[41] Luc. XIV, 33.

(32) θορ. Edit. Paris. φροντίδων.
(33) ἐπαιν. Ibid. ἐπαινῶν.
(34) σκ. κ. μέμφ. Ibid. σκώπτων καὶ μεμφό-
μενος.
(35) ἀσεβ. Editio prior hab. εὐσεβείας.
(36) ἐρ. Ibid. ἐραστάς.
(37) ὁ. In edit. Paris. ponitur ante τῆς ἀρετῆς.

Digitized by Google

Hæc autem dicimus, non quod divitias accusemus, vel malum malo repellere studeamus (si enim divitiæ per se malæ dicantur, blasphemia in illarum largitorem redundat), sed divitias simul et paupertatem, tanquam materiam quamdam vel instrumenta, a rerum Opifice hominibus proposita esse dicimus; homines vero, ceu fabros quosdam, per hæc aut virtutis simulacrum effingere, aut malitiæ statuam exsculpere. Cæterum per divitias vix aliquis paucula quædam virtutis membra eleganter exsculpet: multi vero paupertate adjuti omnia simul fabricare possunt. Ne ergo paupertatem dicteriis proscindamus, quæ virtutis parens est: nec etiam opes conviciis laceremus, sed eos qui his perperam utuntur, accusemus. Nam et ferrum hominibus datum est, ut ædificantibus, agricolis, et navium fabricatoribus cooperetur, et alias humanæ vitæ artes adjuvet. Qui vero in se mutuo grassantur, illud necessariis **571** duntaxat usibus servire non permittunt, sed mutuas etiam cædes per illud perpetrant. Non tamen idcirco ferrum culpamus, sed eorum qui hæc abuntutur, detestamur malitiam. Similiter vini usus hominibus ad lætitiam cordis, non ad desipientiam datus est. Qui vero intemperantiæ student, et ebrietati dediti sunt, lætitiæ genitorem desipientiæ causam faciunt. Cæterum nos rite calculum subducentes, eos quidem qui divino munere abutuntur, vinosos, ebrios, et malos nominamus: vinum vero ceu divinitus collatum munus admiramur. Idem de divitiis harumque possessoribus judicium feramus, et divitias quidem omni crimine liberemus, illos vero, si quidem harum dispensatores justi fuerint, maximis præconiis ornemus: si autem, inverso rerum ordine, ipsi divitiis servierint, illarum nimirum jussa in omnibus exsequendo, et omne servitium malum subeundo, iniquitatis illos accusemus: quod nimirum, cum domini constituti sint, dominium illi corruperunt, et herilem potestatem cum servitute permutarunt.

Sed dicat forsitan aliquis illorum, qui nihil aliud quam bene dictis obstrepere norunt. Quare non cunctis hominibus divitias possidendas rerum Conditor largitus est, sed his quidem divitias cumulavit, illis vero paupertatem quasi sorte addixit, vitamque hanc admodum imparibus conditionibus disposuit? Quem et ego libens interrogaverim, cur non omnibus corporis nostri membris unam et eamdem vim rerum Opifex indiderit: sed oculis quidem colorum et figurarum **572** judicium commisit, auditum vero vocum et sonorum discrimina cognoscere voluit, nares autem ut vapores excipiant, et suavem odorem a fetore discernant, linguam item ut gustu sapores dijudicet, dulcis et acerbi, acris et amari et pinguioris discrimen deprehendat, instituit: et pedibus quidem incessus potentiam concessit, manibus vero multiplicem operationem ceu

A Καὶ ταῦτά φαμεν, οὐ τοῦ πλούτου κατηγοροῦντες, οὔτε κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενοι· εἰ γὰρ πονηρὸς ὁ πλοῦτος, ἡ βλασφημία κατὰ τοῦ δεδωκότος χωρεῖ· ἀλλὰ πλοῦτον μὲν καὶ πενίαν, οἷον ὕλας τινὰς, ἢ ὄργανα, τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τοῦ Πεποιηκότος προκεῖσθαί φαμεν, διὰ δὲ τούτων τοὺς ἀνθρώπους, οἷόν τινας δημιουργοὺς, ἢ τὸ τῆς ἀρετῆς ἄγαλμα διαπλάττειν, ἢ τὸν τῆς κακίας ἐκτυποῦν ἀνδριάντα. Ἀλλὰ διὰ μὲν πλούτου μόλις ἂν ὀλίγα τις (38) ἀρετῆς εἰς κάλλος διαγλύψειε μόρια, διὰ δὲ πενίας καὶ πολλοῖς καὶ πάντα δημιουργεῖν ἐστι δυνατόν. Μὴ τοίνυν σκώπτωμεν τὴν πενίαν τῆς ἀρετῆς τὴν μητέρα, μήτε μὴν τὸν πλοῦτον διαβάλλωμεν, ἀλλὰ τῶν οὐκ εἰς δέον τούτῳ κεχρημένων κατηγορήσωμεν. Ἐπεὶ καὶ ὁ σίδηρος ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις, οἰκοδομίας, καὶ B γηπονίας, καὶ ναυτιλίας συνεργὸς, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπίκουρος. Οἱ δὲ κατ' ἀλλήλων λυττῶντες, οὐκ ἐῶσι τοῦτον μόνον ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλλήλων σφαγὴν δι' αὐτοῦ μηχανῶνται. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο τοῦ σιδήρου κατηγοροῦμεν, ἀλλὰ τῶν κακῶς κεχρημένων (39) τὴν πονηρίαν διαβάλλομεν. Οὕτως ἡ τοῦ οἴνου χρῆσις ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις εἰς εὐφροσύνην, ἀλλὰ οὐ παραφροσύνην καρδίας· οἱ δὲ τὴν ἀμετρίαν τιμῶντες, καὶ οἰνοφλυγίᾳ προστετηκότες, τὸν εὐφροσύνης γεννήτορα, παραφροσύνης ποιοῦσι πατέρα. Ἀλλ' ἡμεῖς τῇ δικαίᾳ ψήφῳ δικάζοντες, τοὺς μὲν κακῶς τῷ θείῳ δώρῳ χρωμένους (40), οἰνόφλυγας, καὶ μεθύσους, καὶ πονηροὺς ἀποκαλοῦμεν, τὸν δὲ οἶνον ὡς θεόσδοτον δῶρον θαυ- C μάζομεν. Οὕτω τοιγαροῦν τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς χρωμένοις δικάζωμεν, καὶ τὸν μὲν, τῆς κατηγορίας ἐξέλωμεν, τοὺς δὲ, εἰ μὲν οἰκονόμοι τούτου δίκαιοι γένοιντο, ταῖς μεγάλαις στεφανώσωμεν εὐφημίαις· εἰ δὲ τὴν τάξιν ἀμείψαντες, δοῦλοι τοῦ πλούτου φανεῖεν, πᾶν τὸ κελευόμενον δρῶντες, καὶ πᾶσαν πονηρὰν διακονίαν μετιόντες, τὴν πονηρίας γραφὴν κατ' αὐτῶν εἰσενέγκωμεν, ὅτι δεσπόται χειροτονηθέντες, τὴν ἡγεμονίαν διέφθειραν, καὶ τὴν δουλείαν τῆς δεσποτείας ἠλλάξαντο.

Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι τῶν μόνον τοῖς καλῶς λεγομένοις ἀντιλέγειν ἐπισταμένων· Τίνος χάριν οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ πλούτου τὴν κτῆσιν ὁ Ποιητὴς ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τοῖς μὲν πλοῦτον συνέζευξε, τοῖς δὲ πενίαν συνεκλήρωσε, καὶ πολλῆς ἀνωμαλίας πλήρη τὸν βίον πεποίηκεν; Ὃν ἡδέως ἂν ἐροίμην, τί δήποτε τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν, οὐ τὴν αὐτὴν ἅπασι δέδωκεν ὁ Δημιουργήσας ἐνέργειαν, ἀλλ' ὀφθαλμοῖς μὲν χρωμάτων καὶ σχημάτων διάκρισιν ἐνεχείρισεν, ἀκοαῖς δὲ φωνῶν καὶ ψόφων εἰδέναι διαφορὰν, τὰς δὲ ῥῖνας ἀτμῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τοῦ ἡδέος τὸ δυσῶδες διακρίνειν, τὴν δὲ γλῶτταν ταῖς τῶν γεύσεων ποιότησι δικάζειν, καὶ γλυκέος καὶ ὀξέος, δριμέος τε καὶ πικροῦ, καὶ πιμελώδους; τὸ διάφορον εἰδέναι, καὶ τοῖς μὲν ποσὶ τὴν βαδιστικὴν δέδωκε δύναμιν, ταῖς δὲ χερσὶ τὴν παντοδαπὴν ἀπένειμεν ἐργασίαν, καὶ γαστέρα μὲν τροφῆς δοχεῖον,

(38) τις — μόρια. Edit. Paris. τῆς ἀρετῆς εἰς κάλλους διαγλύψεται μόρια.

(39) κεχρ. Ibid. αὐτῷ χρωμένων.
(40) χρωμ. Ibid. κεχρημένους.

Digitized by Google

ἦπαρ δὲ τροφῆς καθαρτήριον, ἐγκέφαλον δὲ μυελῶν θησαυρὸν, πηγὴν δὲ θερμότητος τὴν καρδίαν, καὶ ταῖς μὲν ἀρτηρίαις ἐναπέκλεισε τὸ πνεῦμα, τὰς δὲ φλέβας ἀγωγοὺς ἀπέφηνεν αἵματος, καὶ ἄλλῳ ἄλλην ἐνέργειαν ἐνέφυσε (41) μορίῳ; Καὶ μὴν ἅπαντα τὰ εἰρημένα, καὶ ὅσα σεσίγηται, εἰς ἑνὸς σώματος συντελεῖ τελειότητα· ἀλλ' ὅμως ἕκαστον (42) καὶ ἰδιόν τι πεπίστευται, καὶ τῷ κοινῷ συντελεῖ. Ὄψις γὰρ ποδηγεῖ μὲν (43) τοὺς πόδας, καὶ τὸ λεῖον αὐτοῖς ὑποδείκνυσι, καὶ τῶν τραχυτέρων ἀποτρέπει χωρίων, φέρεται δὲ ὑπὸ ποδῶν. Καὶ ἀκοὴ δὲ κτύπους δεχομένη, διεγείρει τὴν ὄψιν εἰς θεωρίαν, διὰ δὲ τῆς ὄψεως μανθάνει τῶν κτύπων τοὺς ποιητάς. Καὶ ἵνα τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ τοὺς εἰρημένους βεβαιώσωμεν λόγους, « Οὐ δύναται ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖά ἐστι, καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι, τούτοις περισσοτέραν (44) τιμὴν περιτίθεμεν. » Καὶ οὐδεὶς ἐδυσχέρανε πώποτε, διάφορον βλέπων ἐν τοῖς μέλεσι τὴν ἐνέργειαν, εἰ μὴ κομιδῇ παραπαίοι· ἀλλὰ καὶ στέργει καὶ θαυμάζει τὸν Ποιητὴν, οὕτω σοφῶς ἕκαστα διακρίναντα, καὶ ἑκάστῳ τὴν ἁρμόττουσαν ἀπονείμαντα χρείαν, καὶ τὴν ἰδίαν κοινὴν ποιησάμενον. Οὔτε γὰρ ὄψις μόνη τῶν ὁρατῶν ἀπολαύει, οὔτε ἀκοὴ τῶν ἀκουστῶν, οὔτε τὸ στόμα τῶν γεύσεων, οὔτε ἡ ῥὶν τῶν ὀσφρήσεων, οὔτε οἱ πόδες βαδίσεως, οὔτε ἐργασίας (45) αἱ χεῖρες, οὔτε τροφῆς ἡ γαστὴρ, οὔτε θερμότητος ἡ καρδία, οὔτε αἰσθήσεως ὁ ἐγκέφαλος· ἀλλ' ἰδιάζουσαν μὲν ἕκαστον ἔχει τὴν ἐνέργειαν, τῷ δὲ κοινῷ συνεισφέρει τὴν ὠφέλειαν. Καὶ τὸ μὲν ἅπαν θερμαίνει τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἅπαν τρέφει· τὸ δὲ ἄλλον τινὰ φόρον παντὶ (46) προσφέρει τῷ ζώῳ· καὶ τὸ ποικίλον τῆς ἐνεργείας εἰς ἅπαντα μὲν τὰ τοῦ σώματος μεμέρισται μόρια, ἀπολαύει δὲ ἀλλήλων πάντα, καὶ γίνεται ἡ χρεία κοινή. Καὶ οὔτε ἀκοὴ ἀγανακτεῖ μὴ ὁρῶσα, οὔτε ὀφθαλμὸς δυσχεραίνει τῷ μὴ ἀκούειν, ἀλλ' ἕκαστον στέργει τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, καὶ τὴν εἰσφορὰν ἀποδίδωσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς φέρειν ἐτάχθη. Σὺ δὲ λίαν ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ πάντες οἱ ἄνθρωποι τοῖς τοῦ πλούτου ῥεύμασι περικλύζονται, καὶ οἰκίας οἰκοῦσι λαμπρὰς, καὶ χιτώνων καὶ ἐφεστρίδων περιφανείᾳ κοσμοῦσι τὸ σῶμα, καὶ ἐφ' ἵππων καὶ ἡμιόνων ὀχούμενοι, πολλοὺς ἔχουσι τοὺς ἡγουμένους, καὶ (47) ἑπομένους, καὶ θεραπόντων ἐσμὸν ταῖς θεραπείαις διακονοῦντα, καὶ κλίνας χρυσοπάστους, καὶ στρωμνὴν μαλακὴν καὶ διαῤῥέουσαν, καὶ ὀψοποιῶν μαγγανείας, καὶ ἡδονῶν ἐπινοίας, καὶ χλιδὴν πανταχόθεν προσφερομένην, καὶ τὰς ἡδονὰς ἐξάπτουσαν. Καὶ πῶς ἄν τις ἐκτήσατο σωφροσύνην τοσούτους αὐτῇ (48) πολεμίους ἐγείρων, ἐξ ἁπάντων αὐτὴν τῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐξελαύνων μορίων; Πῶς δ' ἂν φρονήσεως ἐν ἕξει γένοιτ' ἂν ἄνθρωπος, τοσούτοις

A sorte distribuit. Ventrem alimenti receptaculum, jecur vero ejusdem purgatorium, cerebrum medullarum thesaurum, caloris autem fontem cor constituit. Arteriis porro spiritum inclusit, venas autem sanguinis canales fecit, et alii membro aliud operationum ingeneravit officium. Atqui omnia quæ modo dicta sunt, imo et ea quæ silentio prætervimus, ad unius corporis perfectam fabricam pertinent: interim tamen singulis aliquid propriæ functionis commissum est, et in commune illud singula conferunt. Visus quidem pedes ducit, et viæ planitiem illis monstrat, et ab asperioribus locis avertit, ipse autem a pedibus fertur. Auditus quoque dum sonos percipit, visum ad videndum excitat, idem autem per visum sonorum auctores cognoscit. Et ut apo-
B stolico testimonio quæ modo dicta sunt confirmemus: « Non potest oculus dicere manui: Non est mihi opus te; et rursus caput pedibus: Non est mihi opus vobis, imo potius quæ videntur imbecilliora esse membra corporis, necessaria sunt: et quæ putamus minus honesta esse, his honorem uberiorem exhibemus [49]. » **573** Nec unquam aliquis indignatur diversam in membris operationem cernens, nisi valde desipiat: quin potius Creatorem amat et admiratur, qui tam sapienter singula discrevit, et singulis commodam et idoneam alicujus officii functionem commisit, eamque quæ singulis propria erat, toti corpori communem fecit. Nec enim visus solus visibilium sensu fruitur, nec solus
C auditus sonis juvatur, nec solum os sapores, nec solus nasus odores, nec soli pedes incessum, nec solæ manus operationes, nec solus venter alimentum, nec solum cor calorem, nec solum cerebrum sentiendi affectionem percipit: sed peculiarem vim singula habent, utilitatem vero omnem in commune conferunt. Et hoc quidem totum corpus calore fovet, hoc totum nutrit, illud vero aliud commodum, quasi tributum, animato corpori affert. Et operationis varietas in omnia quidem corporis membra divisa est, singula vero mutuum a se invicem fructum percipiunt, et communis omnium usus est. Nec auditus indignatur quod non videt, nec oculus audiendi sensu destitutus dolet: sed sin-
D gula hæc naturæ limites studiose observant, et tributum, quod ab initio ipsis injunctum est, persolvunt. Tu vero multum indignaris, quod non omnes homines divitiarum undis affluunt, et domos splendidas inhabitant, et tunicarum palliorumque splendore corpus exornant, et equis mulisque vecti magna præcursorum et asseclarum ac famulorum turba ministeriis addicta gaudent, tum etiam auro intertextas spondas, **574** lectumque mollem et fluxum, et nitidos obsoniorum apparatus et varia voluptatum inventa, ac undique affluentes atque voluptatem incendentes delicias possident. At quo

[49] I Cor. XII, 21-23.

(41) ἐνέφ. Edit. Paris. ἀνέφυσε.
(42) ἕκ. Ibid. ἕκαστόν τι καὶ ἴδιον πεπίστ.
(43) μέν. Ibid. ponitur post. ὄψις.
(44) περισσ. Ibid. præm. μᾶλλον.
(45) ἐργασ. Editio Paris. ἐνεργείας
(46) παντί. Des. ibid.
(47) καί. Ibid. τούς.
(48) αὐτῇ. Edit. Paris. αὐτῷ.

Digitized by Google

pacto aliquis temperantiam conservet, qui tot contra ipsam hostes concitat? qui illam omnibus tam animæ quam corporis partibus expellit? Quomodo prudentiæ habitum conquirat homo, qui tot sarcinis rationem obruit? Sed quid hic temperantiam, justitiam, fortitudinem, et prudentiam dicere attinet, quarum ne nomina quidem isti audire possunt? Quomodo item omnes simul divitiarum possessione fruantur, si ejusdem conditionis et sortis fuerint? Quo pacto denique, si æquales omnes sint, et omnes opibus similiter abundent, necessarioram inopiam homines supplerent? Aut quis, si eadem cum reliquis abundantia instructus sit, alteri servire volet? Quis, inquam, foco assidere, obsonia parare: quis item panes coquere, aut mola triticum conterere, * et farinas cribro discernere, pinsere, coquere, et ignis calorem ferre, nisi inopia cogatur, sustinebit? Quis vero boves aratores sub jugum misit, et terram novis sulcis secuit, sementem fecit, eamdemque ubi germinavit et excrevit falce amputatam in aream transvexit, et a paleis separavit, quem non paupertas ad labores sustinendos compulerit? Quis porro lapicidinis assedit unquam, et lapidum materiam ædificiis struendis exhibuit, domusque bene et eleganter concinnatas exstruxit, nisi qui paupertate exstimulatus opus facere coactus est? Quis nauticam artem? quis marinam **575** negotiationem? quis nauticam in laboribus assiduitatem? quis textoriam? quis sutoriam? quis figulinam et ferrariam exercuit? Si enim æqualis esset opum possessio, nequaquam illa alium alii inservire permitteret, sed inter duo hæc alterutrum contingeret necessario. Nam aut singulis omnes artes tenendæ et obeundæ essent, aut nobis omnibus simul necessariorum penuria foret periclitandum. Quod vero unum aliquem omnes hominum artes addiscere impossibile sit, non utique multis rationibus demonstrare opus est: nam ipsa experientia testis est. Si quis enim vel duo tantum simul discere instituat, utrumque perdit, cum alterum alteri noceat. Mens enim in diversarum partium studia distracta, cum utrumque simul apprehendere non possit, particulas quidem aliquot ex utroque elicit, exactam vero et perfectam cognitionem nec unius quidem assequitur. Reliquum ergo est, si omnes æquali opum abundantia donati fuissent, eadem illa interitus causam fieri debuisse, idemque nobis contigisse, quod iis qui edendi voluptatem nimia saturitate perdunt. Nam et illi obsoniorum assiduo esu appetitum minuunt, et hi propter opum amorem, necessariorum quoque penuriam sibi asciscere concupiscunt, et divitiis junctum interitum præferunt vitæ cum paupertate conjunctæ. Sed hos quidem delirare sinamus: nos vero hinc quoque Dei erga nos curam demonstremus, et quam ipsi inæqualitatem vocant, jucundissimæ vitæ causam, et optimæ politiæ fundamentum esse ostendamus. Demonstrabitur enim summum illum * omnium principem hic **576** quoque rerum æqualitati quam maxime consuluisse.

A φορτίοις τὸ λογικὸν καταχωννύς; Καὶ τί δεῖ λέγειν σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν (49), καὶ φρόνησιν, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας ἀκούειν ἀνέχονται; Πῶς ἂν ὁ πλοῦτος ὑφ' ἁπάντων ἐκτήθη, πάντων ὁμοτιμίᾳ τετιμημένων; Πῶς δ' ἂν ἰσονομίας οὔσης, καὶ χρημάτων ὁμοίως ἅπαντες εὐποροῦντες, τῶν ἀναγκαίων ἀπήλαυσαν; ἢ τίς ἂν διακονεῖν ἠνέσχετο, τὴν αὐτὴν ἔχων περιουσίαν; Τίς ἐσχάρᾳ προσεδρεύειν, καὶ ὄψα κατασκευάζειν, οὐκ ἀναγκαζούσης ἐνδείας; Τίς ἀρτοποιεῖν, ἢ μύλῃ τὸν σῖτον ἀλήθειν, καὶ διακρίνειν κοσκίνῳ τὰ ἄλευρα, καὶ μάττειν (50), καὶ πέπτειν (51), καὶ πυρὸς ἀνέχεσθαι φλέγοντος (52); Τίς δ' ἂν βοῦς ἀροτῆρας ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγε, καὶ γῆν ἐνεούργησε καὶ σπέρματα (53) κατέβαλε, καὶ βλαστήσαντα καὶ ἀκμάσαντα τεμὼν, τῇ

B ἄλῳ παρέδωκε, καὶ τῶν ἀχύρων ἀπέκρινε, μὴ τῆς πενίας ἐπὶ τοὺς πόνους ὠθούσης; Τίς ἂν λιθοτομίαις προσήδρευσε, καὶ τῶν λίθων τὰς ὕλας ταῖς οἰκοδομίαις προσήνεγκε, καὶ εὖ καὶ καλῶς συναρμόσας τὰς οἰκίας ἐτεκτήνατο, μὴ τῆς ἐνδείας νυττούσης, καὶ πρὸς ἐργασίαν κινούσης; Τίς ἂν ναυτικὴν μετελήλυθε τέχνην; τίς δὲ κυβερνητικὴν ἐμπορίαν, καὶ ναυτικὴν φιλοπονίαν; τίς ὑφαντικὴν καὶ σκυτοτομικήν; τίς κεραμευτικὴν (54) καὶ χαλκευτικήν; Εἰ γὰρ ἴση ἦν τῶν χρημάτων ἡ κτῆσις, οὐκ εἶα διακονεῖν ἑτέρῳ τὸν ἕτερον· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος πᾶσαν μετὰ σπουδῆς (55) μετῄει διὰ τὴν χρείαν τέχνην, ἢ ἅπαντες ἂν κατὰ ταυτὸ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων δι-

C εφθάρημεν. Ὅτι δὲ πάσας ἄνθρωπον ἕνα μετελθεῖν τέχνας τῶν ἀδυνάτων, οὐ δεῖ λόγων, μαρτυρούσης τῆς πείρας. Δύο γὰρ εἴ τις κατὰ ταυτὸ μαθεῖν ἐθελήσειεν, ἀμφοτέρας ἀπόλλυσι, θατέρας τῇ ἑτέρᾳ λυμαινομένης. Εἰς ἅμφω γὰρ ἡ διάνοια μεριζομένη, καὶ ἀμφοτέρων ἐπιλαβέσθαι μὴ δυναμένη, τινὰ μὲν ἐξ ἀμφοῖν ἐκμάττεται μόρια, ἀκριβῆ δὲ καὶ τελείαν οὐδὲ μιᾶς τὴν γνῶσιν εἰσδέχεται. Ὑπελείπετο τοίνυν ἅπαντας πανολεθρίαν ὑπομεῖναι, διὰ τὴν ἴσην τῶν χρημάτων εὐπορίαν, καὶ συμβῆναι ταυτὸν τοῖς τῷ κόρῳ τῶν σιτίων τὴν ἡδονὴν ἀφανίζουσι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῇ συνεχείᾳ τῶν ὄψων τὰς ὀρέξεις ἀμβλύνουσι· καὶ οὗτοι, διὰ τὸν τῶν χρημάτων ἔρωτα, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς γίνεσθαι ποθοῦσι, καὶ τὸν μετὰ χρημάτων ὄλεθρον τῆς μετὰ πενίας προτιμῶσι ζωῆς.

D Ἀλλὰ τούτους μὲν λῆρεῖν καταλίπωμεν, ἡμεῖς δὲ κάνταῦθα τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξωμεν, καὶ τὴν καλουμένην παρ' αὐτῶν ἀνωμαλίαν, ζωῆς θυμήρους ἀφορμὴν, καὶ πολιτείας ἀρίστης ὑπόθεσιν ἀποφήνωμεν. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων πρύτανις ἰσότητα κάνταῦθα πρυτανεύων δειχθήσεται.

(49) ἀνδ. Edit. Paris. ἀνδρίαν.
(50) μάττ. Ibid. μύττειν.
(51) πέπτ. Ib. πέττειν.
(52) φλέγ. Des. ibid.
(53) σπ. Ibid. σπέρμα.
(54) κερ. Ibid. κεραμεικήν.
(55) μετὰ σπ. Des. ibid.

Digitized by Google

Πρῶτον μὲν γὰρ κοινὸν ἅπασι τὴν γῆν ἔδαφος ἔδωκε (56), κοινὴν ἑστίαν, καὶ τροφὸν, καὶ μητέρα, καὶ τάφον, μίαν διαπλάσεως ἀφορμὴν, τὸν κοῦν τὸν προπάτορα, κοινὸν δροφον τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν. Ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους φωστῆρας, οἷόν τινας λαμπαδηφόρους, κοινοὺς ἐδωρήσατο· ἀέρα μέσον ἐξέχεε, κοινόν τινα καὶ τοῦτον πλοῦτον πᾶσιν ὁμοίως προτεθεικώς. Οὔτε γὰρ σπῶσιν αὐτὸν (57) πλέον τῶν πενήτων οἱ πλούσιοι, ἀλλὰ τὴν ἴσην μοῖραν κάνταῦθα ἡ πενία λαμβάνει, μᾶλλον δὲ πλείονα· πλείους γὰρ ταύτης οἱ τρόφιμοι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐῤῥωμενεστέρας ἔχοντες, καὶ τῶν περιττῶν φορτίων ἀπηλλαγμένας. Ποταμοὶ καὶ πηγαὶ, κοινὰ πάλιν ἅπασιν ἀναβλύζουσι νάματα· καὶ τὰ σώματα δὲ πάλιν ἴσα καὶ τούτοις κἀκείνοις ἐδημιούργησε· μᾶλλον δὲ κάνταῦθα πλεονεκτοῦσιν οἱ πένητες· ἐῤῥωμενέστερα γὰρ τὰ τούτων. Ἔνδεια γὰρ μήτηρ ὑγείας, κατὰ τὸν σοφώτατον τῶν ἰατρῶν· καὶ πόνοι, καὶ γυμνασίαι, συνεργοὶ ὑγείας, κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον διδάσκαλον. Καὶ αἱ ψυχαὶ δὲ καὶ τούτων κἀκείνων, τὴν αὐτὴν φύσιν ἂν ἔχουσι· μία κυήσεως ἀφορμὴ καὶ τούτοις κἀκείνοις, μιᾶς δημιουργίας ὁ γάμος ὑπόθεσις, ἴσοι τῆς κυήσεως οἱ μῆνες. Οὐ γὰρ αἰδεῖται τῶν χρημάτων τὴν περιουσίαν ὁ χρόνος, οὐδὲ ἀνέχεται, τὸν πλοῦτον αἰσχυνόμενος, πρὸ τῶν κειμένων ὅρων παραπέμψαι τὸ βρέφος, ἢ πλείονα χρόνον ἐγκαθεῖρξαι τῇ μήτρᾳ· ἀλλ' ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ πλουτοῦντος καὶ τὸ τοῦ πενομένου προέρχεται. Ὠδῖνες ἡγοῦνται καὶ τούτου κἀκείνου, μᾶλλον δὲ, εἰ τῇ πείρᾳ πιστεύεις, ῥᾴων ὁ τόκος τῆς πενομένης, καὶ μείους αἱ ὠδῖνες. Ἡ γὰρ περὶ τὸ πονεῖν συνήθεια δωρεῖται τὴν εὐκολίαν. Διὸ καὶ ταῖς τρυφώσαις ἰατρῶν παῖδες ἐν ταῖς πρὸ τῆς κυήσεως ἡμέραις ἀναγκαῖον ἐπιφέρουσι πόνον. Οὐκοῦν ὁμοίως μὲν κύουσιν, οὐχ ὁμοίως δὲ τίκτουσιν, ἀλλ' ἔνθα μὲν ἡ τοῦ πλούτου παραμυθία, πλείων ἡ δυσκολία, ἔνθα δὲ τῶν ἀναγκαίων ἡ ἔνδεια, ἡ φύσις ἐπικουρεῖ τῇ εὐκολίᾳ (58) ψυχαγωγοῦσα· μᾶλλον δὲ, ὁ τῆς φύσεως Ποιητὴς οὕτω κεράσας τὰ ἄνισα, καὶ τῇ μὲν ἐξ εὐπραγίας γινομένῃ περὶ τὸν τόκον δυσκολίᾳ, τὴν ἐκ τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν φαρμάκων παραμυθίαν προσφέρων, τῇ δὲ διὰ τὴν πενίαν τῆς ἐπικουρίας ταύτης σπανιζούσῃ, παρέχων τῆς φύσεως τὴν βοήθειαν. Βλέπε τοῦ δικαίου κριτοῦ τὰ ζυγὰ, καὶ κίνησον εἰς εὐφημίαν τὴν γλῶτταν· βλέπε δὲ καὶ τὰ τικτόμενα, ὁμοίως γυμνὰ προϊόντα· οὐ γὰρ τὸ τοῦ πλουσίου βρέφος ἁλουργίδα (59) περιβέβληται, τὸ δὲ τοῦ πένητος ῥάκια περίκειται, ἀλλ' ἄμφω γυμνὰ προέρχεται, τοῦ Δημιουργοῦ κηρύσσοντος τὴν ἰσότητα. Ὁμοίως σπᾷ τὸν ἀέρα, ὁμοίως ἕλκει τὴν θηλήν· οὐχ ἑτέρῳ γάλακτι τὸ τοῦ πένητος τρέφεται, ἕτερον δὲ τῷ τοῦ πλουσίου προσφέρεται, ἀλλ' ἴσης καὶ τοῦτο κἀκεῖνο καὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τροφῆς. Οὐ μόνον δὲ τὴν εἰς τὸν βίον εἴσοδον μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχομεν ἅπαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξοδον ἴσην. Εἷς γὰρ ἡμᾶς ὑποδέχεται θάνατος· οὐ γὰρ φοβεῖται τὸν

(56) ἔδ. ἑδ. Edit. Paris. δέδωκεν ἔδαφος.
(57) αὐτ. Ibid. αὐτοῦ.
(58) εὐκ. Ibid. ἀσθενείᾳ.

A Primo etenim terram commune omnibus solum dedit, commune domicilium, et nutricem, et matrem, et sepulcrum : unum item creationis princ pium, pulverem nempe omnium progenitorem, et cœlum commune omnibus tectum extendit. Solem quoque et lunam, una cum reliquis stellis, ceu communes lampadum gerulos omnibus donavit ; aerem medium effudit, hunc quoque similiter communem omnibus thesaurum proponens. Nec enim ex eo plus pauperioribus divitès attrahunt, sed æqualem ex hoc quoque partem paupertas sumit : quin majorem quoque, utpote cum longe plures hujus alumni sint, quibus corporis sensus et validiores sunt, et a superfluis illis oneribus magis liberi. Fluvii item et fontes omnibus communes latices ebulliunt. Quin et corpora tam pauperibus quam opulentis similia condidit, imo in his etiam præstantiori conditione sunt pauperes : horum quippe corpora validiora sunt. Inopia enim bonæ valetudinis mater est, ut sapientissimus medicorum dixit : tum labores et exercitia, juxta ejusdem doctoris sententiam, maximum ad valetudinem tuendam momentum conferunt. Præterea animæ etiam, tam horum quam illorum, eamdem habent naturam. Una et eadem conceptionis origo tam his quam illis, ejusdem generationis scopus in utrorumque nuptiis, pares conceptionis menses. Nec enim pecuniarum copiam tempus veretur, nec divitias cum pudore suscipit, ut vel ante præscriptos limites fetum emittat, **577** aut eumdem diutius in utero detineat, sed simili modo tam divitis quam pauperis fetus prodeunt. Dolores et hunc et illum in lucem emittunt, imo, si experientiæ fidem habes, pauperculæ partus longe facilior est, et dolores pauciores. Laborum enim consuetudo facilitatem parit. Quamobrem delicatioribus quoque feminis medici, priusquam pariendi tempus adveniat, laborem ut necessarium injungunt. Proinde simili modo impræ-gnantur, non autem similiter pariunt : sed illic quidem divitiarum fiducia solatium præbet, et major difficultas cruciat, hic vero necessariorum penuria et natura consolatrix infirmitati succurrit. Quin potius naturæ Conditor disparem hanc vitæ conditionem temperans, partus difficultati, quæ ex delicatioris vitæ ratione oborta est, medicorum et pharmacorum solatia adhibet : ei vero, quæ propter inopiam hac ope destituitur, naturæ auxilium confert. Cerne justissimi judicis trutinam, et linguam ad laudes commove. Sed et ipsos fetus inspice, qui similiter omnes nudi in lucem prodeunt. Nec enim divitis fetus purpura vestitur, nec pauperis pannis laceris involutus est : sed uterque nudus in lucem editur, ipso Creatore æqualitatem prædicante. Simili modo respirans aerem attrahit, simili modo mamillam sugendo trahit, non alio laete pauperis infans nutritur, nec aliud divitis infanti præbetur :

(59) ἁλ. — περίκ. Ibid. ἁλουργίδι περίκειται, οὐδὲ τὸ τοῦ πένητος ῥάκια περιβέβληται.

Digitized by Google

sed tam hic quam ille unum idemque alimentum percipiunt. Nec vero ingressum modo **578** in vitam hanc unum et eumdem omnes habemus, sed et exitus omnibus unus est. Una et eadem mors omnes excipit. Nec enim divitias mors metuit, nec lancearios satellites timet, nec purpuram horret : quin et muros, turres, regumque palatia contemnit, et in ipsos thalamos penetrat : lacrymantis non miseretur, orantis precibus non movetur, donis non corrumpitur, medicam artem non moratur, pharmacorum vires inefficaces esse ostendit. Sæpius etiam nec ultima mandata dare, nec opum hæredem scribere permittit, sed rapit, trahit, animamque a corpore separat. Finem ergo (vitæ) communem habent et hi qui divitiis superbiunt, et hi qui cum paupertate conflictantur. Tum ubi vita egressi sunt, eamdem etiam e mundo hoc peregrinationem sustinent. Simili enim modo putredo sequitur, et sanies defluit, et vermes enascuntur, et terribilis ille visus exstinguitur et contabescit : tum insatiabile illud os et lingua rabida vermibus arrodenda datur. Ad hæc elatum collum non modo inflectitur, sed et dissolvitur : inflata illa bucca non modo dissolvitur, sed etiam in tenuem pulverem abit : genarum flos languescit et evanescit prorsus, tum qui malitiam scripserunt, digiti tota compage dissipata jacent. Hæc itaque omnia divitibus simul et egenis communia sunt. Restat ergo, ipsas quoque divitias simul et paupertatem, quas tu quidem proprias quorumdam hominum esse arbitraris, omnibus communes esse, id quod sermo noster, divino favente Numine, demonstrabit. Divitum quippe opibus pariter et ii qui in paupertate victitant, **579** fruuntur. Communis enim utrorumque conditor multifariis artibus paupertatem excoluit, propter quas divites ad pauperum fores veniunt, et pro pecuniis, quæ sibi necessaria sunt ab iliis recipiunt : et dum pluribus propter opes indigent, omnium necessariorum penuria laborant. Et ab his quidem panes, ab illis obsonia emunt : alii pedibus calceos conficiunt, alii tunicas, et togas, et pallia parant : alii tapetia, vittas, et amicula texunt : et hi rursus domos ac thronos ædificant, illi vero olerum et fructuum innumeras species : alii triticum, hordeum, et reliquas agriculturæ divitias proferunt, sine quibus vitam transigere impossibile est, licet vel Crœsi vel Midæ aurum aliquis possideat. Pauperi vero panis ex milio confectus vel etiam furfuraceus sufficit, et vulgari obsonio contentus est. Quem ergo, siquidem recte et juste pronuntiare voles, indigum vel egenum vocabis? aut quem pauperem esse, et necessariis carere dices ? eumne qui paucis quibusdam, vel potius illum qui pluribus indiget ? Eumne, inquam, qui ea, per quæ vita nostra consistit, manibus tenet, vel eum qui auro infido confidit, quod

A πλοῦτον ὁ θάνατος, οὐδὲ δειμαίνει τοὺς δορυφόρους, οὐ φρίττει τὴν ἀλουργίδα, καταφρονεῖ καὶ τείχους, καὶ πύργων, καὶ βασιλείων, καὶ ἐντὸς τῶν θαλάμων γίνεται, οὐκ ἐλεεῖ δακρύοντα, οὐκ οἰκτείρει παρακαλοῦντα, οὐ διαφθείρεται δώροις, τῆς ἰατρικῆς οὐκ ἀνέχεται τέχνης, ἀργὰς δείκνυσι τὰς τῶν φαρμάκων δυνάμεις, οὐδὲ ἐπισκῆψαι πολλάκις συγχωρεῖ, καὶ δῆλον ποιῆσαι τὸν τοῦ κλήρου διάδοχον, ἀλλ' ἁρπάζει, σύρει, χωρίζει τοῦ σώματος τὴν ψυχήν. Καὶ τὸ τέλος τοιγαροῦν κοινὸν ἔχουσιν οἱ πλούτῳ κομῶντες, καὶ οἱ πενίᾳ συζῶντες, καὶ τὰ (60) μετὰ τὸ τέλος δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν. Ὁμοίως γὰρ σηπεδὼν ἕπεται, καὶ ἰχὼρ καταῤῥεῖ, καὶ σκώληκες ἀποτίκτονται, καὶ τὸ βλοσυρὸν ὄμμα σβέννυταί τε καὶ διατήκεται, καὶ τὸ ἀκόρεστον στόμα, καὶ ἡ λυττῶσα B γλῶσσα, σκωλήκων γίνεται παρανάλωμα. Καὶ ὁ γαυριῶν τράχηλος οὐ κάμπτεται μόνον, ἀλλὰ καὶ διαλύεται· καὶ ἡ φυσωμένη γνάθος, οὐ συστέλλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀλίγην κόνιν συνίσταται· καὶ τὸ τῆς παρειᾶς ἄνθος μαραίνεται, καὶ φροῦδον παντάπασι γίνεται· καὶ οἱ γράφοντες τὴν πονηρίαν δάκτυλοι, κεῖνται τῆς ἁρμονίας παντελῶς ἐσκεδασμένοι. Οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἅπαντα (61) κοινὰ καὶ πλουσίοις καὶ πένησι πρόκειται. Ὑπολείπεται τοίνυν καὶ πενία καὶ πλοῦτος, ἃ σὺ μὲν νομίζεις ἴδια, δείξει δὲ ὁ λόγος, σὺν Θεῷ φάναι, κοινά. Ὁμοίως γὰρ τῆς τῶν πλουσίων περιουσίας οἱ πενίᾳ συζῶντες τυγχάνουσιν. Ὁ γὰρ τούτων κἀκείνων Δημιουργὸς, τέχναις παντοδαπαῖς τὴν πενίαν ἐκόσμησε, δι' ἃς παρὰ τὰς C τῶν πενήτων θύρας φοιτῶσιν οἱ πλούσιοι, καὶ χρήματα διδόντες, τὰς ἀναγκαίας παρ' αὐτῶν κομίζονται χρείας, καὶ πλειόνων διὰ τὸν πλοῦτον δεόμενοι, πάσης σπανίζουσι χρείας. Καὶ παρὰ μὲν τούτων, ἄρτους, παρὰ δὲ ἐκείνων, ὄψα ὠνοῦνται· ὑποδήματα ἕτεροι τοῖς ποσὶ προσαρμόττουσιν, ἄλλοι χιτῶνας, καὶ ἀμπεχόνας, καὶ ἐφεστρίδας κατασκευάζουσιν· ἄλλοι τάπητας, καὶ στέμματα, καὶ περιβόλαια· καὶ οἱ μὲν οἰκίας, οἱ δὲ κλίνας (62) καὶ θρόνους, οἱ δὲ λαχάνων γένη, καὶ ὀπωρῶν εἴδη μυρία, οἱ δὲ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ ἐκ γεωργίας ἀγαθὰ, ὧν δίχα διαβιῶναι τῶν ἀδυνάτων, κἂν ἔχῃ τις τὸν Κραῖσου καὶ Μίδου χρυσόν. Τῷ δὲ πένητι, καὶ ἄρτος ἀπόχρη κεγχριδίας, καὶ πιτυρίας, καὶ τὸ τυχὸν ὄψον ἀρκεῖ. Τίνα οὖν ὀρθῶς καὶ δικαίως δικάζων καλέσεις ἐνδεῆ D καὶ πένητα, καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα, τὸν τῶν ὀλίγων δεόμενον, ἢ τὸν παμπόλλων; τὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντα τῆς ζωῆς τὰς ἀφορμὰς, ἢ τὸν χρυσῷ τῷ ἀπίστῳ πιστεύοντα, ὃς καὶ (63) σφραγῖδας ὑπερβαίνει καὶ σήμαντρα, κα' κλείθροις (64) καὶ θύραις ἐῤῥῶσθαι φράσας, ταῖς τῶν τοιχωρύχων χερσὶν ἐναπέρχεται ; Καὶ τὴν μὲν τέχνην τοῦ πένητος οὐδεὶς ἂν λάθοι (65) λῃστὴς, τὸν δὲ πλοῦτον, οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ συκοφάντης ἀφαιρεῖται τοὺς κεκτημένους. Καὶ ὁ μὲν πένης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κάθηται, σκυτοτομῶν, ἢ χρυσὸν ἐλαύνων, ἢ ἄργυρον, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων ἀποδιδόμενος. Ὁ δὲ ἐπὶ τῷ πλούτῳ γαυ-

(60) τά. Des. in edit. Paris.
(61) ἅπ. Ibid. πάντα.
(62) οἱ δὲ κλ. Des. in edit. Paris.
(63) καί. Ibid. præmittitur κλεῖθρα.
(64) καὶ κλ. Des. ibid.
(65) ἂν λάθ. Ibid. ἀναλάθοι.

Digitized by Google

ριῶν, καὶ τὸ σῶμα ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν αἴρων, καὶ τὰς χεῖρας περιφέρων, μετὰ τῶν πολλῶν δορυφόρων παρὰ τοῦτον φοιτᾷ· καὶ ὁ μὲν, ὡς εἰκὸς, κάθηται, ἢ τὰ δέρματα ῥάπτων, ἢ διαγλύφων τὸν ἄργυρον, ἢ ἄλλο τι δρῶν ἧς μετέρχεται τέχνης· ὁ δὲ ἕστηκε προσδιαλεγόμενος, καὶ τὴν χρείαν τῇ παρουσίᾳ σημαίνων. Τί τοίνυν ἀγανακτεῖς, καὶ τῆς πενίας κατηγορεῖς, ὁρῶν τὸν πλοῦτον ταύτης μάλα (66) δεόμενον, καὶ τοὺς τοῦτον ἔχοντας ταύτης ἄνευ διαβιῶναι (67) μὴ δυναμένους; Θαύμασον τὸν οὕτω ταῦτα σοφῶς πρυτανεύσαντα, καὶ τούτοις μὲν χρήματα, τούτοις δὲ τέχνας ὀρέγοντα, καὶ εἰς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν διὰ τῆς χρείας συνάγοντα. Οἱ μὲν γὰρ χορηγοῦσι χρήματα, οἱ δὲ παρέχουσι τὰ τῆς τέχνης βλαστήματα. Ἀντιφιλοτιμεῖται γὰρ ἡ πενία, καὶ νικᾷ τοῖς δώροις τὸν πλοῦτον. Ἃ γὰρ ἐκεῖνος ὡς ἄχρηστα ἔχει, ταῦτα διὰ τῆς τέχνης αὕτη μεταποιοῦσα, ἀναγκαῖα δείκνυσι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπιτήδεια χρείαν. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς καταμάθοι, καὶ αὐτὰς τοῦ πλούτου τὰς ὕλας ἡ πενία συλλέγει· αὕτη γὰρ μεταλλεύει (68) τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, χαλκόν τε καὶ σίδηρον, δι' ὧν ὁ πλοῦτος συνίσταται. Ἐκ πάσης γὰρ τέχνης ἐρανιζόμενος γίνεται, αἱ δὲ τέχναι τῆς πενίας ἴδιαι. Καὶ ταύτας δὲ πάλιν τὰς ἀμόρφους ὕλας ἡ πενία λαβοῦσα, εἰδοποιεῖ καὶ μορφοῖ, καὶ κατασκευάζει δακτυλίους, ἔρματα, περιδέραια, ἔπιπλα, κύκλους, ἐκπώματα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα τῶν πλουσίων τὴν γνάθον φυσᾷ. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τῆς πενίας συνίσταται, καὶ ἡ πενία τὸν πλοῦτον ἔχει τῶν τεχνῶν ἐπίκουρον, τί ἀνισότητα κατηγορεῖς τῆς ἰσότητος; Τί δὲ ἐναντία τὰ φίλα προσαγορεύεις; Τί δὲ πολιτείαν διαβάλλεις, δι' ἧς καὶ τοῖς πένησι καὶ τοῖς πλουσίοις ὁ βίος ἐστὶ θυμηρέστερος; Παρ' ἀλλήλων γὰρ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τὸ ἐνδέον λαμβάνοντες, ἀναπληροῦσι τὴν χρείαν.

A seras atque signacula vincit, et claustris ac foribus valere jussis, perfossorum parietum, furumque manibus raptum aufugit? Atqui pauperis artem nullus prædo eripiet: opulentos autem non prædo duntaxat, sed sycophanta quoque divitiis spoliare potest. Et pauper quidem ad forum assidet, vel sutoriam exercens, vel aurum elaborans, vel argentum, **580** aut vestem, aliudve quidpiam necessariorum divendens. Qui vero divitiis superbit, qui corpus ultra capitis quoque verticem attollit, et manus circumferens, magna satellitum caterva stipatus, ad hunc venit. Et hic quidem, ut par est, sedet, vel corium consuens, vel argentum exsculpens, vel aliud quidpiam artis, quam profitetur, opus perficiens: hic vero cum illo sermones miscens, et præsentia * sua necessitatem et usum indicans astat. Quid ergo indignaris, et paupertatem accusas, cum divitias quoque hujus opera cum primis indigere, eosque qui divitiis affluunt, sine hac vivere non posse videas? Quin illum admirare, qui hæc tam sapienter instituit: qui his quidem pecunias, illis vero artes largitur, et mutuam concordiam amicitiamque hac necessitate conciliat. Nam hi quidem pecunias largiuntur, illi vero artis suæ opera proferunt. Paupertas enim de honore contendit, et divitias suis muneribus superat. Quæ enim dives ceu inutilia possidet, ea paupertas arte transmutans, necessaria et ad omnem usum idonea exhibet. Quin etiam, si quis rem omnem exacte cognoscat, ipsam quoque divitiarum materiam paupertas colligit. Ipsa enim aurum, argentum, æs, et ferrum, quibus divitiæ constant, effodit. Et divitiæ quidem ex omnibus artibus aliquid erogantes nascuntur: artes vero paupertatis propriæ sunt. Sed et hanc ipsam informem divitiarum materiam paupertas sumens effingit et format, et ex hac annulos, inaures, monilia, calices, torques, pocula, et quæcunque alia divitum buccas inflare solent, fabricat. Quapropter **581** cum divitiarum thesaurus paupertate constet, et paupertas vicissim divitiarum auxilio sublevata artes obeat, quid tu æqualitatis tantæ inæqualitatem accusas? Cur quæ sibi invicem amicissima sunt, contraria nominas? Cur politiam calumniose carpis, cujus beneficio et pauperibus et divitibus vita est suavior? Dum enim tam hi quam illi res necessarias a se mutuo recipiunt, omnem necessitatem sarciunt.

Ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποις· Τί δήποτε τῶν εὐπόρων οἱ πλείους ἀδικίᾳ συζῶσι; διὰ τί δὲ οὐχ ἅπαντες δικαιοσύνης ὑπάρχουσι τρόφιμοι; Ἀλλὰ πάλιν κἀνταῦθα τὸ αὐτεξούσιον ἀφαιρῇ (69), καὶ ἀποστερεῖς τὸ ζῶον τιμῆς, ἣν παρὰ τοῦ Πεποιηκότος ἐδέξατο. Ἄλλως τε δὲ καὶ πολλὴν ἂν χώραν ἀπολογίας ἔλαβον οἱ τῆς κακίας ἐργάται, εἰ κατὰ τὸν παρόντα βίον μόνοις τοῖς δικαίοις τὸν πλοῦτον ἀπένειμεν ὁ κριτής. Εἶπον γὰρ ἄν, ἅπερ αὐτῶν ὁ διδάσκαλος κατὰ τοῦ Ἰὼβ ἐφθέγξατο· « Ὅτι σὺ περιέφραξας τὰ ἔσωθεν καὶ τὰ ἔξωθεν τῆς οἰκίας αὐτῶν πάντα, σῖτον (70) καὶ οἶνον ἐπλήθυνας αὐτοῖς· ἀλλ' ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχουσιν,

Sed dicas fortasse: Cur autem plures divitum injuste vivunt? cur non omnes justitiæ sunt cultores? Verum hic denuo liberam homini voluntatem eripis, et præstantissimum hoc animal honore, quem a Conditore suo accepit, spolias. Præterea apertissimum defensionis campum haberent malitiæ operarii, si in hac vita solis justis thesauros judex ille distribuisset. Eadem enim, quæ ipsorum magister contra Jobum locutus est, dicerent: « Quia tu circumvallavisti interiora et exteriora domus ipsorum, frumentum et vinum multiplicavisti eis: sed emitte manum * tuam, et tange quæcunque habent, anne in faciem tibi valedixerint [43]. » Hæc, inquam,

[43] Job I, 10, 11.

(66) τ. μάλα. Edit. Paris. μάλα ταύτης.
(67) ἄν. διαβ. Ibid. δίχα βιῶναι.
(68) μετ. Ibid. μεταβάλλει.
(69) ἀφ. Edit. Paris. ἀφαιρεῖς.
(70) σῖτον — αὐτοῖς. Hæc desunt apud Jobum l. c.

Digitized by Google

dicerent homines improbissimi, si soli virtutis cultores divitiarum munera accepissent. Postquam vero paupertatem et divitias, quasi materias quasdam, in medium proposuit rerum Conditor, his vero quidam ad virtutem comparandam utuntur, alii vero easdem malitiæ suæ materiam habent, jam nec pauperibus nec divitibus, qui in malitia vitam transigant, excusationis vel veniæ locus relinquitur. Qui enim divitias bene **582** et honeste administrant, nec aliorum ærumnis has augent, et opulentiæ suæ consortes adhibent egenos, ii in illorum accusationem justam sufficiunt, qui divitiis male utuntur, et avaritiæ student. Qui item paupertatem sapientiæ studio temperant, et illius insultus forti et generoso animo sustinent, eorum justi accusatores erunt, qui malitiam in paupertate imbibere. Simul autem aliam quoque summi illius Gubernatoris dispensationem contemplare, ut eo alacrius illius gloriam decantes. Postquam enim multam circa divites curam vidit, corporis valetudinem integram paupertati ceu sorte attribuit. Et dives quidem magno cum studio gestatur, pauper vero alienis pedibus nequaquam opus habens incedit. Et hic quidem pauperis valetudinem optat, ille vero divitis infirmitatem miseratur. Sed in ipsis quoque morbis videre est, hunc quidem multorum cura foveri, interim vero acerrimis doloribus excruciari, et morbi vehementiam sustinere non posse. Et hiberno quidem tempore in tepidis ædibus habitat, molli lecto affixus jacet, vestibus multis et calidis involvitur, focos undique circumstantes habet, qui frigoris vim arceant, pharmaca item innumera, quæ cum morbis certent, medicorum quoque pollicitationes consolationis plenas audit, et amicorum præsentia fruitur, qui morbi vires suavibus colloquiis infringunt vel fallunt. Quod si **583** vero æstivum advenerit tempus, mox aliæ illum domus suscipiunt, patentiores nimirum, quæ ventorum auras facile admittant, et ubi hæ cessaverint, famuli flabellis motis ventulum studiose faciunt. Rami circumquaque fixi astant, qui hortum ex tempore referant, et domum * nemori similem reddant. Fontes quoque in summis ædium fastigiis ingeniose parantur, quorum strepitu palpebris ipsius somnum conciliare student. Tanta licet undique cura adhibeatur, nihilominus ille nudus huc et illuc sese circumvolutans cruciatur, et manuum jactatione latentem morbi calorem indicat. Pauper vero unicam domunculam, eamque sæpe mercede conductam inhabitat. Imo eos etiam invenire licet, qui cum mercedem exsolvere non possint, foro pro domo utuntur, quibus lecti loco solum est, et straguli mollioris usum storea exhibet, illisque nec medicus astat, nec coquus medici mandatis subserviens, non famulus, non famula, et

ἢ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσουσι.» Ταῦτα ἂν εἶπον οἱ τῇ κακίᾳ συζῶντες, εἰ μόνοι (71) οἱ τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τοῦ πλούτου τὸ δῶρον ἐδέξαντο. Ἐπειδὴ δὲ προὔθηκε μὲν πενίαν καὶ πλοῦτον εἰς μέσον, οἷόν τινας ὕλας, ὁ Ποιητής, χρῶνται δὲ τούτοις τινὲς μὲν εἰς ἀρετῆς κτῆσιν, τινὲς δὲ εἰς κακίας ὑπόθεσιν, οὔτε πλουσίοις, οὔτε πένησι κακίᾳ συζῶσιν ὑπολείπεται συγγνώμης πρόφασις. Οἵ τε γὰρ τὸν πλοῦτον εὖ καὶ καλῶς οἰκονομήσαντες, καὶ (72) μήτε συμφοραῖς ἀλλοτρίαις τοῦτον αὐξήσαντες καὶ κοινωνοὺς τῆς εὐπορίας τοὺς δεομένους λαβόντες, ἀποχρῶσιν εἰς κατηγορίαν τῶν ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς χρησαμένων τῷ πλούτῳ· οἵ τε τὴν πενίαν φιλοσοφίᾳ κεράσαντες, καὶ καρτερικῶς αὐτῆς καὶ γενναίως τὰς προσβολὰς ἐνεγκόντες, ἀληθεῖς κατήγοροι τῶν ἐν πενίᾳ τὴν κακουργίαν μεμαθηκότων γενήσονται. Βλέπε δὲ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ Κυβερνήτου οἰκονομίαν, ἵνα θερμότερον αὐτῷ προσενέγκῃς τὴν ὑμνῳδίαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν εἶδε περὶ τοὺς πλουτοῦντας τὴν θεραπείαν, ὑγείαν συνεκλήρωσε τῇ πενίᾳ. Καὶ ὁ μὲν φέρεται φοράδην, ὁ δὲ βαδίζει ποδῶν ἀλλοτρίων μὴ δεόμενος. Καὶ ὁ μὲν, ἐπιθυμεῖ τῆς τοῦ πένητος ὑγείας, ὁ δὲ, ἐλεεῖ τοῦ πλούτου τὴν ἀῤῥωστίαν. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ ἐν ταῖς νόσοις, τὸν μὲν, ὑπὸ μυρίων θεραπευόμενον, καὶ πικρῶς ἀλγυνόμενον, καὶ φέρειν οὐ δυνάμενον τὴν τοῦ νοσήματος προσβολήν. Καὶ ἐν ὥρᾳ μὲν χειμῶνος, ἐν ἀλεεινοῖς οἴκοις (73) κατάκειται, ἐπὶ στρωμνῆς μαλακῆς, καλινδούμενος, ἱματίοις πολλοῖς καὶ θερμοῖς ἐνειλημ[μ]ένος, ἐσχάρας ἔχων περιπεπυρωμένας, καὶ τῷ κρυμῷ πολεμούσας, φάρμακα μυρία τῇ νόσῳ μαχόμενα, ἰατρῶν ὑποσχέσεις ψυχαγωγούσας, φίλους παρόντας, καὶ τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας τῇ διαλέξει συλῶντας. Εἰ δὲ θέρους εἴη καιρὸς, ἕτεροι τοῦτον οἶκοι πάλιν ὑποδέχονται, ἀναπεπταμένοι, καὶ τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας ῥᾳδίως ὑποδεχόμενοι· εἰ δὲ καὶ αὗται λήξαιεν, σοφίζονται ταῖς ῥιπίσι τὸν ἄνεμον οἱ θεράποντες. Κλάδοι πανταχόθεν περίκεινται, κῆπον σχεδιάζοντες, καὶ ἄλσος τὴν οἰκίαν ἀποφαίνοντες. Ὕδατος μηχανῶνται κρουνοὺς ἐν τριωρόφοις, τὸν ὕπνον αὐτοῦ τοῖς βλεφάροις ἐπιθεῖναι βουλόμενοι. Καὶ τοσαύτης πανταχόθεν θεραπείας (74) προσφερομένης, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος ἀλγύνεται, γυμνούμενος, περιστρεφόμενος, τῇ κινήσει τῶν χειρῶν τὴν κεκρυμμένην σημαίνων πυράν. Ὁ δὲ πένης, ἕνα μὲν οἰκίσκον ἔχει, καὶ τοῦτον πολλάκις (75) ἐπὶ μισθῷ. Εἰσὶ δὲ, οἳ μισθὸν παρέχειν οὐ (76) δυνάμενοι, τὴν ἀγορὰν ἔχουσιν οἰκίαν, καὶ κλίνην τὸ ἔδαφος, καὶ στρωμνὴν τὸν φορυτόν· καὶ οὔτε ἰατρὸς παρίσταται, οὔτε ὀψοποιὸς τοῖς τοῦ ἰατροῦ διακονῶν ἐπιτάγμασιν, οὐκ οἰκέτης, οὐ θεράπαινα, τυχὸν δὲ οὐδὲ γυνὴ σύνευνος. Πάντα δὲ αὐτῷ γίνεται ἡ τοῦ Θεοῦ προμήθεια, ἀμβλύνουσα μὲν τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας, ἀμαυροῦσα δὲ τὰς ὀδύνας, σβεννῦσα δὲ φαρμάκου

(71) μόνοι. Edit. Paris. μόνον.
(72) καὶ — αὐξήσ. Ex edit. Paris. supplevimus.
(73) ἐν ἀλ. οἴκ. Ibid. ἐλεεινῶς οἶκοι. Hanc lectionem in versione sua Gualtherus sic expresserat, *miserabiliter domi (desidet)*. Sed lectionis nostræ mutandæ necessitatem h. l. non videmus.
(74) παντ. θεραπ. Inverso ordine legitur in edit. Paris.
(75) πολλ. Des. l. c.
(76) οὐ. Ibid. μή.

Digitized by Google

δίχα τὴν τοῦ πυρὸς φλόγα, ἀπείργουσα δὲ τὴν βλάβην, τὴν ἀπὸ κρυμοῦ, τὴν ἀπὸ φλογμοῦ, τὴν ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης νοτίδος. Οὐδεὶς ἐκεῖνον διδάσκει, τίνα τῶν ἐδεσμάτων τρέφει τὴν νόσον, τίνα τῇ ὑγείᾳ συναγωνίζεται, ἀλλὰ ἀδιορίστως καὶ ἀδιακρίτως τὸ τυχὸν ἐσθίει, καὶ τὸ βλαβερὸν ὠφέλιμον γίνεται, καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ πινόμενον φάρμακον ἀναφαίνεται, καὶ ὁ ξηρὸς ἄρτος τὴν φλόγα κατασβέννυσιν, οὐ δεῖται τῶν ἄνωθεν μαλαττόντων (77), ἢ τῶν κάτωθεν ἐνιεμένων ὑπηλατῶν (78). Ἀναπληροῖ γὰρ ἡ φύσις τὴν ἔνδειαν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰατρῶν βοήθειαν αὕτη προσφέρει (79) τῷ κάμνοντι. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν ἐπὶ ἐδάφους ἐῤῥιμμένον βάρος φέροντα τὴν νόσον, ἐκείνων τῶν (80-81) προειρημένης θεραπείας ἀπολαυόντων. Ὁρῶν τοιγαροῦν ἐν ἑκάστῳ τῶν γινομένων τοῦ Θεοῦ τὴν κηδεμονίαν, μὴ πολυπραγμόνει τῶν γινομένων ἕκαστον. Εἰ (82) δὲ καὶ τοῦτο θέλεις ποιεῖν, λάβε τῆς πολυπραγμοσύνης συνεργὸν τὴν εὐσέβειαν. Αὕτη σου τῆς πορείας ἡγείσθω, αὕτη σε πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων (83) ἔρευναν ποδηγείτω. Ταύτῃ πειθόμενος, λάβε πᾶσαν ἀφορμὴν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ Κτίσαντος· μίμησαι τοὺς τρεῖς ἐκείνους παῖδας, οἱ καμίνῳ παραδοθέντες, καὶ τὴν ἄψυχον κτίσιν εἰς (84) κοινωνίαν τῆς δοξολογίας ἐκάλεσαν, καὶ τὸν ὠμῶς τῇ καμίνῳ παραδεδωκότα τύραννον, εἰς θεωρίαν τοῦ θαύματος εἵλκυσαν, καὶ τὸν πολεμηθέντα Θεὸν προσκυνῆσαι τῇ θαυματουργίᾳ κατηνάγκασαν. Ἐκείνους μὲν οὖν οὔτε κάμινος εἰς βλασφημίαν κινῆσαι τὴν γλῶτταν ἠνάγκασεν, ἀλλὰ καὶ τοσαύτῃ παραδοθέντες φλογὶ, ὕμνοις τὸν εὐεργέτην ἐγέραιρον. Σὲ δὲ οὔτε κάμινος, οὔτε λέοντες βλασφημεῖν ἀναγκάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς θεοσδότοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶν, οὐκ αἰσθάνῃ τῶν δωρεῶν. Εἰ δέ μοι πείθοιο, τὴν γλῶτταν εὐσεβείᾳ κοσμήσεις, καὶ τὴν μὲν κτίσιν ἐπαινέσεις, τὸν δὲ Κτίστην ὑμνήσεις, καὶ τὴν παροῦσαν αὐτοῦ πανταχοῦ προμήθειαν προσκυνήσεις, ὅτι (85) αὐτῷ ἡ δόξα καὶ (86) τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A nonnunquam nec femina conjux. Ad omnia autem ipsi Dei providentia sufficit, quæ morborum stimulos hebetat, dolores mitigat, caloris æstum citra omnem pharmaci opem exstinguit, simulque omne quod vel ex frigore vel æstu vel inhærente humore detrimentum oboritur, arcet. Nemo illum docet, quinam cibi morbi vires alant, qui item valetudini et sanitati auxilium ferant. Sed nullum horum discrimen observans, indifferenter quodcumque forte nactus fuerit comedit, et quod per se noxium erat, ipsi proficuum redditur : tum etiam frigidæ aquæ haustus illi loco pharmaci **584** esse conspicitur, et aridus panis morbi æstum ac flammam exstinguit. Non indiget iis quæ per os sumuntur pharmacis, nec qui inferius immittuntur clysteribus. Natura inopiam supplet, et medicam opem ipsa laboranti B affert. Et sane videre licet eum qui in nudo solo prostratus jacet, facilius morbum sustinere, quam ii qui omni illa, quam ante commemoravimus, cura foventur. Quapropter, cum in omnibus quæ fiunt, Dei curam videas, ne tu curiosius singula quæ fiunt inquiras. Quod si vero curiosius aliquid inquirere libet, curiositatis tuæ sociam et adjutricem sume pietatem. Hæc tuum iter deducat, hæc ad eorum quæ inquirenda sunt investigationem te deducat. Huic obtemperans omnem occasionem ad Creatoris laudem celebrandam arripe. Tres illos pueros imitare, qui camino inclusi, inanimatam quoque creaturam ad gloriæ divinæ celebrationem (et confes- C sionem) invitaverunt, ac tyrannum, qui illos crudeli sententia camino tradiderat, ad miraculi contemplationem pertraxerunt, et ut illum Deum, quem ipse oppugnabat, adoraret, suo illo miraculo compulere. Illos quidem nec caminus linguas suas ad blasphemiam commovere coegit, sed tanto flammarum ardore circumsepti, hymnis benefactorem venerabantur : te vero nec caminus, nec leones blasphemare cogunt, sed cum in donis, quæ tibi divina concessit liberalitas, luxuriari consueveris, dona tamen non sentis. Quod si mihi obedire volueris, **585** linguam pietate exornabis, et creaturam quidem laudibus prosequeris, Creatorem vero hymnis coles, et ubique præsentem illius providentiam adorabis. Ipsi sit gloria et imperium, nunc et semper, et in æternum. Amen.

(77) μαλ. Edit. Paris. λαμπάδων.
(78) ὑπ. Ibid. ὑπηλάτων.
(79) αὕτη προσφ. Ibid. ἀντιπροσφέρει.
(80-81) τῶν. Ibid. sequitur τῆς.
(82) εἰ — εὐσέβειαν. Ibid. εἰ δὲ θέλεις καὶ πολυπραγμονεῖν, ταύτης σου τῆς πολυπραγμοσύνης σύνοδος ἔστω ἡ ὑμνῳδία.
(83) ζητ. Ibid. γινομένων.
(84) εἰς — δοξολ. Ibid. εἰς δοξολόγιαν καὶ ἐξομολόγησιν.
(85) ὅτι. Des. in edit. Paris.
(86) καὶ — ἀεὶ, καί. Des. ibid.
(87) ἀναπλ. ἔφ. Ibid. τῷ Θεῷ προσέφερον.

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Ὅτι δουλεία καὶ δεσποτεία πρόσφοροι τῷ βίῳ.

Οὐ δεῖται τῆς μὲν ἀνθρωπίνης γλωττης εἰς ὕμνων χορηγίαν τῶν ὅλων ὁ Ποιητής· οὐδὲ γὰρ τὴν τῶν ἀγγέλων δοξολογίαν ὡς δεόμενος δέχεται, ἀλλὰ τὴν εὔνοιαν ὁρῶν, τὸ εὐγνωμον ἀποδέχεται· καὶ τὰς θυσίας δὲ τὰς νομικὰς ἡνίκα προσέφερον οἱ προσφέροντες, οὐχ ὡς χρείαν δήπουθεν ἀναπληροῦντες ἔφερον (87), ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μυρίων εὐεργεσιῶν, ὧν

ORATIO VII.

Quod servitus et herilis potestas ad humanam vitam utiliter constitutæ sint.

Non humana quidem lingua ad laudes suas celebrandas summus ille omnium Conditor opus habet: nam nec eam, quæ ab angelis ipsi confertur, gloriæ suæ enarrationem quasi indigus hujus recipit, sed illorum benevolentiam cernens, gratitudinem probat : et cum legales victimas olim offerrent, non tanquam (Deo) necessarias offerebant, sed pro in- D

Digitized by Google

(15) μιμ. ibid. μιμήσητε δέ.
(16) κατ. Edit. Paris. καταλίπετε.
(17) Μὴ εἴπ. Loco cit. leg. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.
(18) χρ. ἐν. Edit. Paris. χρείας αὐτῶν ἔκτισται.

Digitized by Google

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

—

THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO

AD CODICES MANUSCRIPTOS RECENSUIT

THOMAS GAISFORD, S. T. P.

ÆDIS CHRISTI DECANUS NECNON LINGUÆ GRÆCÆ PROF. REG.

Oxonii, e Typographeo Academico. mdcccxxxix

—

LECTORI.

In eximio Theodoreti hoc opere recensendo usus sum duobus optimæ notæ codicibus manuscriptis, membranaceis, sæculi, ni fallor, undecimi, altero (quem voco B) bibliothecæ Bodleianæ n. olim 2410, 3, nunc vero Auctar. E. 2, 14 ; altero (C) bibliothecæ Regiæ Parisiensis, inter Coislinianos n. CCL. Priorem ipse ad editionem Sylburgianam exegi, posteriorem rogatu meo cum eadem editione contulit eruditus juvenis E. Millerus. Et cum B. post p. 157, 41, ed. Sylb. (*a*) foliis aliquot avulsis mancus sit, defectum hunc utcunque supplere conatus sum in consilium adhibendo tertium codicem (D) chartaceum, recentem admodum, sed qui ex exemplari non contemnendo descriptus videtur, bibliothecæ Bodleianæ inter Canonicianos n. 27.

Lectionibus, quas libri modo memorati præbuerunt, immiscui alias Fulvii Ursini studio e mss. quibusdam Vaticanis aliisque (vid. varr. lectt. infra ad serm. XII, p. 474) erutas et a Garnerio tandem in Appendice ad editionem Sirmondianam publica luce donatas. Ursinus scilicet hunc librum, hactenus, nisi in versione Latina Zenobii Acciaoli, ineditum, e prelo emittere voluerat; inque eum finem apographum ejus vel ipse confecerat vel fieri curaverat variarumque lectionum supellectile unde unde desumpta instruxerat : hoc autem consilium morte præpeditus exsequi non potuit. Apographo hoc in bibliothecæ Vaticanæ thesauros postmodum illato ita demum usus est Garnerius, ut in duas columnas omnes ejus copias distribueret; quarum in sinistra scilicet apographi verba seorsum posuit, in dextra vero diversitatem lectionis, quam vel ex libris manuscriptis Theodoreti, vel ex auctoribus antiquis unde hausit Theodoretus, congesserat Ursinus, et in margine apographi reposuerat. Non dubito igitur lectiones columnæ sinistræ, a me litteris Va notatas, e codice aliquo msto derivari : neque minus mihi constat reliquas, quas Vb nomino, non solum mss., sed aliqua saltem ex parte exemplaribus veterum scriptorum, veluti Platonis, Eusebii, etc., deberi : imo nonnun-

(*a*) Paginas editionis Sylburgii inter uncos in textu Græco posuimus; et eæ sunt ad quas provocat editor Oxoniensis. EDIT. PATR.

Digitized by Google

quam meras esse conjecturas sive ipsius Ursini, sive alius cujuspiam viri docti. Has itaque caute adhibendas existimo : neque quis succensebit, si in iis repetendis paulum licentiæ mihi sumpsisse deprehensus fuero.

Addidi versionem Latinam Zenobii Acciaoli ; attamen non prout a Sirmondo emendata est, sed cum Sylburgio integram illibatamque. Is interpres, haud sum nescius, in sensu verborum sententiarumque exprimendo sæpe fallitur * ; in reddendo tamen vestigia codicis ms. quem usurpavit adeo presse secutus est, ut non raro de scriptura istius codicis exinde possit decerni. Igitur non omittenda erat hæc interpretatio, quippe quæ sit inter apparatum criticum ponenda, licet in scriptore paucis difficultatibus obsito alioquin ope ejus haud ægre careremus.

* Ideo versionem a Sirmondo et Schulzio reformatam prætulimus. Edit. Patr.

Veterensis civitatis consulibus et senatoribus, viris prudentia, industria et virtutum laude conspicuis, patronis sibi perpetua observantia colendis, Fridericus Sylburgius Veterensis S.

Cum ortus nostri partem patria, partem propinqui, partem amici sibi vindicent, omnibus, qui quidem grati esse volent, eo imprimis annitendum, ut, quas illis secundum Deum gratias debent, si non factis, animo saltem et verbis referant. Quamobrem ego quoque, licet a prima statim adolescentia, præceptorum suasu, ad exteras scholas profectus, majorem ætatis partem foris transegerim, semper tamen patriæ præ cæteris operam meam deberi agnovi. Ideoque illi, bis vocanti, haud gravate obsecutus essem, nisi gravia mihi utroque tempore obstitissent impedimenta. Verumenimvero ea est patriæ magnanimitas, ut fere plenius sibi satisfactum putet, si foris multos locupletesque fecunditatis suæ testes habeat. Ea namque vobis, spectatissimi ornatissimique viri, singulari quodam Dei beneficio, bonorum ingeniorum obtigit feracitas, ut quemadmodum olim civitates, copiosiore juventutis proventu exauctæ, ver sacrum et colonias emittebant, ita et vos e vestra non ita magna civitate, numerosam ingeniosæ juventutis copiam per aliquot jam annos extruseritis : ut non absurda plane sit præceptorum nostrorum opinio, oppidum nostrum appellationem traxisse a veteribus Romanorum castris, in quibus ut Marti, ita et Musis militatum esse legimus. Ac possem sane, si opus esset, ultra quadraginta litteratos enumerare, qui apud vos oriundi exteris operam navant, præter eos quos domi eruditione ac rerum civilium industria sat probe instructos habetis. Sed nec locus hoc patitur, nec mirum id cuiquam videbitur, si tria saltem recentia consideret exempla. Nam cum in Pincieria familia præter theologum egregium, primum jurisconsultus, deinde medicus, post iterum jurisconsultus, doctorali titulo insigniti essent, et laudabili quadam æmulatione in cognata illis familia tres Vulteii, uno patre unaque matre nati, alternato juris et medicinæ studio, ad doctorale fastigium et ipsi paucis annis conscendissent, totidem fratres Gernandi jurisprudentiæ laurea et familiam et patriam brevi annorum intervallo cohonestarunt. Quocirca cum et mihi jampridem publico aliquo documento mea erga vos gratitudo atque observantia declaranda fuisset, nulla tamen hucusque satis commoda concessa est facultas. Hoc demum anno, Deo bene vertente, opportuna se atque exoptata obtulit occasio, dum in manus mihi venit is auctor quem ex ecclesiasticis scriptoribus primum apud vos degustavi : nempe Theodoretus : cujus aureolos *De Providentia* libros partim ex Justo Vulteio, partim ex Joanne Pinciero theologo, viris æterna memoria dignis, ante annos 33 magna cum voluptate audire memini. Ex quo tempore scriptoris ejus tantus animo meo insedit amor, tantaque veneratio, ut et propter styli et propter argumenti præstantiam eum semper magni fecerim. Quapropter etiam cum superiori anno primum vidissem ejus adversum Græcos Disputationes, quæ Latine quidem olim a Zenobio Acciaolo, Græce autem a nemine tanto temporum intervallo sunt editæ, continuo illas et publicandas et vestro patrocinio dicandas censui. Quas ne quis forte parvi esse arbitretur, sciat in eis præter sacram et profanam ἀρχαιολογίαν non pauca esse quæ ad nostrorum quoque temporum controversias haud inepte faciant. Nec est quod miremur martyres sanctosque cæteros tantopere ab eo extolli, humanasque vires speciosius quam ab Augustino aliisque Latinis prædicari. Nam magnificis illis encomiis primum Græcos a fastuosa deorum et philosophorum jactitatione avocare, deinde et Christianorum studia ad consimilem concertationis gloriam inflammare voluit. Ad Deum enim, ceu primum omnis boni fontem, istas δυνάμεις ab eo relatas fuisse, satis declarat quod aperte profitetur, τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς χάριν, quidquid in eis fuit mirificum, effecisse ; et Θεοῦ τὸ δῶρον εἶναι ἵνα μή τις καυχήσηται. Sed ne προσφωνήσεως hujus limites transiliam, quod reliquum est, egregium hoc nobilis theologi opus, tamdiu a doctis desideratum, a me plurium exemplarium

Digitized by Google

collatione haud negligenter expolitum, accessionibusque non pœnitendis auctum et illustratum, meæ erga vos gratitudinis atque observantiæ testimonium, accipite, prudentissimi ornatissimique viri; apud quos natus et educatus, sacrisque ac profanis litteris initiatus, demum ea quæ homini ab hominibus optima et maxima contingere queunt, me adeptum esse libens volensque merito profiteor. Deus, omnis boni solus et unicus auctor, faxit ut quod a venerandis præceptoribus præclare apud vos institutum est seminarium, altius actis radicibus, generosiores in dies surculos emittat, qui domi et foris Ecclesiæ ac reipublicæ salutares Deoque gratos fructus jugi fecunditate proferant. Haidelbergæ Kal. Septembr. MDXCII.

ÆQUO LECTORI FRIDERICUS SYLBURGIUS S.

Octoginta prope anni sunt, amice Lector, cum hæ Theodoreti Θεραπευτικαὶ διαλέξεις Latine a Zenobio Acciaolo in lucem sunt emissæ. Ex quo tempore licet maximopere a doctis hominibus Græca earumdem editio expetita fuerit, nemo tamen inventus est qui reip. operam hanc præstiterit. Tandem cum superiori anno perlustrata hic bibliotheca Palatina unum in ea vetus exemplar invenissem, post etiam alterum recentius, Hieronymo Commelino, veteri amico et hospiti, hortator fui, ut, quod dudum ante cogitarat, hos Theodoreti libros, interim dum nos in Clementis editione occupati essemus, exscribendos curaret. Nec mora : statim operi manus admota est, librique illi e non malæ notæ codice, ante annos circiter 133, Michaelis Apostolii manu exarato, descripti sunt. Quia vero eæ suppetiæ ad ἀξιόλογον editionem non sufficere videbantur, alia insuper advocata sunt auxilia. Cum enim ex Davide Hœschelio intellexissem Augustæ quoque duos harum Disputationum exstare codices, alterum vetustiorem, alterum recentiorem, quantis precibus potui, ab homine amicissimo contendi, ut quo me hactenus in promovenda re litteraria juvisset studio, eo etiam in hac tandiu desiderata editione adjuvaret. Non diu se rogari passus, illico, quanta potuit promptitudine, misit quæ licuit adjumenta; et quidem præter exemplarium symbolas, de suo quoque non pauca, ut ante in Clemente, contribuit. Quibus potitus, instituta exemplarium collatione, deprehendi quod ante quoque aliquoties expertus eram, parum præstari, si unius tantum exemplaris ope gravis alicujus auctoris susciperetur editio. Etsi enim vetus exemplar Palatinum a viro docto sat diligenter perscriptum erat, tamen multis in locis mancum inventum est, ita ut non modo singulares particulæ passim in eo desiderarentur, sed sæpenumero integra etiam membra omissa essent : quod equidem non descriptori, ut homini erudito, sed exemplari, quod propositum habuit, ascribendum putaverim. In quibus supplendis ut vetus Augustanus præclaram navavit operam, ita recentiores in multis ei non cesserunt. Licet enim negligenter passim scripti essent, multis etiam in locis mutili, tamen ex optimæ notæ libro primitus exscriptos esse apparebat. Et ut inter vetustiores integrior erat Augustanus, ita vice versa inter recentiores sanior erat Palatinus. Palatinus vetustior id præ cæteris habuit singulare, ut cum Augustano veteri sub finem undecimi, recentioribus duobus sub finem duodecimi, aliquot deessent paginæ, solus ipse Disputationibus his coronidem imposuerit. His quintus accessit Acciaolus. Nam et ille partim in versione sua, partim in testimoniorum allegatione Græca, quam secutus esset lectionem non obscure indicabat. Loca enim quæ a Theodoreto citantur, si brevia essent, integra versioni suæ inseruerat : si prolixiora, initia tantum posuerat; et quidem interdum a versione sua discrepantia. Quæ allegatio a nobis in hac nostra editione data opera prætermissa est : quia, cum Latinis Græca ex adverso apposuerimus, superfluum fuisset, si bis eadem utrobique a nobis fuissent posita. His ergo auxiliis adscitis, si qua in apographo nostro aperte deessent, e cæteris supplevi : quæ vero specie quapiam ab eo aberant, ita ut aliquo modo abesse posse viderentur, et contra, si qua in eo essent quæ a cæteris abessent, ea plerumque uncis inclusi, ut eo melius in oculos et censuram legentium incurrerent. Idem tamen etiam feci nonnunquam, ubi aliquis insignis in exemplari nostro erat defectus ut inde perspiceretur, quam negligenter passim boni auctores a librariis sint tractati. Porro quia et ratio hujus operæ reddenda videbatur, seorsum notarum libellum confeci; in quo non tantum exposui quæ a quibus codicibus abessent, sed etiam sicubi vel in scriptura vel in sententia iidem variarent codices. In quo genere quoniam multa erant ejusmodi ut non uni duntaxat loco, sed pluribus, neque huic solummodo auctori, verum etiam aliis inservire possent : bona eorum pars, in notarum libello prætermissa, vel in Græcum vel in Latinum Indicem, prout ferebat commoditas, relata est : effectumque ut partim grammatici, partim historici et pragmatici repertorii vicem præstent. Quin et fontes ipsos a quibus Theodoretus hausit, non raro adii, si vel necessitas id postularet, vel temporis angustia pateretur. Qua in re id Acciaolo debetur, quod S. Scripturæ loca pleraque omnia versionis margini adjecerat : cætera nos, quantum licuit, investigavimus. Sicut autem Acciaoli opera nos identidem adjutos esse libenter profitemur, ita vicissim illi non nihil officii præstitimus. Nec enim id solum studuimus, ut fideliter et emendate versionem ejus ad exemplaris vestigia exprimeremus, sed etiam sicubi eam a Græcis dissonare animadverteremus, in notis no-

Digitized by Google

stris ea de re monuimus. Præterea quia in margine versioni ejus annotatiunculæ nonnullæ adjectæ erant, quæ versioni aliquid afferrent lucis, eæ partim in notarum libello, partim in ejus fine seorsum, partim etiam in Indicibus, pro cujusque commodo, sunt positæ. Tum versionis editionem secuti sumus antiquissimam et optimam; eam nempe quam Parisiis anno 1519 curavit Henricus Stephanus, ejus quo nos magistro usi sumus, avus. In Indicibus id præcipue spectatum est, ut Græcus exhiberet quæ vel ab auctore ipso enarrantur, vel a codicibus variantur, vel alioqui notatu digna sunt; in Latino autem res memorabiliores et auctorum allegationes repræsentarentur, expedito quærentium compendio. Auctores vero ipsos a tergo frontispicii seorsum alphabetica serie percensuimus; ut brevi synopsi quibus usus sit testibus perspici queat. Intelligis ergo, Lector, quid partim de nostro huc collatum sit, partim ab aliis petitum. Quo nomine ut suam cuique gratiam apud te constare par est, ita etiam Marburgensi academiæ hoc debetur, quod me de clementissimorum principum nostrorum suffragio ad continuandam bonorum auctorum editionem annuo subsidio jam aliquot annos adjuvat. Quod reliquum est, doctos rogamus ut et gratis animis hanc operam nostram accipiant, et si quo eam spicilegio adornare possunt, in studii hujus consortium ultro sese offerant: nominatim vero talem συνεραγισμὸν petimus a cl. viris Fulvio Ursino et Theodoro Cantero: quorum ille ante decennium jussu Pontificis has Theodoreti Disputationes, ut in Bibliotheca Vaticana ponerentur, de novo exscribendas curavit, multisque locis mendosas et mutilas correxit ac restituit; hic vero, illas pene totas sua ipsius manu ante aliquot annos e vetere libro transcripsit. Quibus si et alii socios se adjungere volent, bonam et a nobis et a republica inibunt gratiam.

Digitized by Google

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ

ΗΤΟΙ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ.

—

THEODORETI

EPISCOPI CYRI

GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO

SEU

EVANGELICÆ VERITATIS EX GENTILIUM PHILOSOPHIA COGNITIO.

Zenobio Acciaolo interprete.

—

687-89 PROLOGUS.

A Sæpenumero accidit ut nonnulli eorum qui suspensi Græcorum gentilium fabulas admirantur, mecum familiarius congressi, tum Christianam fidem nostram deriderent, 690 asserentes, nihil nos aliud quam meram credulitatem insinuare illis quos divinis rebus imbuendos accipimus ; tum vero et apostolos inscitiæ accusarent, barbaros propterea nuncupantes, quod omni careant elocutionis ornatu ; quin et ridiculum esse dicebant, quod honore martyres prosequamur, et insignis stultitiæ ei viventes ab iis qui vita functi sunt ullum sibi commodum comparare contendant. Adjecerunt et alia quædam generis ejusdem, quæ suis locis liber hic edocebit. Ego vero et explicui tunc illis B quæ afferri oportuit ad maledicta solvenda : nefarium autem et impium esse duxi, si simplicioris notæ homines ab illorum falli versutiis paterer, neque litteris aliquid traderem, quod illarum accusationum vanitatem redarguat. Itaque rem aggressus, omnem tractatum distribui in sermones duodecim : remissiorem vero stylum illis adhibui, quod eum

Η ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

[1] Πολλάκις μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων συντετυχηκότες τινὲς τήν τε πίστιν [1] ἐκωμῴδησαν τὴν ἡμετέραν, οὐδὲν ἄλλο λέγοντες ἡμᾶς [2] τοῖς τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν παιδευομένοις ἢ τὸ πιστεύειν [3] παρεγγυᾶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων κατηγόρουν [4] ἀπαιδευσίας, βαρβάρους ἀποκαλοῦντες, τὸ γλαφυρὸν τῆς εὐεπείας οὐκ ἔχοντας [5]· καὶ τὸ γεραίρειν δὲ τοὺς μάρτυρας καταγέλαστον ἔφασκον, καὶ λίαν [6] ἀνόητον τὸ πειρᾶσθαι τοὺς ζῶντας παρὰ τῶν τεθνεώτων ὠφέλειαν πορίζεσθαι. Προσετίθεσαν δὲ καὶ ἕτερα ἅττα παραπλήσια τούτοις, ἃ διδάξει τὸ σύγγραμμα. Ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ἐκείνους ἅπερ ἐχρῆν διεξῆλθον, τὰ κατηγορήματα διαλύων· ἀνόσιον δὲ ᾠήθην καὶ δυσσεβὲς παριδεῖν τοὺς ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους ὑπ' ἐκείνων ἀπατωμένους, καὶ μὴ συγγράψαι καὶ διελέγξαι τῶν κατηγορημάτων τὸ μάταιον. Καὶ διεῖλον μὲν [7] εἰς δύο καὶ δέκα διαλέξεις [8] τὴν πραγματείαν, τὸν ἀνειμένον δὲ χαρακτῆρα τοῖς λόγοις ἐντέθεικα [9]· τῇ διδασκαλίᾳ γὰρ εἶναι τοῦτον ὑπέληφα πρόσφορον, ἄλλως τε καὶ ταῖς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων χρώμενον [10] μαρτυρίαις

VARIÆ LECTIONES.

[1] τὴν [δὴ] πίστιν. τήν τε πίστιν B Va. δὴ om. C Vb. [2] προξενεῖν τοῖς τά. προξενεῖν deest B, C. [3] τὸ τῆς πίστεως. Τὸ πιστεύειν B. Vid. infra, col. 000. [4] καὶ τῆς—κατηγόρουν. τῆς—κατηγοροῦντες C. κατηγοροῦντες item Vb. et mox καὶ βαρβάρους. [5] ἔχοντας. ἔχοντες B. [6] λίαν ἀνόητον. λίαν. om. B. [7] διεῖλον μέν. διεΩομεν B. [8] δύο καὶ δέκα διαλέξεις. δυοκαίδεκα λέξεις C. [9] ἐντέθεικα. ἐπιτέθεικα Vb. [10] χρώμενος Vb.

Digitized by Google

ἔδει καὶ τοὺς ἰδίους [11] λόγους μὴ παντάπασιν ἀπάδον- A illi convenire arbitratus sum, qui docentis officium
τας συναρμόσαι, ἀλλ' ἔχοντάς τινα [12] πρὸς ἐκείνας partesque suscipiat. Sed et cum Platonis aliorum-
ἐμφέρειαν. que philosophorum testimoniis uti oportuerit,
componenda fuit oratio, quæ prorsus absona non esset, sed cum iis qui testes citantur aliquam ha-
beret similitudinem.

Καὶ ἡ μὲν ΠΡΩΤΗ [13] διάλεξις τὴν ὑπὲρ τῆς πί- PRIMA itaque disputatio de Christianorum
στεως καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἀπαιδευσίας ἀπολογίαν fide, apostolorumque inscitia respondet, argu-
ποιεῖται, ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὰς ἀποδεί- mentis subnixa quæ de Græcis philosophis depro-
ξεις προσφέρουσα [14]. muntur.

Ἡ δὲ ΔΕΥΤΕΡΑ τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτά- SECUNDA celeberrimorum apud Græcos sapientum,
των [σοφῶν] [15] καὶ τῶν μετ' ἐκείνους φιλοσόφων ἐπι- et eorum **691** qui post hos philosophi appellati
κληθέντων, τὰς περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀπαριθμεῖ- sunt, de principiis rerum opiniones recenset, ac
ται δόξας· καὶ Μωϋσοῦ [16] τοῦ πάντων ἐκείνων πρε- subinde Mosis, qui omnes illos antecessit, veram
σβυτάτου τὴν ἀληθινὴν [17] θεολογίαν ἐκ παραλλήλου theologiam ex adverso constituens, illorum men-
τιθεῖσα, τὴν μὲν ἐκείνων διελέγχει ψευδολογίαν, τῆς dacia falsitatemque refellit; Mosaicæ vero doctrinæ
δὲ τούτου [ἡ] διδασκαλίας ἀστράπτουσαν [18] δείκνυσι B clarissimam veritatem ostendit.
τὴν ἀλήθειαν.

Ἡ δὲ ΤΡΙΤΗ διδάσκει [19] τίνα μὲν περὶ τῶν δευ- TERTIA porro disputatio indicat, cujusmodi ea
τέρων παρ' Ἕλλησι καλουμένων θεῶν παρ' ἐκείνοις sint quæ Græci de diis illis fabulantur quos secun-
μεμυθολόγηται, τίνα δὲ περὶ τῶν ἀσωμάτων κτιστῶν darios vocant, qualia item quæ de incorporeis, sed
δὲ φύσεων ἡμᾶς ἡ θεία διδάσκει Γραφή· ὥστε πάλιν creatis naturis sacræ Litteræ nos docent : ut hic
τῇ παρεξετάσει καὶ τῶν παρ' ἡμῶν [20] θρησκευομέ- quoque proposita comparatione appareat quanto-
νων δειχθῆναι τὸ ἀξιέπαινον, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκεί- pere laudanda sint quæ nos pio cultu veneramur,
νων μύθων τὸ δυσειδὲς καὶ δυσῶδες διελεγχθῆναι. quamque abominabiles Græcorum fabulæ, quam
turpes, quam putidæ.

Ἡ δὲ ΤΕΤΑΡΤΗ περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ κόσμου QUARTA autem disputatio circa rerum mate-
τὴν ὑπόθεσιν ἔχει· καὶ δείκνυσι τὴν ἡμετέραν κο- riam mundumque versatur, ostenditque nostram
σμογένειαν πολλῷ τῆς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων πρε- de mundi origine sententiam magis rationi consen-
πωδεστέραν. taneam esse, quam quæ traditur a Platone cæteris-
que philosophis.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ [21] ἀνθρώπου φύσεως ἡ ΠΕΜΠΤΗ C QUINTA vero disputatio de natura hominis cer-
δέδεκται τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς δόξας καὶ tamen suscepit, ostensisque super hac re Græcorum
τὰς Χριστιανικὰς ἐπιδεικνῦσα, καὶ οἷον [22] φωτὸς καὶ Christianorumque sententiis, docet quanto sit lu-
σκότους διδάσκουσα τὸ διάφορον. cem inter ac tenebras differentia.

Τὴν ΕΚΤΗΝ δὲ τάξιν ὁ περὶ τῆς Προνοίας ἔλαχε SEXTUM disputationis locum sermo de Provi-
λόγος. Ἔδει γὰρ τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τοῖς ὑπὸ Θεοῦ dentia sibi vindicat : par enim fuit ut cæteros ser-
γεγενημένοις τοῦτον ἀκολουθῆσαι τὸν λόγον, διελέγ- mones, qui de Deo creatisque a Deo rebus præces-
χοντα Διαγόρου μὲν τὸ ἄθεον, Ἐπικούρου δὲ τὸ βλάσ- serant, hic sermo sequeretur, qui Diagoræ quidem
φημον, τῆς Ἀριστοτέλους δὲ Προνοίας τὸ σμικρο- impietatem refelleret, Epicurique blasphemiam, et
λόγον· ἐπαινοῦντα δὲ Πλάτωνος καὶ Πλωτίνου καὶ Aristotelis exilem de Providentia * sententiam;
τῶν ἄλλων, ὅσοι τούτων εἰσὶν ὁμογνώμονες, τὰ περὶ comprobaret autem Platonis ac Plotini, cæterorum-
τῆς Προνοίας διδάγματα· καὶ φυσικοῖς δὲ λογισμοῖς que, qui cum illis sentiunt, de Providentia doctri-
ἐπιδείκνυσι ταύτην ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένην, καὶ nam : tum et rationibus ostenderet a natura peti-
ἐν ἑκάστῳ τῶν θεόθεν γιγνομένων προφαινομένην. tis, hanc in mundi constitutione **692** spectari, sin-
D gulisque in rebus quæ a Deo factæ sunt esse con-
spicuam.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θυσιῶν ἔδει δεῖξαι τὸ περιττὸν, Quia vero ostendendum etiam fuit superflua esse
ἡ ΕΒΔΟΜΗ διάλεξις τοῦτον περιέχει τὸν λόγον, φι- tot numero sacrificia, SEPTIMA disputatio sibi hoc
λοσόφοις μὲν λόγοις τῶν θυσιῶν τῶν Ἑλληνικῶν demonstrandum sumpsit, philosophicis rationibus
κατηγοροῦσα, προφητικοῖς δὲ τὸ νηπιῶδες τῆς Ἰου- damnans gentium sacrificia, propheticis autem au-
δαίων νομοθεσίας ἐπιδεικνῦσα. ctoritatibus docens, quam puerilis fuerit legis Ju-
daicæ observatio.

Τὴν δὲ κατὰ [23] τῶν τοὺς νικηφόρους μάρτυρας OCTAVA illorum profert objectiones, qui nos

VARIÆ LECTIONES.

[11] τοὺς ἰδίους λόγους. ἰδίους om. B Va. τοὺς οἰκείους λ. Vb. [12] τινά. τι B. ἐκείνους Va. ἐκείναις. Vb. [13] καὶ ἡ μὲν πρ. ἡ δὲ πρώτη B. C. Va. Sed C. in marg. καὶ ἡ μὲν cum Vb.. [14] προσφέρουσα. Vb. [15] ὀνομαστοτάτων σοφῶν. σοφῶν om. B, C. [16] Μωϋσοῦ. Μωϋσέως C. [17] ἀληθινήν. ἀληθῆ B, C. [18] ἀστράπτουσαν. ἀπαστράπτουσαν Sirm. [19] διδάσκει. διδασκαλία C. [20] ἡμῶν. ἡμῖν B. [21] τοῦ ἀνθρώπου. τοῦ om. C qui mox trs. Ἑλληνικὰς et Χριστιανικάς. [22] οἷον. ὅσον B, C. [23] τὴν δέ. τὴν δὲ πρὸς τοὺς τῶν τοὺς κατηγοροῦντας ἐπολογίαν ἡ C.

Digitized by Google

accusant, quod honore martyres prosequamur, simulque defensionem complectitur, philosophorum, historicorumque ac poetarum testimoniis ostendens Græcos non libamina solum, sed etiam sacrificia, honorandis mortuis impendisse, quorum alios quidem deos, alios vero semideos, heroas alios nuncuparent, eorumque plerosque magnis, dum vixerunt, flagitiis inquinatos fuisse.

Operæ pretium vero me facturum existimavi, si eum celeberrimis apud Græcos legumlatoribus nostros conferrem, piscatores, inquam, et coriarium, et publicanos, ut ex comparatione, quid inter se differant innotescat, et quod illæ quidem leges, una cum legislatoribus, oblivioni ac tenebris datæ sint; at piscatorum leges non solum apud Græcos et Romanos, sed apud Scythas, Sauromatas, Persas, barbarasque alias nationes vigeant. Hanc vero comparationem NONA complectitur disputatio.

DECIMA vero ostendit cujusmodi illa fuerint quæ per divina oracula prædicta sunt, quam videlicet Deum decentia, quamque viris prudentibus consentanea: contra vero, qualia illa fuerint, quæ Pythius, et Dodonæus, aliique falsi vates gentium **693** prædixerunt. In quibus et mendaces et futurorum ignari deprehensi sunt, et talia vaticinati, qualia nullus quidem qui probus homo censeatur effari velit.

Cum vero et ignaros nosse conveniat quæ ab ipsis, quæque a nostris, de mundi fine judicioque doceantur, harum rerum doctrinam UNDECIMA disputatio lecturis suppeditat.

Sed et actuosæ quoque virtutis discrimen ostendendum putavi, cum Græcorum gentem de veteribus philosophis gloriari videam, eorumque vitam laudibus efferre conari. Quare DUODECIMA disputatio vitam illorum non solum philosophis, sed laudatis quoque mancipiis indignam esse ostendit: eum apostolorum vita, eorumque qui apostolorum vestigia consectantur, humana conditione sit superior, iisque qui corporeis vinculis exsoluti cœlestes incolunt sedes persimilis.

Est autem libri titulus: *Curatio Græcarum affectionum*, vel, *Evangelicæ veritatis ex gentilium philosophia cognitio*.

Ego itaque, tum ut ægrotos curarem, tum ut bene valentium utilitati consulerem, operam hanc sus-

γεραιρόντων κατηγορίαν, καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἡ ΟΓΔΟΗ περιέχει, ταῖς τῶν φιλοσόφων καὶ συγγραφέων καὶ μέντοι καὶ ποιητῶν μαρτυρίαις χρωμένη, καὶ δεικνῦσα [26] ὡς Ἕλληνες οὐ μόνον χοαῖς ἀλλὰ καὶ θυσίαις τοὺς τεθνεῶτας ἐτίμων, τοὺς μὲν θεούς, τοὺς δὲ ἡμιθέους, τοὺς δὲ ἥρωας ὀνομάζοντες, καὶ τούτων τοὺς [28] πλείστους ἀκολασίᾳ συνεζηκότας.

Προύργου δὲ ᾠήθην καὶ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτοις [γεγενημένοις] [29] νομοθέταις τοὺς ἡμετέρους παρεξετάσαι, τοὺς ἁλιέας λέγω καὶ τὸν σκυτοτόμον καὶ τοὺς τελώνας [27]· καὶ δεῖξαι πάλιν ἐκ συγκρίσεως τὸ διάφορον, καὶ ὡς ἐκεῖνοι μὲν οἱ νόμοι μετὰ τῶν τεθεικότων τῷ τῆς λήθης παρεδόθησαν ζόφῳ, οἱ δὲ τῶν ἁλιέων ἀνθοῦσιν οὐ μόνον παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Σκύθαις καὶ Σαυρομάταις καὶ Πέρσαις καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις. Ταύτην δὲ τὴν παρεξέτασιν ἡ ΕΝΝΑΤΗ [28] περιέχει διάλεξις.

Ἡ δὲ ΔΕΚΑΤΗ [29] διδάσκει ὁποῖα μὲν οἱ θεῖοι [3] χρησμοὶ προηγόρευσαν, καὶ ὡς Θεῷ πρέποντα καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττοντα· τίνα δὲ ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Δωδωναῖος, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ψευδομάντεις προειπόντες ἐφωράθησαν μὲν ψευδόμενοι, [καὶ] [30] τῶν ἐσομένων οὐδὲν προγιγνώσκοντες [31], τοιαῦτα δὲ [32] τεθεσπικότες, ὁποῖα οὐδὲ τῶν ἐπιεικῶν τις ἀνθρώπων ἠνέσχετο ἂν εἰσηγήσασθαι.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τέλους καὶ κρίσεως [33] ἔδει γνῶναι τοὺς ἀγνοοῦντας τίνα μὲν ἡμεῖς, τίνα δὲ ἐκεῖνοι διδάσκουσι, ταύτην ἡ ΠΡΩΤΗ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΗ διάλεξις τοῖς ἐντυχεῖν [34] βουλομένοις τὴν διδασκαλίαν προσφέρει [35].

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἐπιδείκνυμι τὸ διάφορον, ἐπειδὴ μάλα καὶ [36] τὴν Ἑλληνικὴν συμμορίαν ἐπὶ τοῖς πάλαι γεγενημένοις φιλοσόφοις βρενθυομένην ὁρῶ, καὶ τὸν ἐκείνων βίον αἴρειν τοῖς λόγοις ἐπιχειροῦντας [37]. Ἐπιδείξει τοίνυν ἡ ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑΤΗ [38] διάλεξις, ὡς ἐκείνων [39] μὲν ὁ βίος οὐ μόνον φιλοσόφων, ἀλλὰ καὶ ἀνδραπόδων ἐπαινουμένων [40] ἀνάξιος· ὁ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνοις ἑπομένων τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ὑπέρτερος, καὶ τοῖς τῶν σωμάτων [41] ἀπηλλαγμένοις καὶ τὸν οὐρανὸν περιπολοῦσι προσόμοιος.

Ὄνομα δὲ τῷ βιβλίῳ, *Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων*, ἢ, *Εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις*.

Ἐγὼ μὲν οὖν τῆς τε τῶν νοσούντων ἕνεκα [42] θεραπείας, καὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων προμηθούμενος ὠφε-

VARIÆ LECTIONES

[26] δεικνῦσα. ἐπιδεικνῦσα B. C. [28] τοὺς πλείστους. τοὺς om. B. [29] γεγενημένοις om. C. [27] τοὺς τελώνας. τὸν τελώνην C. [28] παρεξέτασιν ἡ ἐννάτη. ἐξέτασιν ἡ ἐνάτη C. ἐξέτασιν Vb. [29] δεκάτη. δεκάτη διάλεξις C, Vb. [30] [καὶ] τῶν. καὶ agnoscit B. [31] οὐδὲν προγινώσκοντες. οὐδὲν μέρος γιγνώσκοντες cum γρ. οὐδὲν προγιγνώσκοντες B. οὐδὲν μέρος γινώσκοντες cum γρ. in marg. τῶν ἐσομένων δὲ οὐδὲν προγινώσκοντες C, μέρος γνώσκοντες Va. οὐδὲν προγιγνώσκοντες Vb. [32] δὲ om. B. [33] περὶ κρίσεως. περὶ om. B, C. [34] ἐντυγχάνειν. ἐντυχεῖν B. ἐπιτυχεῖν C. [35] προσφέρει. προφέρει C. [36] μάλα καὶ habet B. om. Sirm. [37] ἐπιχειροῦντας. ἐπιχωροῦντας C. [38] δωδεκάτη. δυοκαιδεκάτη B. cum γρ. ἡ δευτέρα καὶ δεκάτη. In C. δευτέρα καὶ τρίτη δεκατ (sic.) [39] ὁ ἐκείνων. ὁ om. B. sed mox ὁ βίος, et sic Va. [40] ἐπαινουμένων. ἐπαίνου μὲν ὢν Vb. [41] τῶν σωμάτων. τῶν om. B, Va. In C. τῆς φύσεως leg. post ὑπέρτερος, tum om. καὶ τοῖς — ἀπηλλαγμένοις. [42] εἵνεκα. ἕνεκεν. B. et sic infra. ἕνεκα C.

Digitized by Google

λείας, τοῦτον ἀνεδεξάμην τὸν πόνον· τοὺς δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντυγχάνοντας πόνοις παρακαλῶ, εἰ μὲν ἅπαντα εὖ ἔχει τὰ γεγραμμένα, τὸν τούτων ἀνυμνῆσαι δοτῆρα, καὶ τοῖς πεπονηκόσι προσευχὰς ἀντιδοῦναι[43]· εἰ δέ τινα ἐλλείπει, μὴ πάντων ὁμοῦ τούτων ἕνεκα καταγνῶναι, ἀλλ' ἐκ τῶν [εὖ] εἰρημένων[44] τὸ κέρδος κομίσασθαι.

A cepi. Oratos autem velim, quicunque in aliorum lucubrationes inciderint, ut, si quidem bene habent omnia quæ scripta sunt, Deum laudent, qui bene scribendi facultatem dedit, ipsisque adeo scriptoribus bene precentur : sin vero aliqua desiderari videantur, ne horum causa, cuncta condemnent, sed ex iis potius quæ recte scripta viderint, emolumentum sibi comparent.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Περὶ πίστεως [45].

[4] Ἰατρικὴ θεραπεία ἔστι[46] μέν που καὶ σώματος, ἔστι δ' ἄρα καὶ ψυχῆς· καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ κἀκείνῳ συχνὰ προσγίγνεται πάθη· ἀλλὰ τῷ μὲν, ἀκούσια· τῇ δὲ, ὡς ἐπίπαν, αὐθαίρετα. Τοῦτο οὖν εὖ εἰδὼς, οἷα δὴ πάνσοφος, ὁ Θεὸς, καὶ[47] ψυχῶν καὶ σωμάτων καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἑκατέρᾳ φύσει προσένειμεν[48] ἁρμόδια φάρμακα· καὶ μέντοι καὶ ἰατροὺς ἐπέστησε, τοὺς μὲν ταύτην, τοὺς δὲ ἐκείνην ἐκπαιδεύσας τὴν ἐπιστήμην, καὶ στρατηγεῖν καὶ ἀριστεύειν κατὰ τῶν νοσημάτων ἐκέλευσεν. Ἀλλ' οἱ μὲν τὸ σῶμα οὐκ εὖ διακείμενοι, καὶ τὴν νόσον δυσχεραίνουσι, καὶ τῆς ὑγείας ἱμείρονται[49], καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, οὐ μόνον ἥπια προσφέρουσι φάρμακα, ἀλλὰ κἂν τέμνωσι, κἂν κάωσι[50], κἂν λιμώττειν κελεύωσι[51], κἂν πικρῶν τινων καὶ ἀηδῶν μεστὰς προσφέρωσι κύλικας· καὶ διὰ τοιαύτης ἀναιρῶς ἐπιμελείας τὴν ὑγίειαν καρπούμενοι μισθὸν τοῖς οὕτως ἀκουμένοις[52] ὀρέγουσιν, καὶ τὴν θεραπείαν δεχόμενοι τὴν τῶν φαρμάκων οὐ περιεργάζονται σκευασίαν· τὴν γάρ τοι σωτηρίαν ποθοῦσιν, οὐ τὸν ταύτης τρόπον ἀνερευνῶσιν. Οἱ δὲ τῆς ἀπιστίας τὴν λώβην εἰσδεδεγμένοι, οὐ μόνον ἀγνοοῦσι τὴν παγχάλεπον[53] νόσον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄκρας εὐκληρίας ἀπολαύειν[54] ὑπολαμβάνουσιν. Ἤν δέ τις τῶν ταῦτα θεραπεύειν ἐπισταμένων ἀλεξίκακον φάρμακον τῷ πάθει προσενεγκεῖν ἐθελήσῃ, ἀποπηδῶσιν[55] αὐτίκα· καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ[56] καὶ τὴν σφίσι προσφερομένην ἀποσείονται θεραπείαν, καὶ τὴν ἰατρείαν ὡς ἀῤῥωστίαν ἀποδιδράσκουσι. Χρὴ μέντοι τοὺς ταύτην μετιόντας τὴν ἐπιστήμην, καὶ χαλεπαίνοντας φέρειν, καὶ λοιδορουμένων ἀνέχεσθαι, κἂν πὺξ παίωσι, κἂν λακτίζωσι· τοιαῦτα γὰρ δὴ ἅττα πλημμελοῦσιν οἱ παραπαίοντες. Καὶ οὐ δυσχεραίνουσι τούτων γιγνομένων οἱ ἰατροὶ, ἀλλὰ καὶ δεσμὰ προσφέρουσι, καὶ καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἐπινοοῦσιν ὥστε τὸ πάθος ἐξελάσαι, καὶ τὴν προτέραν[57] τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ. Τοῦτο δὴ καὶ[58] ἡμῖν ποιητέον, καὶ τῶν οὕτω διακειμένων ἐπιμελητέον εἰς δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι λίαν εἰσὶν οἱ τῷ πάθει δεδουλωμένοι, καὶ ἐοίκασιν ὑποστάθμῃ τινὶ παχείᾳ τῶν

SERMO I.

De fide.

Medendi rationem tum corpori, tum animæ congruere satis constat, siquidem et corpus et animam frequentibus morbis laborare contingit. Cæterum corporis afflictiones invitis nobis adveniunt : animæ vero labes a voluntate ipsa, ut plurimum. Hujus itaque rei apprime conscius Deus, utpote sapientissimus, auctorque et animarum et corporum et rerum omnium, utrique naturæ congruentia medicamenta distribuit. Medicos enim constituit, quorum alios hanc, alios illam medendi rationem edocuit, eosque bellum adversus morbos gerere et vincere jussit. Verum qui sunt corpore male affecto, morbos ægre ferunt, sanitatemque appetunt, et medicis obsequuntur, non jucunda solum ministrantibus pharmaca, verum etiam si ferro ignique utantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigant. Atque hoc tam tristi genere curationis valetudinem assequentes, mercedem illis rependunt a quibus sic sanantur. Medelam enim recipientes, de remediorum apparatu non curant. Salutem enim desiderant, quo pacto illa obtingat non inquirunt. Contra autem, qui labem infidelitatis contraxerunt, non solum morbi gravitatem non sentiunt, sed optimo in statu se versari opinantur. Quod si quis curandi hujus morbi peritus salubre remedium velit afferre, statim resiliunt, quemadmodum qui **695** phrenetico morbo corripiuntur, et oblatam sibi curationem aversantur, et medicinam velut ægritudinem refugiunt. Cæterum iis qui artem hanc profitentur, quantumvis morosi ferendi sunt, tolerandique, vel si conviciis incessant, vel si pugnis aut calcibus appetant : solent enim quandoque delirantes hæc peccare. Neque tamen cum hæc fiunt, perturbantur medici, sed et vincula intendunt, caputque unguento vi perfundunt, et omne remedii genus excogitant, quo ægritudinem summoveant, pristinamque partium æqualitatem corpori restituant. Hoc nobis utique factitandum est, et eorum qui sic affecti sunt cura pro viribus gerenda. Quamvis enim pauci sint numero qui hujus morbi servitio premantur,

VARIÆ LECTIONES.

[43] ἀποδοῦναι. ἀντιδοῦναι B, C. Mox κομίσεσθαι Va. [44] εὖ εἰρημένων. εὖ om. B, C. [45] ad tit. τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως λόγος α'. B. [46] ἰατρικὴ θεραπεία. γρ. ἰατρεῖα καὶ θεραπεῖαι B. [47] θεὸς ὁ καὶ. ὁ θεὸς καὶ B, C. [48] προσένειμεν. ἀπένειμεν C. Vb. infra in textu ἐκπαιδεύσοντας C. Vb. νοσημάτων σωμάτων B. pr. [49] ἱμείρονται. ὀρέγονται Va. B. cum γρ, ἱμείρονται. ante ὑγιείας C. om. τῆς. [50] καίωσι. κάωσι B. [51] κελεύωσι. κελεύουσι C. [52] οὕτως ἀκουμένοις. οὕτω κακουμένοις B. Va. τούτοις C. Vb. γρ. τοῖς οὕτω προσφερομένοις κακούμενοι ὀρέγουσι. C. in marg. [53] παγχάλεπον om. C. [54] εὐκληρίας ἀπολαύειν. ἀπολαύειν ὑγείας C. Vb. [55] ἀπαγορεύουσιν. ἀποπηδῶσιν B, C. [56] νόσῳ om. C. [57] πρότερον — ὅλῳ. προτέραν ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι C, et in marg. γρ. τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι. [58] δὴ καὶ. δὲ καὶ B, C.

Digitized by Google

et pinguissimæ cuidam fæci sint similes, quæ ob crassitudinem per coli foramina non transit : ne sic quidem negligendi sunt, nec ferendum eos ab ejusmodi peste corrumpi : sed omnis excogitanda est ratio, qua insidens eis nebula tollatur, splendorque intellectualis luminis ostendatur. Nullus enim qui industrius sit colonus, multas spinas sic exscindit, ut paucas relinquat; sed si vel unam duasve invenerit, radicitus evellit, et segetem purgatissimam reddit. Multo igitur magis hoc nobis faciendum est. Non enim spinas exscindere, sed immutare agriculturæ nostræ lex jubet. Agedum itaque, ceu spinis quibusdam coloni rastrum admoveamus, sulcosque aurium qui obstructi sunt, orationis ligone dilatemus : ne quid **696** forte interveniat, quod irrigationis fluxum remoretur. Aspergamus, inquam, eos ceu infirmos, salutariaque illis ac pæonia pharmaca deferamus.

Primum vero omnium, curare studeamus morbum arrogantiæ. Etenim nonnulli eorum, qui in poetarum et oratorum scriptis versati sunt, Platonisque adeo elegantiam degustarunt, sacras Litteras contemnunt, ut quæ calamistris eloquentiæ comptæ non sint, et indignum existimant a piscatoribus veritatem primam edoceri. Atque in singulis artibus, quarum fructus percipiunt, qua lingua loquantur illarum artifices solliciti non sunt. Neque enim Atticos esse sutores curant, neque fabros ferrarios, neque architectos, neque pictores, non factores navium, non gubernatores : sed sive Scythæ sint, sive Sauromatæ, sive Iberes, sive Ægyptii, cum voluptate utuntur artibus, solam harum peritiam poscentes, de gentium autem differentia minime laborantes : et citharœdi fides cum audiunt, solam consonantiam quærunt, nec Græcusne sit an Barbarus sciscitari student. In solo discendæ veritatis studio non curiosi esse non possunt, sed ignominiam existimant, si quis sermone Barbarus eos ad veritatem erudiat. Atque hoc genere superbiæ intumescunt homines, qui nec ad summum Græcæ sapientiæ apicem pervenerunt, sed pauca quædam, quod dicitur, primis labiis delibarunt, sibique hinc atque illinc exilia quæpiam collegerunt.

At illustrissimos Græcorum philosophorum, quorum **697** memoria hodieque apud doctos celeberrima est, Pherecydem Syrum, Samiumque Pythagoram, Thaletem Milesium, ac Solonem Atheniensem, Platonem denique illum, Aristonis quidem filium, Socratis vero auditorem, qui et cæteros omnes elo-

A τοῦ διυλιστῆρος οὐ διικνουμένῃ πόρων[59] διὰ παχύτητα· ἀλλ' οὖν οὐκ ἀμελητέον αὐτῶν, οὐδὲ παροπτέον φθειρομένους ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ πάντα πόρον ἐξευρητέον, ὥστε τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς ὁμίχλην ἀποσκεδάσαι, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἐπιδεῖξαι τὴν αἴγλην. Οὐδεὶς γὰρ φιλόπονος γεωργὸς[60] τὰς μὲν [5] πολλὰς ἀκάνθας ἐκτέμνει, τὰς δὲ ὀλίγας ἐᾷ· ἀλλὰ κἂν δύο εὕρῃ, κἂν μίαν, πρόῤῥιζον ἀνασπᾷ, καὶ καθαρὸν ἀποφαίνει τὸ λήϊον. Πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον τοῦτο ποιητέον ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἐκτέμνειν[61], ἀλλὰ μεταβάλλειν τὰς ἀκάνθας, ὁ τῆς ἡμετέρας γεωργίας παρακελεύεται νόμος. Φέρε τοίνυν καὶ ὡς ἀκάνθαις τὴν γεωργικὴν[62] προσενέγκωμεν δίκελλαν, καὶ τῇ μακέλλῃ[63] τοῦ λόγου τὰς κεχερσωμένας τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν[64] αὔλακας, ἵνα μηδὲν τῶν ἐν μέσῳ κειμένων κωλυμάτων B ἐπίσχῃ τῆς ἀρδείας τὸ ῥεῖθρον· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀῤῥωστοῦντας καταιονήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια[65] προσενέγκωμεν φάρμακα.

Πρῶτον δέ γε[66] τῶν ἄλλων τὸ τῆς οἰήσεως ἰατρεύσωμεν πάθος. Καὶ γὰρ δή τινες [αὐτῶν][67] ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν λόγων μετεσχηκότες, τινὲς δὲ καὶ τῆς Πλάτωνος εὐεπείας ἀπογευσάμενοι, καταφρονοῦσι μὲν τῶν θείων λογίων, ὡς ἥκιστα κεκαλλιεπημένῃ φράσει κεκομψευμένων· οὐκ ἀξιοῦσι δὲ παρ' ἀνδρῶν ἁλιέων μαθεῖν τὴν τοῦ ὄντος ἀλήθειαν. Καὶ τέχνης μὲν ἑκάστης δρεπόμενοι τοὺς καρποὺς, τὰς τῶν τεχνιτῶν οὐ περιεργάζονται γλώττας· οὐδὲ γὰρ[68] Ἀττικοὺς εἶναι τοὺς σκυτοτόμους ἀπαιτοῦσιν, ἢ τοὺς χαλκέας, ἢ τοὺς τέκτονας, ἢ τοὺς ζωγράφους, ἢ τοὺς ναυπηγοὺς, ἢ [τοὺς] κυβερνήτας· ἀλλὰ κἂν Σκύθαι ὦσι, κἂν Σαυρομάται, [κἂν Ἴβηρες,] κἂν Αἰγύπτιοι, μεθ' ἡδονῆς ἀπολαύουσι τῶν τεχνῶν, μόνην ἀπαιτοῦντες C τὴν τούτων ἀκρίβειαν, τὴν δὲ τῶν ἐθνῶν διαφορὰν ἥκιστα δυσχεραίνουσι. Καὶ κιθαριστοῦ μὲν ἀκούοντες· τῶν κρουμάτων[69] μόνον ἀπαιτοῦσι τὴν ἁρμονίαν, οὐ μὴν εἰ Ἕλλην ἐστὶν ἢ Βάρβαρος ἐπιζητοῦσι μαθεῖν· μόνην δ' ἄρα τῆς ἀληθείας τὴν μάθησιν ἀπεριέργως λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀτιμίαν ὑπολαμβάνουσιν, εἰ Βάρβαρος αὐτοὺς ταύτην τὴν γλῶτταν[70] παιδεύοι· καὶ τοῦτον ἔχουσι τὸν τῦφον ἄνδρες οὐδ' εἰς ἄκρον τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας[71] ἐληλακότες, ἀλλ' ὀλίγων τινῶν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἄκροις χείλεσι γεγευμένοι, καὶ σμικρὰ ἄττα ἔνθεν κἀκεῖθεν ἠρανισμένοι[72].

D Οἱ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων περιφανέστατοι, ὧν ἡ μνήμη παρὰ τοῖς ἐλλογίμοις μέχρι καὶ τῆμερον πολυθρύλλητος, Φερεκύδης ὁ Σύριος[73], καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, καὶ μέντοι καὶ Πλάτων ἐκεῖνος, ὁ Ἀρίστωνος μὲν υἱὸς, Σωκράτους δὲ φοιτητὴς, εὐστομίᾳ δὲ

VARIÆ LECTIONES.

[59] τῶν τοῦ διυλιστῆρος οὐ διικνουμένῃ πόρων. τὸν τοῦ διυλητῆρος οὐ διικνούμενοι πόρον C. διικνούμενοι πόρων Vb. καὶ pro τῶν Sirm. [60] οὐδὲ γὰρ φιλόπονος φυτουργός. οὐδεὶς γὰρ (cum γρ. οὐδὲ γὰρ B.) φιλ. γεωργὸς B. C. οὐδὲ γὰρ Vb. [61] ἐκτεμεῖν — μεταβαλεῖν. ἐκτέμνειν — μεταβάλλειν B, C. [62] γεωργικὴν λογικὴν Vb. [63] μακέλλῃ. μάστιγι cum γρ. μακέλλῃ B. τῷ ἀρότρῳ C, et in marg. ἐν ἄλλ', καὶ τῇ μακέλλῃ τοῦ λόγου τὰς τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν αὔλακας. [64] τὰς τῶν ἀκοῶν εὐ. τὰς κεχερσωμένας ἀνευ. C. κεχερσωμένας addit Sirm. [65] παιώνια. παιώνεια B. [66] πρῶτον δέ γε. πρῶτόν γε B. cum γρ. δέ γε. — πρωτόν γε τοι Va. [67] τινες αὐτῶν. αὐτῶν om. B. αὖ τῶν C. [68] οὐδὲ γάρ. γάρ om. C. qui infra χαλκεῖς et τούς om. ante κυβερνήτας. [69] κρουσμάτων. κρουμάτων B, C. [70] τὴν γλῶτταν ταύτην. ταύτην τὴν γλῶτταν B, C. [71] φιλοσοφίας. σοφίας Vb. [72] ἠρανισμένοι. ἐσανισμένοι C. ἐρανισάμενοι Vb. vid. 6, 39. [73] Σύριος. Ἀσσύριος C. Vb. omisso statim καί ter.

Digitized by Google

ἅπαντας[74] ἀποκρύψας, οὐκ ὤκνησαν[75] ἕνεκα τοῦ τἀληθὲς ἐξευρεῖν καὶ Αἴγυπτον περινοστῆσαι, καὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, καὶ Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, καὶ ταῦτα οὐ μιᾶς[76] βασιλείας τάδε τὸ τηνικαῦτα[77] ἰθυνούσης τὰ ἔθνη, ἀλλὰ διαφόρων μὲν πολιτειῶν ἐν ταῖς πόλεσιν οὐσῶν, διαφόρων δὲ [6] νόμων. Αἱ μὲν γὰρ δημοκρατίαν, αἱ δὲ ὀλιγαρχίαν ἠσπάζοντο· καὶ οἱ μὲν ἐτυραννοῦντο, οἱ δὲ ἐννόμως ἐβασιλεύοντο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἐπέσχε τῶν κωλυμάτων παρὰ βαρβάρους ἀνθρώπους δραμεῖν, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτῶν ἅπερ αὐτοὺς ἄμεινον γινώσκειν ἑαυτῶν[78] ὑπελάμβανον. Φασὶ δὲ αὐτοὺς ἐν Αἰγύπτῳ οὐ μόνον παρ' Αἰγυπτίων, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίων τὰ περὶ τοῦ ὄντος διδαχθῆναι Θεοῦ. Καὶ ταῦτα διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ Βοιώτιος[79], διδάσκει δὲ καὶ Πορφόριος ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσας, καὶ μέντοι καὶ Νουμήνιος ὁ Πυθαγόρειος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομῆς ἀνέχεσθαι[80], τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα· Αἰγύπτιοι δὲ παρ' Ἑβραίων τόνδε τὸν νόμον παρέλαβον. Ἀβραὰμ γὰρ τοῦ πατριάρχου παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τῆς περιτομῆς δεξαμένου τὴν ἐντολὴν, ἐφύλαξε[81] μὲν ταύτην[82] τὸ γένος· ᾤκησε δ' ἐπὶ πλεῖστον τὴν Αἴγυπτον· ἐζήλωσαν δὲ τοὺς Ἑβραίους Αἰγύπτιοι. Ὅτι δὲ οὐκ ἦν πάλαι νόμος Αἰγυπτίοις περιτέμνειν τὰ βρέφη[83], ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ ἀξιόχρεως μάρτυς. Τῇ γὰρ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ προσερριμμένον εὑροῦσα τὸν Μωϋσῆν, εὐθύς γε[84] τὴν περιτομὴν εἶδεν, καὶ τὸ γένος ἐπέγνω, καὶ τῶν Ἑβραίων ἔκγονον τὸ βρέφος[85] ὠνόμασεν.

Οἱ μὲν οὖν διὰ πάσης ἐληλυθότες παιδείας[86] τοσοῦτον ἔρωτα εἶχον φιλοσοφίας[87], ὡς καὶ πολέμων καὶ πελαγῶν[88] μεγίστων καταφρονῆσαι, καὶ βαρβάροις ἀνδράσι φοιτῆσαι, καὶ πανταχόθεν συλλέξαι ὅπερ ἀναγκαῖον ἐνόμισαν· Σωκράτης δὲ[89] ὁ Σωφρονίσκου, τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, οὐδὲ παρὰ γυναικῶν μαθεῖν τι[90] χρήσιμον ὑπέλαβε φιλοσοφίας ἀνάξιον· τῷ τοι καὶ τὴν Διοτίμαν οὐκ ἠρυθρία προσαγορεύων διδάσκαλον, καὶ μέντοι καὶ παρὰ τὴν Ἀσπασίαν διετέλει θαμίζων. Τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μὲν οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν Ἀχιλλέως, ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια. Οἱ δὲ ὀλίγα μὲν παρὰ ποιητῶν, ὀλίγα δὲ παρὰ ῥητόρων ἐρανισάμενοι, τῶν δέ γε φιλοσόφων οὐδὲ αὐτὰς τὰς προσηγορίας μεμαθηκότες, πλὴν δυοῖν[91] ἢ τριῶν τῶν ἐπισήμων, βάρβαρον μὲν τὴν θείαν Γραφὴν ὀνομάζουσι, μαθεῖν δὲ τἀληθὲς παρὰ ταύτης[92] αἰσχρὸν ὑπειλήφασιν. Ἐξ ἀνοίας δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀλαζονείας ἐπιγίνεται[93] πάθημα. Εἰ γὰρ τὰς Ἑλληνικὰς ἀνεγνώκεσαν[94] ἱστορίας, ἔγνωσαν ἂν δήπουθεν, ὡς καὶ τὰς περιφανεῖς ἐπιστήμας, καὶ τῶν τεχνῶν

A quentiæ copia superavit, nequaquam piguit inveniendæ veritatis causa Ægyptum Thebasque Ægyptias perlustrare, et Siciliam, et Italiam, idque non uno tunc imperio gentes illas gubernante, sed diversis per singulas civitates obtinentibus vivendi modis ac legibus. Aliæ quidem populi arbitrio regebantur, aliæ paucorum potestate : aliæ sub tyrannis erant, aliæ justis regibus parebant. Neque tamen horum illis quidquam impedimento fuit, quominus ad barbaras advecti nationes, ab his ea perciperent quæ melius ab eis quam a se ipsis sciri arbitrabantur. Aiunt vero eos in Ægypto, non solum ab Ægyptiis, sed ab Hebræis quoque Dei veri doctrinam percepisse. Atque hæc quidem Plutarchus narrat Bœotus : narrat et Porphyrius ille, qui contra veritatem debacchatus est; Numenius præterea Pythagoreus, * et alii complures. Fertur autem Pythagoras circumcisionem quoque subiisse, acceptam ab Ægyptiis, qui ab Hebræis hanc legem acceperant. Nam cum Abraham patriarcha ab universorum Deo circumcidi jussus fuisset [a], ritum hunc posteritas asservavit : quam **698** per multa ætatum curricula in Ægypto versatam imitati sunt Ægyptii. Quod enim apud Ægyptios infantes circumcidi lex olim non fuerit, Pharaonis filia idonea testis est : quæ cum infantem Mosen in ripa fluminis expositum reperisset [b], illico circumcisum intuita, et pueri genus agnovit, et Hebræis parentibus natum esse asseruit.

Hi ergo disciplinis omnibus instructi cum essent, tanto discendi studio inarserunt, ut, spretis bellorum mariumque maximorum discriminibus, barbaras nationes adierint, et quæ sibi usui fore videbant undecunque collegerint. Socrates enim Sophronisci filius, philosophorum præstantissimus, ne a mulieribus quidem quod ad rem foret doceri philosopho indignum esse duxit, nec erubuit Diotimam appellare magistram : quin et Aspasiam perdiu frequentavit. Horum autem plerique nec Achillis iram norunt, a qua studiosi adolescentes auspicari litterarum initia solent. Nam cum pauca omnino a poetis et ab oratoribus acceperint, philosophorum vero, duobus tribusve illustrioribus exceptis, nec ipsa nomina unquam didicerint, divinam tamen Scripturam barbaram vocant, veritatemque ab ea discere turpe existimant; ex ignorantia porro ipsi superbiæ pestem **699** contraxerunt. Nam si Græcorum historiis oculos admovissent, scirent utique Græcos, et illustres scientias, et plurimas artes a Barbaris didicisse. Aiunt enim geometriæ et astro-

[a] Gen. XVII, 9, 10. [b] Exod. II, 5 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[74] ἅπαντας. πάντας B. Va. [75] ὤκνησεν. ὤκνησαν B. [76] οὐδὲ μιᾶς. οὐ μιᾶς B. C. [77] τηνικαῦτα. τὰ τηνικαῦτα B, C. [78] αὐτῶν. ἑαυτῶν B. Va. αὐτόν C. αὐτῶν Vb. [79] Βοιώτιος. Βοιώτης Va. [80] ἀνάσχεσθαι. ἀνέχεσθαι B. [81] ἐφύλαξε. ἐφύλαξαν B. [82] αὐτήν. ταύτην B, C. Tum ὤκει δὲ C. Vb. [83] περιτέμνειν τὰ βρέφη. περιτέμνεσθαι C. Vb. [84] εὐθύς γε. εὐθύς τε B, C. [85] ἀρέφος· γένος Va. [86] σοφίας. παιδείας B. [87] φιλομαθίας. φιλοσοφίας B. φιλομαθείας C. [88] πελαγῶν. ποταμῶν. Vb. [89] Σωκράτης δέ. δέ om. B. [90] μαθεῖν τι. τι μαθεῖν C. [91] δυοῖν. δυεῖν C. [92] παρὰ ταύτης. παρ' αὐτῆς C. [93] ἐπιγίνεται. περιγίνεται B, Vb. [94] ἀνεγνώκεσαν. ἀνεγνώκεισαν Vb. Sirm.

Digitized by Google

nomiæ inventores primos Ægyptios fuisse : astrologiæ autem dierumque natalium observatio, Chaldæorum esse fertur inventum, cum Arabes ac Phryges avium observationes primi invenerint. Tubas vero Tyrrhenorum opus esse, ac tibias Phrygum, docent tragœdiæ, docent et historiæ. Ac litterarum quoque inventores Phœnicas fuisse, narrant Græci, et has Cadmum e Phœnicia primum in Græciam detulisse. Medicinæ vero auctorem volunt Apin * Ægyptium : quam subinde artem auxerit Æsculapius. Scapham in Libya primum compactam fuisse affirmant. Quod autem Orpheus, Odrysius patria, et Dionysia, et Panathenæa, et Thesmophoria, et Eleusinia sacra Athenas detulerit, idemque in Ægyptum profectus, Isidis et Osiridis sacra in Cereris Liberique patris orgia converterit, testis est Plutarchus e Chæronea Bœotiæ : testes item sunt et Siculus Diodorus, et orator Demosthenes. Aiunt enim Orpheum sanctissimos illis ritus ac cæremonias tradidisse. Ipsius autem Rheæ, seu Cybeles, seu Brimonis, aut quamcunque demum nuncupare velitis (multa enim vobis nominum copia, non item **700** subsistentium rerum), ejus, inquam, deæ festas solemnitates, quæque in eis peraguntur, e terra Phrygia sibi Græcos advexisse, iidem illi, quos superius citavi testes, plane docent. Cum itaque et artes, et disciplinas, et colendorum dæmonum cæremonias, et prima litterarum elementa, Græci a Barbaris edocti sint, et his præceptoribus glorientur : quid ita vos, quæso, qui ne illa quidem percipere potestis, quæ ab illis conscripta sunt, renuitis ab illis hominibus veritatem perdiscere, qui sapientiam a Deo sibi traditam acceperunt? Quod si propterea illis aures accommodare non vultis, quod e Græcia orti non fuerint, reliquum est ut nec Thaletem sapientem, nec Pythagoram dicere philosophum debeatis, nec ejus magistrum Pherecydem. Ilic enim Syrus natione fuit, non Atheniensis, non Spartiates, neque Corinthius : Pythagoram vero Aristoxenus, et Aristarchus, et Theopompus Tyrrhenum tradunt fuisse : at Neanthes Tyrium vocat. Thaletem quoque, alii quidem Milesium fuisse dicunt : at Leander et Herodotus Phœnicem appellant. Ad hæc Aristoteles Stagirites fuit, Diogenes Sinopensis, Alcman Pirithi filius Crotoniates, qui primus fertur de natura rerum scripsisse. Empedocles rursus fuit Agrigentinus : Agrigentum vero civitas est Siciliæ.

τὰς πλείστας, παρὰ Βαρβάρων [95] ἐπαιδεύθησαν Ἕλληνες. Γεωμετρίαν μὲν γὰρ καὶ ἀστρονομίαν Αἰγυπτίους πρώτους εὑρηκέναι φασίν· ἀστρολογία δὲ καὶ γενεθλιαλογία Χαλδαίων εὕρημα [96] λέγεται· Ἄραβες δὲ καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπικὴν [7] ἐπενόησαν πρῶτοι [97]· ὅτι δὲ καὶ ἡ σάλπιγξ Τυρρηνῶν ἐστιν ἔργον, καὶ αὐλοὶ Φρυγῶν [98], διδάσκουσι μὲν αἱ τραγῳδίαι, διδάσκουσι δὲ μετὰ τούτων [99] αἱ ἱστορίαι. Καὶ τὰ γράμματα δέ [γε] Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν [99*] οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι· ἰατρικῆς δὲ ἄρξαι τὸν Ἄπιν φασὶ τὸν Αἰγύπτιον, εἶτα τὸν Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην. Σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Λιβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης [1], εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον [2] ἀφικόμενος, τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τοῦ Ὀσίριδος [3] εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τὰ τοῦ [4] Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας [5] τῆς Βοιωτίας, διδάσκει δὲ καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, μέμνηται δὲ καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, καὶ φασι [6] τὸν Ὀρφέα τὰς ἁγιωτάτας αὐτοῖς τελετὰς καταδεῖξαι [7]. Ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς Ῥέας, ἢ [8] τῆς Κυβέλης, ἢ τῆς Βριμοῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλητε ὀνομάζειν [9] (πολλὴ γὰρ εὐπορία παρ' ὑμῖν ὀνομάτων, οὐχ ὑποκειμένων πραγμάτων)· ἀλλ' ὅμως ὅτι καὶ ταύτης τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τελούμενα, ἀπὸ Φρυγίας εἰς τὴν Ἑλλάδα μετεκόμισαν Ἕλληνες, οἱ προκληθέντες ἤδη [10] μάρτυρες διαῤῥήδην διδάσκουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰς τέχνας, καὶ τὰς ἐπιστήμας, καὶ τῶν δαιμόνων τὰς τελετὰς, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα παρὰ Βαρβάρων ἐδιδάχθησαν Ἕλληνες, καὶ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις ἐναβρύνονται [11], τί δήποτε ὑμεῖς, οὐδὲ συνιέναι τὰ ὑπ' ἐκείνων συγγεγραμμένα [12] δυνάμενοι, παραιτεῖσθε μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν παρὰ ἀνδρῶν θεόσδοτον σοφίαν εἰσδεξαμένων [13]; Εἰ δὲ, ὅτι οὐκ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐβλάστησαν, τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν οὐ βούλεσθε, ὥρα ὑμῖν μήτε Θαλῆν ὀνομάζειν σοφὸν, μήτε Πυθαγόραν φιλόσοφον, μήτε Φερεκύδην τὸν ἐκείνου διδάσκαλον. Ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Σύριος [14] ἦν, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Σπαρτιάτης, οὐδέ γε [15] Κορίνθιος· τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸν εἶναί φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει· τὸν δὲ Θαλῆν, οἱ μὲν, Μιλήσιον λέγουσιν, Λέανδρος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν· καὶ μέντοι καὶ ὁ [16] Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης ἦν, Σινωπεὺς δὲ ὁ Διογένης, καὶ Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου [17] Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτόν φασι περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον· Ἀκραγαντῖνος δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· Σικελικὴ δὲ αὖτη ἡ πόλις [18].

A

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

que cum contrahuntur, iniquo animo ferunt, sed
alternis vicibus tempora mutuando rursus sine ulla
disceptatione debitum solvunt; non inter se con-
tendentes, sed pacatissime et præbentes et acci-
pientes. Illud præterea Opificis sapientiam poten-
tiamque ostendit, quod neque tellus, cum per tot
annorum millia aratris proscindatur, seminibusque
et plantis conseratur, et fructus alat, conculcetur,
effodiatur, et imbribus, nivibus, atque ardoribus
atteratur, ullam sui diminutionem perpessa est,
aut minores agricolis vel pauciores fructus parit;
neque mare, quanquam inde nubes aquarum natu-
ram continuo hauriant, et imbres pariant, terrisque
diffundant, aut minus unquam visum est, aut de-
pressius factum, vel littora quæ olim tegebat relin-
quere : sed neque excrevit rursus, tametsi illaben-
tes undique fluvios accipiat. Neque vero nunc dis-

VARIÆ LECTIONES.

[42] πεποίηκε. ἐποίησεν C. [43] δὲ αἰσθητοῖς. αἰσθητοῖς δὲ B et mox δέδωκε. [44] [αὐθαιρέτως] om. B. [45] ἐπιτελέσωσιν. ἐπιτελῶσιν B C Vb. ἐπιγελῶσιν Va. [46] ἐπιχειρῶσιν. ἐπιχειροῦσιν C. [47] [αὐτοὺς] et [ἁγίων] om. B Va. [48] ἐπειδή. ἐπειδὴ δὲ Sirm. [49] πάσχωσι. πάσχουσι B. [50] ἀδεῶς. om. Va. ἀναιδῶς conj. Vb. [51] θεωρουμένη. θεωμένη B C θετωμένη Va. [52] τιμῶσαι. τιμῶσι καὶ B Va. [53] διατηροῦσιν. διατελοῦσιν Va. [54] μεγαλαυχοῦσιν οὔτε σμικρυνόμεναι om. B h. l. sed add. mox post κιχρώμεναι. [55] ἐκτίνουσιν. ἐκτείνουσιν B ἐκτιννύουσιν C Vb. [56] δίχα καὶ. καὶ om. C. [57] κἀκεῖνο. κἀκεῖνα B C. [58] καὶ ὑομένη καὶ νιφομένη C in marg. ubi mox φλογουμένη. φλογομένη V. [59] γεωργοῦσι. γεωργοῖς C Vb. [60] ποτε. πώποτε B.

Digitized by Google

puto, undenam fluviorum latices oriantur : ineffabilis enim mihi hæc quoque est * oratio. Quo autem pacto sol humidam substantiam absumere natura sua soleat, pronum est volentibus ediscere : nam et paludes exsiccat, et aquarum collectiones consumit, et corpora nostra sicciora efficit. Quin et fluvios videmus decrescere, cum sol australibus relictis ad boreales tractus concedit, æstatemque nobis efficit. Eamque **812** ob rem, Nilum quoque aiunt non eodem tempore quo cæteri solent fluvii extra alveum inundare, sed media æstate aquis exuberantibus Ægyptum perfundere, sole tunc borealem zonam obeunte, et aliis quidem fluviis incubante, ab hoc autem plurimum dissito. Quod si alias etiam ob causas incrementum hoc fieri quidam contendunt, ego tamen hoc tempore argumentum id convenire non arbitror : quippe qui alios cohorter, ne causas divinæ gubernationis curiosius indagent, sed admirentur potius ea quæ fiunt, opificemque collaudent. Quare admiror et ipse naturam aeris non consumi, cum tamen tot illum homines et tot bruta animalia spirando incessanter resorbeant, sollisque adeo ferventes radii hunc penetrent, et præter solem luna idipsum et stellæ quoque faciant. Etenim supra miraculum est miraculum : ac pene adducor, ut dicam nec miraculum pro miraculo habendum. Deo enim operante, admirari quam minime convenit, sed laudare quam maxime. Facile enim est ipsi omnia facere quæ ipsi conveniunt. Indidit autem et rebus quas creavit, sufficientem ad id temporis facultatem quo illas perdurare decrevit. Ex quo factum est, ut tellus hodieque ita permaneat sicut ab initio facta fuit, et mare nec decrescat, nec augeatur, **813** et aer quam ab initio naturam sortitus est, inviolatam conservet, et sol firmamentum per quod decurrit eliquare non possit, neque dissolvere, nec firmamentum, licet humidum natura, calidum solem exstinguat. Singula enim quam ab initio sortem nacta sunt, perpetuo conservarunt. Contrarias siquidem qualitates sicci atque humidi, itemque calidi et frigidi, in amicitiam redegit rerum Opifex. Quando igitur singula hæc videmus, et solem modo boreales tractus, modo australes, alias medias * cœli partes perlustrare, et lunam nunc augeri lumine, nunc minui, et stellas certis oriri temporibus et occidere, messisque et sementis tempus significare, nautisque tempestatem ac tranquillitatem ostendere, ista, o amici, ne deos faciamus, sed horum potius auctorem agnoscentes, ut opificem gubernatoremque laudemus, ac per ea quæ contuemur oculis, pergamus ad eum

A ἐκρυπτεν, οὔτε μὴν ηὑξήθη πάλιν τοὺς πανταχόθεν εἰσρέοντας ποταμοὺς δεχομένη. Καὶ οὔ τι λέγω, πόθεν δὴ ἄρα τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα φέρεται· ἄῤῥητος γὰρ δή μοι[61] πάμπαν καὶ οὗτος ὁ λόγος. Ὅπως δὲ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ὑγρὰν οὐσίαν πέφυκεν ἀναλίσκειν, εὐπετὲς μάλα τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Καὶ γὰρ δὴ ξηραίνει τὰ τέλματα, καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀναλίσκει ξυστήματα, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα διαναίνει, καὶ μέντοι τοὺς ποταμοὺς σμικροτέρους[62] ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν οὗτος ἀφεὶς τὰ νότια μέρη[63] ἐπὶ τὰ βόρεια τρέχῃ, καὶ τὸ θέρος ἐργάζηται[64]. Διά τοι τοῦτο καὶ τὸν Νεῖλόν φασιν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν καιρὸν, ἀλλὰ μεσοῦντος τοῦ[65] θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῦ γε ἡλίου

B τὴν βορειοτέραν διαθέοντος ζώνην, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐνοχλοῦντος, τούτου δέ γε[66] πλεῖστο ἀπέχοντος. Εἰ δὲ καὶ ἄλλας[67] αἰτίας [67] τῆς τούτου γε πλημμύρας[68] εἶναί φασί τινες, ἀλλ' οὐκ [ἔμοιγε] ἁρμόττειν[69] τόνδε νῦν τὸν λόγον ὑπέληφα. Καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις παρεγγυῶ τῆς μὲν θείας οἰκονομίας μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας[70], θαυμάζειν δὲ τὰ γινόμενα, καὶ τὸν ποιητὴν ἀνυμνεῖν. Διὸ δὴ καὶ ἔγωγε θαυμάζω καὶ τοῦ ἀέρος μὴ δαπανωμένην[71] τὴν φύσιν, τοσούτων μὲν ἀνθρώπων, τοσούτων δὲ ἀλόγων ζώων ἀναπνεόντων[72] τοῦτον διηνεκῶς, τοσαύτης δὲ ἀκτῖνος καὶ οὕτως ἄγαν θερμῆς τοῦτον διαπερώσης, πρὸς δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων[73] ταὐτό γε τοῦτο ποιούντων. Ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ θαῦμα τὸ θαῦμα· καὶ κινδυνεύω γε λέγειν ὡς οὐδὲ θαῦμα

C τὸ θαῦμα. Θεοῦ γὰρ δημιουργοῦντος προσήκει θαυμάζειν μὲν ὡς ἥκιστα[74], ὑμνεῖν δὲ ὡς μάλιστα· πάντα γὰρ αὐτῷ ῥᾴδιον ποιεῖν, ὅσα γε[75] αὐτῷ πρόσφορα. Ἐναπέθετο γὰρ καὶ[76] οἷς δεδημιούργηκεν [εἰς] ὅσον ταῦτα ξυνεστάναι[77] βούλεται χρόνον δύναμιν ἀποχρῶσαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡ γῆ μεμένηκεν οἷα-περ ἐξ ἀρχῆς ἐγεγόνει, καὶ ἡ θάλαττα οὔτε σμικρύνεται οὔτε αὔξεται[78], καὶ ὁ ἀὴρ ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔλαχε[79] φύσιν ἄσυλον διετήρησε, καὶ ὁ ἥλιος δὲ[80] τήκειν οὐ δύναται καὶ διαλύειν ὃ διαθεῖ[81] στερέωμα, οὔτε μὴν τὸ στερέωμα, ὑγρὸν ὄν, θερμὸν ὄντα τὸν ἥλιον σβέννυσιν· ἕκαστον γὰρ, ὃν ἐξ ἀρχῆς εἴληχε[82], διεφύλαξε κλῆρον. Τὰς γὰρ ἐναντίας φύσεις ὑγροῦ καὶ

D ξηροῦ, καὶ αὖ πάλιν ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, ξυνήγαγεν εἰς φιλίαν ὁ Ποιητής. Ὅταν τοίνυν τούτων ἕκαστον ἴδωμεν, καὶ τὸν μὲν ἥλιον, νῦν μὲν τὰ βόρεια, νῦν δὲ τὰ νότια, ἄλλοτε δὲ τὰ μέσα τοῦ οὐρανοῦ διαθέοντα, καὶ τὴν σελήνην αὐξανομένην[83] καὶ φθίνουσαν, καὶ τοὺς ἀστέρας κατὰ καιρὸν ἀνίσχοντάς τε καὶ δυομένους, καὶ ἀμητοῦ καιρὸν καὶ σπόρου σημαίνοντας, καὶ τοῖς ναυτιλλομένοις χειμῶνα καὶ γαλήνην μηνύοντας· μὴ ταῦτά γε, ὦ φίλοι ἄνδρες, θεοποιή-

VARIÆ LECTIONES.

[61] δή μοι. δή om. B. [62] σμικρυνομένους. σμικροτέρους B Va. [63] μέρη post βόρεια B Va. [64] ἐργάζηται. ἐργάζεται C. [65] τοῦ τε. τε om. B. [66] δέ γε. γε om. B. [67] ἄλλας. δι' ἄλλας αἰτίας τὴν τούτου γε πλημμυρίαν Sirm. [68] πλημμυρίας. πλημμύρας B. [69] [ἔμοιγε] ἁρμόττειν. ἔμοιγε om. Vb. [70] τὰς αἰτίας. τὰς om. B [71] δαπανωμένην. δυναμένην B Va. [72] ἀναπνεόντων. διαπνεόντων B. Va. [73] ἄστρων. ἀστέρων B mox om. γε. et sic Va. [74] [οὐχ] ἥκιστα. ὡς ἥκιστα B. [75] ὅσα γε. ὅσα περ C Vb. [76] γὰρ καί. δὲ καὶ B C. [77] ἂν ταῦτα ξυστῆναι. ταῦτα ξυνεστᾶναι B ξυνεστάναι C. [78] αὔξεται. αὐξάνεται Vb. Sirm. [79] ἔλαχε. ἔσχε B Va. [80] ἥλιος. ἥλιος δὲ C [81] διαλύειν ὃ θέει. διαλύειν γε ὃ διαθεῖ B. Va. ἢ διαλύειν ὃ διαθέει C. Vb. [82] εἴληχε. ἔλαχε B. [83] αὐξομένην. αὐξανομένην B.

Digitized by Google

σωμεν, ἀλλὰ τὸν τούτων ποιητὴν καὶ[84] δημιουργὸν καὶ κυβερνήτην ἀνυμνήσωμεν[85], καὶ διὰ τῶν ὁρωμένων πρὸς τὸν ἀόρατον ἐκδημήσωμεν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκδημίας ἡμῖν, ἀλλὰ πίστεως χρεία· διὰ ταύτης γὰρ μόνης ἐκεῖνον ἰδεῖν[86] δυνάμεθα. Ὅταν [οὖν] ἴδωμεν εἰς καιρὸν τὰς ὥρας μεταβαινούσας, καὶ τὸν ὑετὸν τῇ γῇ χορηγούμενον, καὶ ταύτην φύουσαν, καὶ τῇ πόᾳ καλυπτομένην, καὶ τὰ λήϊα κυμαίνοντα, καὶ τοὺς λειμῶνας ἀνθοῦντας, καὶ κομῶντα τὰ ἄλση καὶ βρίθοντα τῷ καρπῷ, κινήσωμεν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ ταῦτα δεδωκότος[87] τὴν γλῶτταν· καὶ μήτε νύμφας ὀρεστιάδας ἢ πηγαίας ἢ ποταμίας, μήτε τὰς Νηρέως θεοποιήσωμεν θυγατέρας, μήτε τῇ Δηοῖ τὸν Ἴουλον ᾄσωμεν ἢ τὸν Λιτυέρσαν[88], μὴ Διονύσῳ τὸν διθύραμβον, μὴ τῷ Πυθίῳ μάντει τὸν Παιᾶνα, μὴ τῇ [68] Ἀρτέμιδι τὸν ὕποιπον[89]· ἀλλὰ τῷ Ποιητῇ τῶν ὅλων τὴν Δαυϊτικὴν[90] προσενέγκωμεν μελῳδίαν, καὶ μετ' ἐκείνου βοήσωμεν· « Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας! » Ὅταν ᾠδικῶν ὀρνίθων ἀκούσωμεν ποικίλα γε ᾀδόντων ᾄσματα καὶ διάφορα, καὶ τεττίγων τερετιζόντων[91], ἐρρῶσθαι φράσαντες Σειρῆσι καὶ Μούσαις, τὸν πάνσοφόν καὶ παναλκῆ[91*] Θεὸν προσκυνήσωμεν, τὸν καὶ τοῖς μικροῖς πτηνοῖς τοσαύτην μέλους ὁωρησάμενον ἁρμονίαν. καὶ διὰ πάντων καὶ τρέφοντα καὶ τέρποντα καὶ καταθέλγοντα[92] τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος.

qui videri non potest. Verum ad hoc nobis peregrinatione non est opus, sed fide : per hanc enim solam videre illum possumus. Cum itaque anni tempestates videbimus suis progredi temporibus, et pluviam terræ dispensari, et hanc germinare, herbisque obduci, et undare segetes, et prata floribus renidere, et comare silvas, fructibusque prægravari, linguam moveamus in ejus laudem qui hæc terræ donavit. Nec **814** montium nymphas, vel fontium ac fluviorum, nec Nerei filias referamus in deos. Nec Julum Cereri cantemus, nec (Rheæ) Lityersam, nec Baccho dithyrambum, nec Pæana Pythio vati, nec Hypœpum Dianæ; sed rerum omnium Conditori hymnos Davidicos proferamus, et cum eo pariter exclamemus : « Quam magnificata sunt opera tua, Domine, omnia sapienter fecisti [q] ! » Cum canoras aves audimus varios cantus modulari, cicadasque tremulos edere concentus, Musis Sirenibusque dimissis, sapientissimum potentissimumque Deum adoremus, qui et exiguis aviculis tantam tribuit cantus harmoniam, et humanum genus per omnia nutrit, mulcet et oblectat.

Ταῦτα ταῖς τῶν φιλοσόφων, ὦ φίλοι ἄνδρες, παρεξετάσατε δόξαις, καὶ σκοπήσατε ὀρθῇ γε καὶ δικαίᾳ χρώμενοι ψήφῳ, τίνα τούτων περὶ Θεοῦ λέγειν πρόσφορά τε καὶ[93] ἁρμόδια, τὸ ἀγέννητον[94] εἶναι τὸ πᾶν ἢ ἀπὸ ταυτομάτου συστῆναι, ἢ τὸ ἀπὸ τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ ξυναρμοσθῆναι, ἢ τὸ ὑπὸ [τοῦ] Θεοῦ[95] μὲν, ἐκ δὲ τῆς ὕλης γενέσθαι· ἢ τούτων μὲν ἕκαστον περὶ Θεοῦ λέγειν ἀνόσιον· ἐκεῖνο δέ γε εἰκός τε καὶ ἀληθὲς, ὡς τῶν ὅλων ποιητὴς ὁ Θεὸς, οὐ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις παραπλησίως ἐξ ὕλης τὰ πάντα δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς τὰ πάντα μὴ ὄντα παραγαγὼν, καὶ παρασχεῖν ἐθελήσας τοῖς μὴ οὖσι τὸ εἶναι. Ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ καὶ ἐκ μὴ ὄντων καὶ ἐξ ὄντων δημιουργεῖν· τοῦτο [γὰρ] δὴ καὶ πάλαι[96] πεποίηκε, καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ποιεῖ. Καὶ γὰρ ἐξ ὑποκειμένων σωμάτων διαπλάττει τῶν ζώων τὰ σώματα, καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ τὰς ψυχὰς, οὐχ ἅπασι τοῖς ζώοις, ἀλλὰ μόνοις ἀνθρώποις· καὶ διὰ[97] τῶν πτηνῶν δημιουργεῖ τὰ πτηνὰ, [καὶ διὰ τῶν νηκτῶν τὰ νηκτὰ,] καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ἕκαστον διὰ τῶν ὁμογενῶν[98] διαπλάττει. Οὕτω δὴ καὶ τῆς γῆς τοὺς καρποὺς διὰ τῶν σπειρομένων καὶ φυτευομένων τοῖς ἀνθρώποις[99] προσφέρει· πάλαι δὲ ἡ γῆ καὶ ἀνήροτος καὶ ἄσπαρτος [1] ἐβλάστησε πᾶσαν [2] φυτῶν καὶ σπερμάτων

Hæc igitur, amici homines, cum philosophorum opinionibus comparate, rectaque ac diligenti ratione subducta, inspicite quænam horum Deo magis congruere videantur : mundumne hunc genitum non fuisse, vel casu fortuito sic fuisse constitutum, vel ex atomis et vacuo coaluisse, vel a Deo quidem, sed ex materia factum esse : an vero **815** impium sit de Deo aliquid horum dici ; illud autem rectum ac verum, rerum omnium auctorem Deum esse, qui nequaquam, cæterorum more artificum, ex materia hæc omnia condidit, sed omnia ipse produxit, et iis quæ non erant, ut essent conferre voluit. Facile enim est illi, ut ex iis quæ non sunt, et ex iis quæ sunt, aliquid producat : hoc enim et olim fecit, et singulis propemodum diebus facit. Nam et ex præstitutis corporibus animalium corpora effingit, et ex iis quæ non sunt animas creat, non cunctorum quidem animalium, sed hominum duntaxat. Et ex volucribus volucres, nantiaque ex nantibus, et cæteras species singulas ex homogeneis gignit. Ita et terræ fetus de satis consitisque plantariis ad humanos usus depromit. Olim vero nec arata tellus, nec seminibus ullis conspersa, plantarum seminumque species omnes germinando produxit, reptiliumque et quadrupedum genera procreavit. Ipsa insu-

[q] Psal xci, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[84] ποιητὴν καί. καὶ om. B π. ἐπιγνόντες ὡς C Vb. et sic ed. Sirm. [85] ἀνυμνήσωμεν. ὑμνήσωμεν B Va. [86] ἐκεῖνον ἰδεῖν. ἰδεῖν ἐκεῖνον B qui mox om. οὖν cum C. [87] δεδωκότος. δεδωρημένου B Va. [88] Λιτυέρσαν. Λειτερέαν B Λυτειρέσαν C cum Λιτυέρσαν in marg. λυτειρούσαντα Va. λυτήρεσσαν Vb. [89] ὕποιπον. ὕποιτον B An οὔπιγγον? Vide Seberum ad Polluc. I, 38. [90] Δαυιδικήν. Δαυϊτικὴν B Δαυιτικὴν C. [91] κιθαριζόντων. τερετιζόντων B Va. [91*] παναλκῆ. παναληθῆ C Vb. [92] καταθέλγοντα. καταθάλποντα. B Va. [93] τε καί. τε om. B. [94] ἀγέννητον. ἀγένητον B. [95] τοῦ θεοῦ. τοῦ om. B C. [96] πάλαι. πάλιν B. Va. [97] καὶ διὰ — πτηνὰ om. B. [98] ὁμογενῶν. ὁμονογενῶν B. [99] τοῖς ἀν. ἰδέαν τοῖς ἀν. R Va. τὸ δέον τοῖς ἀ. Vb. [1] ἀνήροτος καὶ ἄσπαρτος. ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος B. [2] πᾶσαν om. Va.

Digitized by Google

per aquarum vis, sicut jussa fuit, et aquatilia protulit animalia, et ea quæ volando aerem permeant. Cæterum neque terram, neque cœlum, neque aerem, neque aquarum naturam, neque ignem, neque lucem ut produceret, materiæ imperavit, sed ipsemet cum nulla essent procreavit. Idem ipse et plantator et constructor maximi creaturæ navigii fuit : idem ipse **816** quod sapientissime condidit navigium gubernat et dirigit. Hæc autem nos docuerunt non apostoli modo et evangelistæ, sed etiam prophetæ, prophetarumque princeps, qui mundi originem conscripsit, Moses ; et ante hos, et Abraham, et Melchisedec, et universus patriarcharum chorus. Horum enim quilibet, non multos, sed unum mundi auctorem Deum censuit. Id quod et vobis perspicuum erit, si divinæ Scripturæ libros evolvatis. Ex comparatione igitur edocti, quanto humanis cogitationibus sacrarum Litterarum præstent documenta, fugite errorem, o amici, veritatemque sole clariorem adamate, ut ab hac illuminati, et divinæ Scripturæ sensum percipiatis, et illius magistros suspiciatis, « Et in faciem, juxta Apostolum, procidentes Deum adoretis, dicentes : Vere Deus in vobis est [r]. »

ἰδέαν, καὶ τῶν ἑρπετῶν καὶ τετραπόδων τὰ γένη· καὶ τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἔφυσεν, ὡς ἐκελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς ὕδασιν ἐνδιαιτώμενα ζῶα, καὶ τὰ τὸν ἀέρα διαπερᾷν πεφυκότα. Αὐτὴν μέντοι τὴν γῆν, καὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τὸ πῦρ καὶ τὸ φῶς, οὐ τῇ ὕλῃ ἀναδοῦναι προσέταξεν, ἀλλὰ μὴ ὄντα παρήγαγεν, αὐτὸς καὶ φυτουργός [a]· καὶ ναυπηγὸς τοῦ μεγίστου σκάφους τῆς κτίσεως γεγονὼς, αὐτὸς καὶ κυβερνᾷ καὶ ἰθύνει ὃ πανσόφως κατεσκεύασε σκάφος. Ταῦτα οὐ μόνον ἡμᾶς εὐαγγελισταὶ παιδεύουσι [b] καὶ ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ προφῆται, καὶ τῶν προφητῶν ὁ κορυφαῖος Μωϋσῆς, ὁ τὴν κοσμογένειαν [c] ξυγγράψας· καὶ πρό γε τούτων, Ἀβραὰμ καὶ [d] Μελχισεδὲκ, καὶ ἅπας τῶν πατριαρχῶν [69] ὁ χορός. Ἕκαστος γὰρ τούτων οὐ πολλοὺς, ἀλλὰ τὸν τοῦ παντὸς ἐθεολόγησε Ποιητήν. Καὶ τοῦτο εἴσεσθε, εἰ τοῖς θείοις Λογίοις ἐντύχοιτε [e]. Ἐκ παραλλήλου τοίνυν μεμαθηκότες ὅσον τῶν ἀνθρωπίνων ὑπέρκειται λογισμῶν τῆς θείας Γραφῆς τὰ παιδεύματα, φεύγετε [f] μὲν, ὦ φιλότης, τὸν πλάνον, ἀσπάζεσθε δὲ τὴν ἡλίου φανοτέραν [g] ἀλήθειαν, ἵνα ὑπὸ ταύτης φωταγωγούμενοι καὶ τῶν θείων Λογίων τὸν νοῦν [h] θεωρήσητε, καὶ τοὺς τούτων διδασκάλους θαυμάσητε· « Καὶ πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, Προσκυνήσητε τῷ Θεῷ, λέγοντες ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. »

SERMO V.

De natura hominis.

Lapidis quem magnetem vocant, ea est natura, ut omnem aliam materiam immotam dimittens, ferrum ad se solum trahat : nonnunquam etiam in altum sublatum ostendit, nec infra rei cuiquam innixum, nec supra visibili aliquo **817** nexu colligatum, sed occulta lapidis virtute invisibiliter suspensum. Tale quippiam in divinis oraculis fieri videre licet. Plurimi enim, imo cuncti fere mortales, hæc audiunt, soli vero capiuntur qui alumni sunt fidei : cum tamen nec felicitatis alicujus solatio inferius teneantur, nec superius re ulla quæ appareat vincti pendeant, sed ad solas spes occultas mentem accommodent. Eam ob rem Paulus quoque apostolus, crucis sermonem « pereuntibus quidem stultitiam esse ait, iis autem qui salvi fiunt, Dei virtutem [s]. » At vero lapis ille, propria quadam vi naturæ ferrum ad se moveri cogit ; divinorum autem sermonum gratia, non alios admittit ipsa, et alios submovet (cunctis enim qui satiari appetunt rivos effundit), sed eorum qui audiunt liberum arbitrium alios admovet sitientes, alios procul arcet, qui hoc desiderium habere nolunt. Medicus autem animarum,

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Περὶ φύσεως ἀνθρώπου.

Ἔστι τις λίθου φύσις, ἣν μαγνῆτιν [11] ὀνομάζουσιν, ἣ πᾶσαν ἐῶσα τὴν ἄλλην ὕλην ἀκίνητον, τὸν σίδηρον ἐφέλκεται μόνον· ἔστι δὲ ὅτε καὶ δείκνυσιν αἰωρούμενον, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος ἐρειδόμενον, οὔτε ἄνωθεν φαινομένῳ [12] τῳ ξυνδεδεμένον, ἀφανῶς δὲ τῆς ὑπερκειμένης ἐκείνης ἢ ὑπερφαινομένης [13] ἐνεργείας ἐξηρτημένον. Τοιόνδε τι γιγνόμενον ἐπὶ τῶν θείων λογίων ἴδοι τις ἄν. Πολλοὶ μὲν γὰρ δὴ τούτων, μᾶλλον δὲ ἅπαντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπαΐουσιν ἄνθρωποι· οἱ δὲ τῆς πίστεως μόνοι θηρεύονται τρόφιμοι, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος εὐκληρίας ψυχαγωγούμενοι, οὔτε ἄνωθεν ὁρωμένῳ τῳ ξυνδεδεμένοι, μόναις δὲ ταῖς ἀφανέσιν ἐλπίσι τὸν νοῦν ξυναρμόσαντες [14]. Τῷ τοι καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὸν περὶ τοῦ σταυροῦ λόγον, « τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις εἶναι μωρίαν, τοῖς δὲ σωζομένοις Θεοῦ δύναμιν, » ἔφησεν. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ λίθος ἰδιότητι φύσεως θέειν παρ' αὐτὴν [15] τὸν σίδηρον ἐκβιάζεται [16]· τῶν δὲ θείων λογίων ἡ χάρις, οὐκ αὐτὴ τοὺς μὲν προσίεται, τοὺς δὲ ἀποπέμπεται [17]· πᾶσι γὰρ τοῖς ἐμφορεῖσθαι βουλομένοις προχέει τὰ νάματα· ἀλλὰ τὸ τῶν ἀκροωμένων αὐθαίρετον τοὺς μὲν προσάγει διψῶντας, τοὺς

[r] I Cor. XIV, 25. [s] I Cor. I, 18.

VARIÆ LECTIONES.

αὐτὸς φυτ. αὐτὸς καὶ φυτ. B C. [b] διδάσκουσι. παιδεύουσι B C. [c] κοσμογενίαν. κοσμογονίαν B κοσμογένειαν C. [d] Ἀβραὰμ καί. καί om. B. [e] ἐντύχοιτε. ἐντύχητε B. [f] φύγετε. φεύγετε B et mox ἀσπάζεσθε pro ἀσπάσασθε. [g] φανοτέραν. φανωτέραν C. [h] νοῦν. νῦν C. [11] Μαγνῆτιν. Μαγνῆτιν C Tum κατονομάζουσιν Vb. [12] φαινομένῳ. φαινόμενον Vb. [13] ὑπερκειμένης. ὑποκειμένης Vb. [14] ξυναρμόσαντες. ξυναρμόζοντες. Vb. [15] παρ' αὐτήν. παραυτῆ B. παρ' αὐτῇ C. [16] ἐκβιάζεται. βιάζεται B. [17] ἀποπέμπεται. ἀποπελύπετοι Va. ἀποδδελύττεται vel ἀποπέμπεται Vb.

Digitized by Google

δὲ πόῤῥω ποιεῖν, τόνδε τὸν ἵμερον ἔχειν ἥκιστα βουλομένους. Ὁ δέ γε τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τὴν τῶν οὐκ ἐθελόντων ἀπολαύειν τῆς θεραπείας οὐ βιάζεται γνώμην. Αὐτοκράτορα γὰρ καὶ αὐτεξούσιον τὴν λογικὴν φύσιν δημιουργήσας, παραινέσεσι μὲν καὶ νόμοις καὶ τῶν χειρόνων ἀποτρέπει, καὶ ἐπὶ τὰ κρείττω προτρέπει, οὐκ ἀναγκάζει δὲ μὴ βουλομένην τῶν ἀμεινόνων μεταλαχεῖν, ἵνα μὴ παρακινήσῃ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως. Ταύτῃ τοι καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ· « Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » Καὶ αὖ πάλιν· « Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, [70] φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; » Εἶτα [18] τῶν χειρόνων ἀποτρέπων, ἐπιδείκνυσι τὸ πρακτέον· « Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. » Δῆλα δὲ τοῖς πειθομένοις ποιεῖ καὶ τῶν πόνων τὰ ἆθλα· ὅτι « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. » Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ φόβος τοῖς παιδαγωγουμένοις ἁρμόδιος, ἀναγκαίως καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τοὺς ῥᾳστώνῃ ξυζῶντας δεδίττεται, καί φησιν· « Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. » Ὁ δὲ ταύτην προσενεγκὼν διὰ τοῦ προφήτου τὴν παραίνεσιν, ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις οὐκ ἄλλῳ τῳ χρώμενος ὑπουργῷ, ἀλλὰ αὐτὸς διὰ τῆς σαρκὸς φθεγγόμενος ἦν [19] ἀνέλαβεν, ἔλεγεν· « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. » Καὶ πάλιν· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες [καὶ πεφορτισμένοι·] [20] κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕροι τις ἂν κἀν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, κἀν τοῖς τῶν ἀποστόλων ξυγγράμμασι, δηλοῦντα σαφῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸ αὐθαίρετον. Οὗ δὴ χάριν κἀγὼ πέμπτην ὑμῖν, ὦ [21] ἄνδρες, τήνδε προσφέρω παραίνεσιν· οὐκ ἀξιῶν [22] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγαν γε λιπαρῶν καὶ ποτνιώμενος τὸν τῆς ἰατρείας μὴ προέσθαι καιρὸν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι τὴν σωτηρίαν εἰς αὔριον, ἣν οὐκ ἴσμεν εἴπερ δὴ πάντως ὀφόμεθα· ἀλλ' ἀναμνησθῆναι τῆς τοῦ Ἀσκραίου ποιητοῦ παραινέσεως·

Μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον ἐς τε ἔνηφι [23]·

προσέχειν δὲ ἀκριβῶς καὶ τῇ ἄλλῃ τοῦδε τοῦ ποιητοῦ γνώμῃ, ξυνῳδὰ φθεγγομένῃ·

Ἀεὶ δ' ἀμβολιερτὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

Ἐπειδὴ τοίνυν τοῦ κόσμου πέρι καὶ τῆς ὕλης τίνα προσήκει φρονεῖν μεμαθήκαμεν, καὶ ὅσον τὸ μέσον τῶν τε θείων καὶ τῶν φιλοσόφων δογμάτων [24], φέρε λοιπὸν ἐξετάσωμεν τίνα περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἡ θεία Γραφὴ φρονεῖν ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, καὶ τίνα οἱ τῇ εὐεπείᾳ τοὺς λόγους καλλύνοντες, καὶ ὀνομάτων ὥρᾳ καὶ ῥημάτων [ἠκριβωμένων] [25] κάλλει προσενεγκόντες τὸ ψεῦδος. Ὅσα μὲν οὖν ποιηταὶ περὶ τούτου μυθολογοῦσιν, ἐατέον ἐπὶ τοῦ παρόντος·

eorum qui curationem percipere nolunt, voluntatem non cogit. Nam cum sui juris ac potestatis rationalem naturam crearit, hortamentis quidem ac legibus a deterioribus deterret, et ad meliora provocat, sed nolentem non cogit, ut ad potiora perveniat, ne constitutos vitæ fines immutet. Hinc et per prophetas exclamat : « Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis [t]. » Rursusque **818** alibi : « Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos [u]? » Deinde vero ab iis avertens quæ mala sunt, quid sit agendum ostendit : « Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo, et fac bonum : inquire pacem, et sequere eam [v]. » Manifésta autem obsequentibus facit laborum quoque præmia : « Oculi Domini super justos, et aures ejus in deprecationem eorum [x]. » Quia vero timor illis maxime congruit qui erudiuntur, convenienter desides minando perterret : « Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum [y]. » Qui vero per Prophetam sic homines adhortatus est, idem in sacris Evangeliis, non alio utens ministro, sed ipse in carne loquens quam assumpsit, dicebat : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [z]. » Item : « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego requiem vobis dabo [a]. » Plurima id genus alia et in Evangeliis et in apostolorum scriptis invenire licet, quæ humanæ naturæ liberum arbitrium aperte demonstrant. Cujus rei gratia, quantam et ego vobis, o viri, adhortationem hanc affero, non orans modo, sed majorem in modum obsecrans et obtestans, ne curationis hujus occasionem abjiciatis, nec salutem **819** vestram in diem crastinum differatis, quem visurine omnino simus ignoramus : sed Ascræi poetæ admonitionis recordemini,

Ne differ dum cras veniat, dum tertia lux sit,

et aliam ejusdem poetæ sententiam his consonam diligenter attendatis :

Tristia dilator patietur damna frequenter.

Quando igitur quid de mundo, deque ipsa sit materia sentiendum, quantumque inter divina et philosophorum dogmata intersit, edocti jam sumus, agedum quod superest inquiramus, quænam illa sint quæ de natura hominis sacræ nos Litteræ docuerunt, et quænam ii, qui elocutionis ornatu, nominumque ac verborum elegantia libros suos convenustantes, falsitatem protulerunt. Quæcunque vero hac de re fabulantur poetæ, omittemus in

[t] Isa. II, 19. [u] Psal. XXXIII, 12, 13. [v] ibid. 14, 15. [x] ibid. 16. [y] ibid. 17. [z] Joan. VII, 37. [a] Matth. XI, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[18] εἶτα πρακτέον B marg. p. m. [19] ἦν ἧς Va. [20] [καὶ πεφορτισμένοι] om. B. [21] ὦ om. B Va. [22] ἀξιῶν. ἀζιῶ C. [23] ἐς τ' ἔννηφι. ἔστε ἔνηφι B hæc vv. om. C ubi supra ἀναβάλλεο. [24] δογμάτων τὸ διάφορον Schol. Vb. [25] ἠβρισμένων προσ. B. ἠκριβωμένων om. C.

Digitized by Google

præsens, non illos, ut Platoni placuit (*Rep.*, p. 398 P), aspergendo unguento, sed contra fetorem quem exhalant, nares communiendo. Illi enim non solum e terra editos, sed satitios quoque homines e serpentinis dentibus natos tradunt. Sola autem ea sunt cum veritatis doctoribus conferenda, quæ philosophi et historici nugantur. Ante omnia vero dicendum est, quanta de generis humani ortu inter illos pugna fuerit et contentio. Siquidem alii æternam hominum naturam dixerunt, terramque hoc genere plenam semper fuisse : alii vero in terra primum Attica natos homines, **820** alii in Arcadia primum exstitisse, alii rursus in Ægypto. Et aliarum quoque urbium magna fuit hac de re ambitio. Adhæc autem, alii beatum hoc animal vocitarunt, alii contra miserum atque infelicissimum. Et Homerus quidem imbecille illud ærumnosumque appellat; Theognis autem Siculus Megarensis exclamat :

Optima non nasci res est mortalibus ægris,
Nec solis radios cernere luminibus :
Aut, ubi natus homo est, propere hinc descendere ad orcum.

Consonant his quoque Euripidis tragœdiæ senarii :

Oportuit nos funeris luctu gravi
Dolere natum plurima ad discrimina :
At mortuum, qui cassus est laboribus,
Efferre læto corde, lætis vocibus.

Solonem præterea, qui leges Atheniensibus tulit, testis est Herodotus Crœso regi dixisse : « O Crœse, homo omnis est gravis calamitas. »

821 Pythagoras autem ac Plato, populum quemdam animarum corpore carentium introducunt, easque, postquam in peccatum aliquod inciderint, supplicii causa dicunt in corpora destinari. Ideoque Plato in *Cratylo* (p. 400 B) corpus sepulcrum vocavit, quasi anima in corpore sepulta sit. Concordia vero his et Philolaus Pythagoreus dixit his verbis : « Testantur autem veteres theologi ac vates, ob quædam supplicia corpori animam conjugatam, et in hoc tanquam in tumulo consepultam esse. » Verum Plato idem horum oblitus quæ dixerat, in tertio *Reipublicæ* libro plane contraria significat (B. Clem. Alex. IV, p. 571) : « Curandum est enim corpus, inquit, animæ causa et harmoniæ : per corpus enim vivere nobis licet, ac recte vivere, si veritatem clara voce testari velimus. » Quod si anima per corpus vivit, ac recte vivit, non utique fuit unquam ante corpus : si vero fuit ante corpus, utique et vivebat, cum immortalem sortita sit naturam et

A οὐ μύρῳ τούτους, κατὰ τὸν Πλάτωνα, χρίσαντας, ἀλλὰ τῇ φερομένῃ παρ' αὐτῶν δυσοσμίᾳ τὰς αἰσθήσεις ἀποτειχίσαντας. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ μόνον γηγενεῖς, ἀλλὰ καὶ σπαρτοὺς ἀνθρώπους γεγενῆσθαί φασιν, καὶ ἐκ δρακοντείων ἀναφῦναι [29] ὀδόντων. Ἄ δέ [71] γε φιλόσοφοι θρυλοῦσι [37] καὶ ξυγγραφεῖς, ταῦτα μόνα τῇ τῆς ἀληθείας παραθετέον διδασκαλίᾳ. Ῥητέον δέ γε πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσην περὶ τῆς τοῦδε τοῦ γένους ξυστάσεως ἔριν καὶ διαμάχην ἐσχήκασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀΐδιον εἶναι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εἰρήκασι, καὶ τοῦδε τοῦ γένους ἔμπλεων ἀεὶ [38] γεγενῆσθαι τὴν γῆν· οἱ δὲ, ἐν τῇ Ἀττικῇ πρῶτον φῦναι ἀνθρώπους· ἄλλοι δὲ, ἐν Ἀρκαδίᾳ [39] τοῦτο γενέσθαι πρῶτον· ἕτεροι δ' αὖ πάλιν, ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἄλλαις δὲ πόλεσι πολλὴ περὶ τούτου φιλοτιμία γεγένηται. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, οἱ μὲν ὄλβιον τόδε τὸ ζῶον κεκλήκασιν· οἱ δὲ, δείλαιον καὶ τρισάθλιον. Καὶ Ὅμηρος μὲν ἀκιδνὸν αὐτὸ καὶ ὀΐζυρὸν ὀνομάζει· Θέογνις δὲ ὁ Σικελιώτης ὁ Μεγαρόθεν [40] βοᾷ·

B *Πάντων* [41] *μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,*
Μηδ' ἐσορᾶν αὐγὰς ὀξέος [42] *ἠελίου·*
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

Ξυνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ τῆς Εὐριπίδου τραγῳδίας τὰ ἰαμβεῖα [43].

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς ξύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς δσ' ἔρχεται κακά·
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
Χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

C Καὶ Σόλωνα δὲ τὸν Ἀθηναῖον τὸν νομοθέτην [44] Ἡρόδοτος εἰρηκέναι τῷ Κροίσῳ ἔφη· « Ὦ Κροῖσε, πᾶς ἄνθρωπός ἐστι ξυμφορή. »

Πυθαγόρας δὲ καὶ Πλάτων δῆμόν τινα ψυχῶν ἀσωμάτων εἰσάγουσι, καὶ τὰς ἁμαρτάδι τινὶ περιπεσούσας, τιμωρίας χάριν, εἰς σώματα καταπέμπεσθαι λέγουσι. Τῷ τοι ὁ Πλάτων [45] ἐν τῷ *Κρατύλῳ* τὸ σῶμα σῆμα κέκληκεν, ὡς ἐν τούτῳ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ τεθαμμένης. Ξύμφωνα δὲ τούτῳ [46] καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε· « Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ πάλαι [47] θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας ἁ ψυχὰ [48] τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σάματι [49] τούτῳ τέθαπται. » Ἀλλὰ τῶνδε τῶν λόγων ὁ Πλάτων ἐπιλησθεὶς, τοὐναντίον ἐν τῷ τρίτῳ τῆς *Πολιτείας* παραδηλοῖ· « Ἐπιμελεῖσθαι γὰρ σώματος δεῖ [50], φησὶ, ψυχῆς ἕνεκα [51] ἁρμονίας· δι' οὗ βιοῦν τε ἔστι, καὶ ὀρθῶς βιοῦν, καταγγέλλοντας τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα. » Εἰ δὲ διὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ βιοῖ τε καὶ ὀρθῶς βιοῖ, οὐκ ἄρα ἦν ποτε πρὸ τοῦ σώματος· εἰ δὲ ἦν πρό γε τοῦ σώματος, καὶ ἔζη δήπουθεν καὶ ἐβίου. Ἀθάνατον γὰρ ἔχει φύσιν καὶ λογικήν. Εἰ δὲ ἦν μὲν πάλαι, οὐκ ὀρθῶς δὲ ἐβίου κεχωρισμένη

VARIÆ LECTIONES.

[29] ἀναφυῆναι. ἀναφῦναι B Va. [37] θρυλλοῦσι φιλόσοφοι τε. φιλόσοφοι θρυλοῦσι B. [38] ἀεὶ ἔμπλεων. ἔμπλεων ἀεὶ B ἀεὶ ἔμπλεω C. [39] Ἀρκαδίᾳ. Ἀρκαδίῃ C. [40] Μεγαρόθεν. Μεγαρῶθεν C. em. [41] πάντων. ἀρχὴν Vb. [42] ἐσορᾶν αὐγὰς ὄξεος. εἰσ ὁρᾶν αὐγὰς ὀξέας B μηδὲ ὁρᾶν — ὀξέας C. εἰσιδεῖν αὐγὰς ὀξέας Va. [43] ἰαμβία. ἰαμβεῖα C. [44] τὸν νομοθέτην. νομοθέτην τοῦτ' αὐτὸ C Sirm. [45] ὁ Πλάτων. ὁ om. B. [46] τούτων Sirm. [47] παλαιοί. πάλαι B. qui mox μάντιες pro μάντεις. [48] ἡ ψυχή. ἁ ψυχὰ B. [49] σήματι. σώματι B qui voluit procul dubio σάματι ut in Clemente, p. 518, 14 legitur. [50] δεῖ. δεῖν B. [51] εἵνεκα. ἕνεκα B.

Digitized by Google

[καὶ] [48] τοῦ σώματος, ἐν τῷ [49] σώματι δὲ γενομένη, καὶ τοῦτο ἄριστα παιδοτριβήσασα τὸν ὀρθὸν κατώρθωσεν βίον, διὰ τοῦ σώματος ἄρα τετύχηκε τῶν ἀγαθῶν, ὧν πρὸ τοῦ σώματος οὐ μετέλαχεν. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν τεθάφθαι αὐτὴν ἐν τῷ σώματι καθάπερ ἐν σήματι ἔφη;

Διὰ μὲν οὖν τούτων σαφῶς ἔγνωμεν, ὡς οὐ [72] μόνον ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἐναντία γεγραφήκασιν [50]. Ἵνα δὲ τὴν πολλὴν αὐτῶν καταμάθωμεν ἔριν, φέρε, πάλιν ἐπιδείξωμεν τίνα περὶ ψυχῆς οἱ πολυθρύλητοι τῶν φιλοσόφων ἐδόξασαν, καὶ ὅπως αὐτοὺς ἡ κενὴ δόξα, κατὰ τὸν Ὅμηρον [51],

Ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι.

rationalem. Quod si olim quidem erat, recte autem non vivebat a corpore sejuncta, at ubi venit in corpus, et hoc ipsa optime instituit, tunc rectam vitam duxit, sequitur ut per corpus bona consecuta fuerit, quorum ante corpus particeps non erat. Cur illam ergo in corpore tanquam in tumulo sepultam dixit?

Ex his itaque liquido perspeximus, quod non solum inter se invicem, sed sibimet ipsis de eadem **822** re pugnantia scripserint. Cæterum ut ingens illorum dissidium deprehendamus, age iterum ostendamus, qualia sint quæ de anima celeberrimi philosophorum opinati sunt, et quo pacto eos inanis gloria, ut Homerus ait:

Pugna contendere suasit.

Ἃ δέ γε ξὺν Θεῷ λέξω, ἐκ τῶν Πλουτάρχῳ καὶ Πορφυρίῳ καὶ μέντοι καὶ Ἀετίῳ [52] ξυγγεγραμμένων ἐρῶ. Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν· Ἀλκμὰν [53] δὲ αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν· ὁ δέ γε Πυθαγόρας, ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· ξυνεφώνησε δὲ τῷ λόγῳ [54] καὶ Ξενοκράτης. Ὁ δὲ [55] Πλάτων, οὐσίαν νοητὴν, ἐξ ἑαυτῆς κινητήν· ὁ δὲ Σταγειρίτης, ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος· ἐντελέχειαν δὲ τὴν ἐνέργειαν κέκληκε [56]. Κλέαρχος δὲ, τῶν τεσσάρων εἶναι [57] στοιχείων τὴν ἁρμονίαν· Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξίμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Ἀρχέλαος ἀερώδη τῆς ψυχῆς τὴν φύσιν εἰρήκασιν. Οἱ δέ γε Στωϊκοὶ, πνευματικὴν, πλείστου [58] μετέχουσαν τοῦ θερμοῦ. Παρμενίδης δὲ, καὶ Ἵππασος, καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη ταύτην κεκλήκασιν· ὁ δὲ Ἡρακλείδης, [59], φωτοειδῆ· Ἐπίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους [60], τεττάρων τινῶν ποιοτήτων κρᾶμα, πυρώδους καὶ ἀερώδους καὶ πνευματικοῦ καὶ τετάρτου τινὸς ἀκατωνομάστου [61]. Ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας. Κριτίας [62] δὲ ἐξ αἵματος εἶπε καὶ ἐξ ὑγροῦ· καὶ ἄλλοι δὲ [αὖ] ἄλλα λελεγήκασιν ἐναντία. Καὶ μέντοι καὶ περὶ τὴν ταύτης διαίρεσιν πλείστη γε τούτοις γεγένηται διαμάχη. Πυθαγόρας μὲν γὰρ καὶ Πλάτων διμερῆ ταύτην εἰρήκασι· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς εἶναι λογικὸν, τὸ δὲ, ἄλογον. Διχῇ δὲ [αὖ πάλιν] [63] τὸ ἄλογον ἕτεμον· καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ θυμικὸν εἶναι, τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν [εἶναι.] [64] Ὁ δὲ Ξενοκράτης καὶ ταῦτα τρίτος ἀπὸ Πλάτωνος ὢν [Σπευσίππου γὰρ τοῦ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦ γεγένηται φοιτητής] τὸ μὲν αἰσθητικὸν [εἶναι] [65] τῆς ψυχῆς ἔφη, τὸ δὲ, λογικόν. Ὁ δὲ Νικομάχου [66] πέντε εἶναι ταύτης ἔφησεν ἐνεργείας, τὴν ὀρεκτικὴν, τὴν θρεπτικὴν, τὴν αἰσθητικὴν, τὴν μεταβατικὴν, τὴν διανοητικήν [67]. Ἀλλ' οὐδὲ

Quæ autem Deo duce dicam, ex Plutarchi, et Porphyrii, Aetiique commentariis dicam. Thales igitur, animam appellavit immobilem naturam; Alcman vero, eam per se ipsam mobilem dixit, Pythagoras numerum esse qui seipsum moveat; cujus opinioni assensus est et Xenocrates: Plato autem intellectilem substantiam ex se mobilem; Stagirites, ἐντελέχειαν primam corporis naturalis et organici, quod aptum sit vitam accipere. Ἐντελέχειαν vero actum appellavit. At Clearchus, quatuor elementorum harmoniam esse ait. Anaximenes vero, et Anaximander et Anaxagoras et Archelaus aeriam dixerunt animæ naturam esse. Stoici, spiritualem quidem, sed quæ calidi plurimum habeat. Parmenides, Hippasus et Heraclitus, igneam hanc nuncuparunt, et Heraclides luminis specie præditam. Epicurus, Neoclis filius, commistionem quatuor quarumdam qualitatum, igneæ videlicet, aeriæ, ac spiritualis, quartæque præterea quæ nomen non habeat. Empedocles, mistionem ex ætheria aeriaque substantia. Critias vero ex sanguine et humido constare dixit. Alii **823** rursus alia, et contraria nugati sunt. Quin et de animæ divisione maxima inter eos fuit disceptatio. Pythagoras enim et Plato, et Democritus hanc in partes duas distribuunt: quarum altera sit ratione prædita, ratione altera careat. Rursusque hanc posteriorem bifariam secant, atque alteram ejus partem iracundiæ tribuunt, alteram cupiditati. Xenocrates autem, quanquam tertius a Platone censetur (fuit enim auditor Speusippi, Platonis sororis filii), in facultatem sentiendi ac vim rationis animam partitus est. At Nicomachi filius quinque illi officia partesque tribuit, appetendi, nutriendi, sentiendi, gradiendi, et cogitandi. Stoici vero in hoc numero non acquieverunt, sed octo ex

VARIÆ LECTIONES

[48] καὶ om. B C. [49] τῷ om. B Va. [50] γεγράφασιν. γεγραφήκασιν B v. Bast. Ep. Crit., p. 200-242. [51] Ὁμηρον. τίμαιον B et in marg. τιμαίου. [52] Ἀετίῳ ξυγγεγραμμένων. ἀέτῳ ξυγγεγραμμένα B. [53] Ἀλκμᾶν. Ἀλκμαίων Vb. [54] τῷ λόγῳ. τῷδε τῷ λόγῳ C. [55] ὁ δὲ — ἐξ ἑαυτῆς. ὁ δέ γε — ἐξαυτῆς B. Va. [56] κέκληκεν. εἴρηκεν Va. [57] εἶναι om. C. [58] πλείστου. πλείστην C. [59] Ἡρακλείδης. Ἡράκλειτος B. [60] Νεοκλέους. Νεοκλεὺς B. [61] ἀκατονομάστου. ἀκατωνομάστου B C. [62] Κριτίας. Κρατίας C. [63] αὖ πάλιν. om. B. [64] [εἶναι] om. B. C. [65] αἰσθητικὸν [εἶναι] αἰσθητὸν B εἶναι om. Va. [66] Νικομάχου. Νικόμαχος Vb. [67] τὴν διαν. καὶ τὴν διαν. C.

Digitized by Google

partibus animam constare dixerunt, ex sensu videlicet visus, auditus, olfactus, gustus et tactus, sextam vero vocalem potentiam, septimam seminalem, octavam principalem, a qua singulæ illarum vires accipiunt. Polypi etiam brachiis similem illam dixerunt. Pythagoræ autem successores e quinque elementis constare corpus asserentes (ad quatuor enim illa ætherium adjunxerunt), totidem etiam numero facultates animæ affirmarunt esse, quas appellarunt intellectum, prudentiam, scientiam, opinionem et sensum. Quanta item inter eos controversia sit **824** in collocanda principaliori animæ vi, facile est videre. Hippocrates enim, et Democritus, ac Plato, in cerebro sitam esse affirmant; Straton in superciliorum intercapedine. Erasistratus autem medicus, juxta membranam cerebri, quam epicranidem vocat; Herophilus, in ventre cerebri; Parmenides et Epicurus, in toto hominis pectore. Empedocles et Aristoteles, Stoicique universi cor illi sedem addicunt. Horumque rursus alii eam in cordis ventriculo constituunt, alii vero in sanguine, alii in membrana quæ cor ambit, alii in diaphragmate. Pythagoras, Anaxagoras, Diogenes, Plato, Empedocles et Xenocrates, animam dixerunt incorruptibilem esse. Heraclitus vero, animas hominum, corporibus liberatas, in mundi totius animam concedere ait, ut quæ sit ejusdem generis ac substantiæ. Stoici vero, sejunctas a corporibus animas, per seipsas quidem superstites vivere dixerunt, sed imbecilliores exiguo temporis spatio, validiores usque ad mundi conflagrationem. Democritus, Epicurus, et Aristoteles, animam corruptibilem esse libere asseruerunt. Plato et Pythagoras, rationalem quidem animæ partem incorruptibilem **825** esse, quæ autem ratione caret, corruptibilem. Ac Plato quidem etiam plantas animalia vocavit, quæ tertiam tantum animæ speciem concupiscibilem habeant. At Aristoteles, animalia illas ut appellaret adduci non potuit: quod enim sentiendi munere præditum est, id solum animalis nomine dignum censuit. Vegetativam autem et nutritivam animam inesse plantis opinatus est. Verum hanc opinionem Stoici minime admiserunt: vim enim vegetativam animam vocare abnuerunt. Zeno autem Cittiensis, sectæ hujus princeps, discipulos suos de anima hæc sentire docuit: genitale hominis semen, quod humore ac spiritu præditum est, partem esse animæ, seu avulsam particulam dixit, et progenitorum seminis confusam quamdam mistionem, de cunctis animæ particulis in unum collectam: ejus-

A τοῦτον οἱ Στωϊκοὶ τὸν ἀριθμὸν ἔστερξαν· ἐξ ὀκτὼ γὰρ μερῶν ἔφασαν τὴν ψυχὴν συνεστάναι, τῆς ὀπτικῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἀκουστικῆς, καὶ τῆς ὀσφραντικῆς [62], καὶ τῆς γευστικῆς, καὶ τῆς ἁπτικῆς· ἕκτον δὲ τὸ φωνητικὸν ἔφασαν· καὶ τὸ σπερματικὸν, ἕβδομον· καὶ τὸ ἡγεμονικὸν [63], ὄγδοον, ὑφ' οὗ τούτων ἕκαστον ἐνεργεῖται. Εἶπον δὲ αὐτὴν καὶ ταῖς τοῦ πολύποδος ἐοικέναι πλεκτάναις. Οἱ δέ γε Πυθαγόρου διάδοχοι ἐκ πέντε στοιχείων τὸ σῶμα κραθῆναι φάντες (τοῖς γὰρ [73] τέσσαρσι [64] συνέταξαν τὸ αἰθέριον), ἰσαρίθμους εἶναι ἔφασαν ταύτῃ [65] καὶ τῆς ψυχῆς τὰς δυνάμεις· καὶ ταύτας ὠνομάκασι νοῦν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ δόξαν, καὶ αἴσθησιν. Ὅσα δὲ καὶ [66] περὶ τῆς τοῦ ἡγεμονικοῦ χώρας διηνέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, ῥᾴδιον διαγνῶναι. Ἱπποκράτης μὲν
B γὰρ, καὶ Δημόκριτος, καὶ Πλάτων ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτο ἱδρύσθαι εἰρήκασιν· ὁ δὲ Στράτων, ἐν μεσοφρύῳ· Ἐρασίστρατος δὲ ὁ ἰατρὸς, περὶ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου μήνιγγα, ἣν καὶ [67] ἐπικρανίδα λέγει· Ἡρόφιλος δὲ, ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίᾳ· Παρμενίδης δὲ καὶ Ἐπίκουρος, ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, καὶ Ἀριστοκλῆς [68], καὶ τῶν Στωϊκῶν ἡ ξυμμορία τὴν καρδίαν ἀπεκλήρωσαν τούτῳ. Καὶ τούτων δ' αὖ πάλιν οἱ μὲν, ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας [69]· οἱ δὲ, ἐν τῷ αἵματι· καὶ οἱ μὲν, ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι· οἱ δὲ, ἐν τῷ διαφράγματι. Καὶ Πυθαγόρας μὲν, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ [70] Πλάτων, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Ξενοκράτης ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχὴν ἀπεφήναντο· ὁ δὲ Ἡράκλειτος τὰς ἀπαλλαττομένας
C τοῦ σώματος εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν ψυχὴν ἔφησεν [71], οἷα δὴ ὁμογενῆ τε οὖσαν καὶ ὁμοούσιον. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὰς χωριζομένας τῶν σωμάτων ψυχὰς διαρκεῖν [72] μὲν καὶ καθ' ἑαυτὰς ζῆν ἔφασαν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσθενεστέραν ἐπ' ὀλίγον, τὴν δέ γε ἰσχυροτέραν [73] μέχρι τῆς τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Ἀριστοτέλης φθαρτὴν εἶναι [74] ταύτην ἀνέδην εἰρήκασι. Πλάτων δὲ καὶ Πυθαγόρας, τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς ἄφθαρτον εἶναι, φθαρτὸν δὲ τὸ ἄλογον. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων καὶ τὰ φυτὰ ζῶα κέκληκε, τοῦ τρίτου γε τῆς ψυχῆς εἴδους [75] τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μόνου μετέχοντα· ὁ δέ γε [76] Ἀριστοτέλης [77] ζῶα μὲν αὐτὰ εἰπεῖν οὐκ ἠνέσχετο· τὸ γὰρ δὴ τῆς αἰσθητικῆς μετέχον [78] ψυχῆς τοῦτο καλεῖσθαι ζῶον ἠξίωσε· τῆς φυτικῆς μέντοι καὶ θρεπτι-
D κῆς ψυχῆς μετέχειν ὑπέλαβε τὰ φυτά. Ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον οἱ τῆς Ποικίλης οὐ προσεδέξαντο· τὴν γάρ τοι [79] φυτικὴν δύναμιν καλεῖν ψυχὴν οὐκ ἠνέσχοντο. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς [80] ὁ τῆσδε τῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, τοιάδε περὶ ψυχῆς δοξάζειν τοὺς οἰκείους [81] ἐδίδαξε φοιτητάς· τὸν γάρ τοι ἀνθρώπινον θορὸν, ὑγρὸν, ὄντα καὶ μετέχοντα πνεύματος, τῆς

VARIÆ LECTIONES.

[62] ὀσφραντικῆς. ὀσφρητικῆς B. [63] ἡγεμονικόν. ἡγεμονοῦν B. [64] τέσσαρσι. τέτρασι B. [65] τούτοις. ταύτῃ B C Va [66] καὶ om. C. [67] καὶ om. B Va. Vid. Plutarch. Plac. Phil., p. 909 A Euseb P. E., p. 852 B. [68] Ἀριστοτέλης. Ἀριστοκλῆς B. [69] καρδίας. ἀρτηρίας C. [70] ὁ om. B. [71] ἔφησεν. ἔφη Va. [72] διαρκεῖς μὲν καθ'. διαρκεῖν μὲν καὶ καθ' B, C Vb. [73] τὴν δέ γ' ἰσχυράν. τὴνδ' ἰσχυροτέραν B ἰσχυροτέραν item C. [74] εἶναι om. C. [75] γε τῆς ψυχῆς εἴδους. μέρους τῆς ψυχῆς C μέρους Vb. [76] ὁ δέ γε. γε om. B. [77] Ἀριστοτέλης. περὶ ψυχῆς β. 16. Themist. de An. 2, c. 8. et 43. URSIN. [78] μετέχον μετέχειν C. [79] τὸ γὰρ τήν. τὴν γάρ τοι B C. [80] Κιτιεύς. Κητιεὺς B. [81] οἰκείους. οἰκείας — ους B μαθητὰ Vb. pro φοιτητάς.

Digitized by Google

ψυχῆς ἔφησεν [82] εἶναι μέρος τε καὶ ἀπόσπαμα, καὶ τοῦ τῶν προγόνων σπέρματος κέρασμά τε καὶ μίγμα, ἐξ ἁπάντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων συναθροισθέν. Οὗ δὴ χάριν αὐτὴν καὶ φθαρτὴν προσηγόρευσεν. Νουμήνιος δὲ ὁ Πυθαγόρειος, πρὸς τούτους ἀποτεινόμενος [83], ἔφη· « Τὴν δὲ ψυχὴν γεννητήν τε καὶ [84] φθαρτὴν λέγουσιν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων, μέχρι τῆς εἰς πῦρ [74] ἀναλύσεως [85] τῶν πάντων· τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς ποιούς τινας χρόνους. » Καὶ ὁ Λογγῖνος δὲ αὐτῶν ἀντικρυς κατηγορεῖ, ὧδε γράφων· « Ζήνωνι μὲν [γὰρ] καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειεν [86] ἄν τις δικαίως, οὕτω σφόδρα ὑβριστικῶς [87] περὶ τῆς ψυχῆς διαλεχθεῖσιν [88]. Ἄμφω γὰρ τοῦ στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν ἔφασαν. » Ἀντικρυς δὲ τούτων ἐναντία τὰ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι δόξαντα· θείαν γὰρ δὴ μοῖραν τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι. Συμφωνεῖ δὲ καὶ ὁ Νικομάχου τῷδε τῷ λόγῳ, καίτοι θνητὴν εἶναι ἀποφηνάμενος τὴν ψυχήν· ἄλλο τι γὰρ εἶναι τὸν νοῦν παρὰ ταύτην ὑπέλαβε. Καὶ οἱ περὶ Πλάτωνα δὲ καὶ Πυθαγόραν θύραθεν [89] τοῦτον εἰσκρίνεσθαι λέγουσιν. Πάλιν δ' αὖ, οἱ μὲν αὐτῶν αὐτοκράτορα τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι, καὶ ἄγειν δύνασθαι, ᾗ ἂν ἐθέλῃ [90], τὰ πάθη· οἱ δὲ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ εἱμαρμένης ἀπεφήναντο δοῦλον, καὶ πρὸς τὰ τῶν Μοιρῶν ἄγεσθαι [91] νήματα, καὶ τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιδινήσεως καὶ τῆς τῶν ἄστρων συνόδου τὰς τούτου πράξεις καὶ ἐνεργείας ἠρτῆσθαι. Ὁ δέ γε Πλάτων τὴν ἐναντίαν τούτοις [92] περὶ ψυχῆς ἐξεπαίδευσε δόξαν. Ἐλευθέραν γὰρ αὐτὴν ἔφησεν εἶναι [93], καὶ δέσποιναν τῶν ἐνοχλούντων παθῶν, καὶ ἐκοῦσαν ᾗ τῇδε ᾗ ἐκεῖσε χωρεῖν, καὶ ἐθελουσίως γε ἢ νικᾷν ἢ ἡττᾶσθαι. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἐν τοῖς Νόμοις δεδήλωκε. Λέγει δὲ οὕτως· « Κάνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾷν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν [ἡ] πρώτη [94] καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι [αὐτὸν] ὑφ' ἑαυτοῦ, αἰσχιστόν [95] τε καὶ κάκιστον· ταῦτα γὰρ ὡς πολέμου ἐν ἑκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σημαίνει. » Καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· « Τόδε δ' ἴσμεν ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ σμήρινθοί [96] τινες ἐνοῦσαι σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις [97] ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι γε οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ [98] δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. Μίαν γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν [99] τῶν ἕλξεων εἶναι ἀρχήν· ᾗ συνεπόμενον ἀεί, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν μετρίως τῶν ἄλλων ἕκαστον· ταύτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ λογισμοῦ [1] ἀγωγήν. »

Ἀντικρυς δὲ διὰ τούτων δεδήλωκεν, ὡς οὔτε φύσιν ἐλάχομεν πονηρὰν καὶ κατὰ ἀνάγκην καὶ βίαν πλημμελοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, οὔτε ὑπὸ τῶν τῆς Κλωθοῦς νημάτων ἀγόμεθα, οὔτε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἄστρων

A que rei causa corruptibilem eam dixit. Numenius autem Pythagoricus, contra hos disserens ait (Euseb. P. E. p. 822 B) : « Animam vero isti generabilem corruptibilemque affirmant : non tamen simul atque corpore soluta est interire, sed per se durare ad quoddam temporis spatium : proborum quidem virorum, usquedum universa incendio absumantur, stultorum vero, ad certa quædam tempora. » Longinus quoque sic eos manifeste accusat (Euseb. *ibid.* p. 823 C) : « Zenoni quidem ac Cleanthi jure quis succenseat, qui de **826** anima ita contumeliose locuti sunt : uterque enim animam solidi corporis exhalationem quamdam esse dixerunt. » His autem prorsus contraria Pythagoræ ac Platoni visa sunt. Intellectum enim, divinam esse B partem affirmarunt. Cum quibus sensit et Nicomachi filius, tametsi corruptibilem animam esse dixerit : aliud enim quidpiam ab illa esse opinatus est. Platonici vero et Pythagorici, extrinsecus insinuari hunc dicunt. Horumque rursus alii intellectum sui dominum esse, moderarique affectus ut velit ; alii vero et necessitatis et fati servum esse dixerunt, agique Parcarum filis, et de cœli rotatu siderumque congressu omnes ejus actiones viresque pendere. Plato autem his contrariam de anima sententiam docuit. Liberam enim esse dixit, dominamque perturbantium illam affectuum, et sponte sua huc illuc ve ferri, suaque ipsius voluntate vincere vel succumbere. Quod quidem aperte in *Legibus* (p. C 606 E) ostendit. Sic autem ait : « Hic quoque, o hospes, seipsum vincere, prima victoriarum atque optima est : succumbere autem sibi ipsi, pessimum ac turpissimum. Atque hæc omnia singulis adversus seipsos bellum esse significant. » **827** Idemque rursus paulo post (p. 644 E) : « Scimus hoc autem, hujusmodi affectus, tanquam insitos nobis nervos et funiculos quosdam, trahere nos ac vicissim retrahere, sicut ipsi contrarii sibi sunt, in contrarias functiones, ubi discreta est sedes virtutis ac vitii. Dictat enim ratio, unum esse debere tractionum principatum : quem si quis ita consectetur, ut ab eo nunquam deficiat, plane persentiet modicas omnino esse vires affectionum, quæ in contrarias partes trahere conentur Hunc vero ductum ac principatum, rationis esse asserimus. » D His itaque verbis ostendit, nos malam naturam sortitos homines non esse, neque necessitate aut violentia cogi ad peccandum ; nec Parcarum filis agi, nec astrorum congressu ad agendum compelli ; sed esse animæ cum se ipsa certamen, vincendique habere facultatem, si inclinare ad virtutem

VARIÆ LECTIONES.

[82] ἔφησεν om. B εἶναι om. C. [83] ἀποτεινόμενος. ἀποφαινόμενος Vb. [84] τε καί. τε om. B. [85] ἀναλύσεως. ἀναλύσεως B Va. Sed vulg. tenet Numenius Eusebii P. E. p. 822 B. [86] νεμεσήσειεν. νεμεσήσαιεν C qui om. γάρ. [87] ὑβριστικῶς om. C. [88] διαλεχθεῖσιν. διατεθεῖσιν B Va. Vulg. habet Eusebius P. E. p. 823 C. [89] θύραθεν. οὐρανόθεν B. [90] ὡς ἂν ἐθέλῃ. ᾗ ὡς ἂν θέλῃ B. [91] ἄγεσθαι. λέγεσθαι B Va. Vid. infra v. 43. [92] ἐναντίαν τούτοις. τούτοις om. B. [93] ἔφησεν εἶναι. εἶναι φ. B. Va [94] ἡ πρώτη. ἡ om. B C Va. πρώτη τε καὶ Vb. [95] αἰσχιστον. πάντων αἴσχιστον Vb. [96] σμήρινθοι μήρυνθοι B. [97] καὶ ἀλλήλαις. καὶ γὰρ ἀλλ. B. [98] οὗ B. [99] δεῖν. δεῖ C ex em. [1] λογισμοῦ. λόγου B Va.

Digitized by Google

velit. Trahere quidem ad se cupiditatem, trahere et iram ex adverso : utrum autem pareat, necne, liberam esse rationi potestatem : quippe quæ ad aurigæ partes constituta est, ut agat ipsa, non ut agatur et trahatur. Comprobavit autem hanc eamdem sententiam et in decimo *Legum* (p. 904 B), his verbis : « Causas autem hujus vel illius generationis nostris singulorum voluntatibus permisit : qua enim cupiditate quis fuerit, qualiterve animo affectus, eo fere semper modo, talisque unusquisque nostrum fit ut plurimum. » Et post pauca hæc etiam adjecit : « Major autem anima, cum virtutis aut vitii particeps facta fuerit, **828** et sua voluntate, et valida consuetudine, quando divinæ virtuti adhæsit, talisque præcipue facta est, in locum sanctum potioremque alterum transfertur; cum vero contraria virtuti elegerit, ad contrarias quoque sedes vitam suam traducit atque constituit. » Hoc igitur etiam loco docuit, animæ voluntati Creatorem tribuisse meliorum rerum pejorumque optionem. Animi enim liberum arbitrium facit, ut in hanc vel illam partem inclinet; usus autem, et consuetudo, valide inhærentem habitum parit. Itaque cum virtutis amans anima ejus sibi formam impresserit, in alium quemdam locum commigrat, sanctum illum ac præsentibus potiorem : contra autem, quæ vitium præoptarit, turpemque vitam sectata sit, sibi quoque convenientem locum sortitur. In secundo etiam *Reipublicæ* [1] libro, consona his conscripsit in hæc verba (p. 379 B) : « Bonus est igitur Deus omnino, atque ita est asserendum ? Quidni ? Nihil vero noxium erit quod sit bonum ? quo enim pacto? Mihi non videtur. Nocebitne igitur quod non est noxium ? Minime. Quod vero non nocet, maline aliquid affert? Ne hoc quidem. Quod autem mali nihil facit, nullius mali est causa ? Qui enim possit ? Quid **829** igitur ? utilene erit quod est bonum ? Prorsus. Erit igitur causa rei bene gerendæ ? Erit, inquam. Non omnium igitur causa est bonum, sed eorum duntaxat quæ bene se habent, eorum vero quæ male, nequaquam. Sic est omnino, inquit. Non est igitur Deus, inquam ego, cum bonus sit, omnium causa, sicut multi aiunt; sed paucorum quidem hominibus causa est, multorum vero non est : siquidem multo pauciora nobis bona contingunt, quam mala. Ac bonorum quidem causa in nullum alium referenda est : malorum vero aliæ inquirendæ sunt causæ, non Deus. Verissime, inquit, dicere mihi videris. Igitur, inquam ego, nec Homerus, neque alius ullus poeta audiendi sunt, qui peccatum hoc de diis stultissime peccant, dicuntque :

Παράθετε, ὦ φιλότης, τοὺς λόγους τοῖς πράγμασι, καὶ βλέπετε καὶ τὴν Ἰουδαίων ἀντιλογίαν, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ὁμολογίαν, καὶ τὴν πανταχῇ [76] γῆς καὶ θαλάττης προσφερομένην θυσίαν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων πνευματικὴν, καὶ ὑμνήσατε τὸν οὕτως ἐναργῶς ταῦτα προαγορεύσαντα [77]. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ τοῦ Δανιὴλ, καὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ καὶ τοῦ Ἰωὴλ [78], καὶ Μιχαίου, καὶ Ὡσηὲ, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν ἀνάγνωτε τὰ θεσπίσματα. Ἅπαντες γάρ τοι [79] τὴν τῶν ἐθνῶν προαγορεύουσι σωτηρίαν. Καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ τὰς συνθήκας ποιούμενος, διὰ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ δώσειν τοῖς ἔθνεσι τὴν εὐλογίαν ὑπέσχετο. « Εὐλογήσω γάρ σε, ἔφη, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος, καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Καὶ ταύτην αὐτῷ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ [80] πολλάκις δέδωκε τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ μέντοι καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν [τὴν] [81] αὐτὴν παρέσχε καὶ τῷ Ἰσαὰκ [τὴν] [82] εὐλογίαν, καὶ μετ' ἐκεῖνον πάλιν τῷ Ἰακώβ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ [83] ἐκείνων τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν λαβὼν ὁ Μονογενὴς ἐνηνθρώπησεν [84], ἐνανθρωπήσας δὲ, καὶ τὴν οἰκονομίαν τελέσας, εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τοὺς ἀποστόλους ἐξέπεμψε, καὶ προσέταξε μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πιστεύσαντα δὲ τὰ ἔθνη [85] τῆς σωτηρίας ἀπέλαυσεν [86]· εἰκότως ἄρα καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου τήνδε παρέσχε τὴν εὐλογίαν, καὶ αὐτοῖς δῆλα ποιῶν τὰ ἐσόμενα, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ γέρως [87] ἐπιδεικνὺς, καὶ τοὺς τῶν θείων ἐπαΐοντας λογίων τῇ τῆς σωτηρίας ἐλπίδι ψυχαγωγῶν. Καὶ Ἰακὼβ δὲ ὁ πατριάρχης, εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν, τῆς τῶν ἐθνῶν ἐμνημόνευσεν εὐλογίας. « Οὐκ ἐκλείψει γὰρ, ἔφη, ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ [88] ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ ὁ μέγας B Comparate, amici, verba hæc cum rebus ipsis, ac videte tum Judæorum contumaciam, tum gentium confessionem, et ubique terra ac mari spirituale Domino sacrificium offerri : eumque laudate, qui hæc tam manifeste prædixit. Quod si vultis, et Danielis, et Ezechielis, et Joelis, et Michææ, et Oseæ, aliorumque prophetarum oraculis oculos admovete. Omnes enim gentium salutem prædicunt. Quin et Deus ipse cum patriarcha Abrahamo insigne illud fœdus percutiens, in semine ipsius daturum se gentibus benedictionem promisit. « Benedicam tibi, inquit, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus : et benedicam benedicentibus tibi, **979** et maledicentibus tibi maledicam : et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [p]. » C Neque hoc illi semel, verum sæpius est pollicitus : quin et eo defuncto, eamdem benedictionem dedit filio ejus Isaaco, postque illum Jacobo. Quia enim ex illorum semine assumpta natura humana, Unigenitus factus est homo, et homo factus, dispensationeque perfecta, in omnem terram apostolos misit, gentesque omnes docere præcepit, et illæ in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti credentes salutem consecutæ sunt [q], jure et Abrahamo et iis qui ex eo sunt geniti, benedictionem hanc dedit, eisdemque futura prænuntians, magnitudinem præmii ostendit, ac divinorum verborum auditores spe salutis consolatus est. Jacobus etiam patriarcha, cum Judæ benediceret, de gentium benedictione D non tacuit. « Non deficiet enim, inquit, princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat ille cui repositum est, et ipse exspectatio gentium [r]. » Magnus item Moses exclamat : « Lætamini, gentes, cum populo ejus [s]. » Divini autem Davidis prophetias quis facile colliget? In secundo enim psalmo Salvatoris nostri personam assumens : « Dominus, inquit, dixit ad me : **980** Filius meus

[o] Malach. I, 10-12. [p] Gen. XII, 2, 3. [q] Matth. XXVIII, 19. [r] Gen. XLIX, 10. [s] Deut. XXXII, 43.

VARIÆ LECTIONES.

[75] ποῖον δὲ τὴν μαρτυρίαν οὐκ ἔχει τῶν εἰρημένων βοῶσαν C. [76] [καὶ—ἔθνεσι] om. C. [76] καὶ τὴν καντα- χῆ. καὶ πανταχοῦ B. [77] προαγορεύσαντα. προσαγορεύσαντα C. [78] Ἰωήλ. τοῦ Ἰωὴλ B. [79] γάρ τοι. γὰρ οὗτοι Vb e conj. ut videtur. [80] ἀλλά. ἀλλὰ καὶ B. [81] [τὴν] om. C. [82] [τὴν om. B. [83] τοῦ om. B. [84] ἐνηνθρώπησεν· ἐνανθρωπήσας. ἐνηνθρώπισεν· ἐνανθρωπίσας C. [85] τὰ ἔθνη om. B, Va. [86] ἀπήλαυσεν. ἀπέλαυσεν B, ἀπόλαυσεν V. [87] γέρως. γήρως C. [88] ᾧ. ὃ B.

Digitized by Google

es tu : ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [t]. » In octavo autem psalmo : « Domine, inquit, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos? Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem [u]. » Videmus autem hæc quotidie evenire. In nono etiam psalmo ad Deum universorum conversus : « Exsurge, inquit, Domine, non confortetur homo : judicentur gentes in conspectu tuo. Constitue, Domine, legislatorem super eos, ut sciant gentes quod homines sint [v]. » Quia enim ad extremam insaniam genus humanum delapsum erat, necessario petit dari eis legislatorem, ut naturam suam agnoscant, et ferinos mores deponant. In vicesimo autem primo : « Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium : quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentibus [x]. » Et quæ sequuntur, eamdem habent sententiam. Prædicit enim e cunctis gentibus novum populum. Atque ut plura prætermittam, audite ipsum in quadragesimo quarto psalmo sic dicentem : « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : constitues eos principes super omnem terram [y]. » Item in quadragesimo quinto : « Vacate, et cognoscite, quod ego sim Deus : exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra [z]. » Qui vero **981** hunc sequitur psalmus, salutem gentium totus prædicit : « Omnes gentes, inquit, plaudite manibus, jubilate Deo cum voce exsultationis. Quoniam Dominus altissimus terribilis, rex magnus super omnem terram [a]. » Sed et (quadragesimus) septimus, et octavus, et nonus, omnesque pene dicam psalmi Davidici, orbis terræ mutationem prædicunt, gentiumque prædicant' et vocationem et fidem, Dei præterea et Salvatoris nostri exsistentiam illam quæ est ante sæcula, generationem ex Patre, partum ex Virgine, miracula, supplicia, Judæorum incredulitatem, resurrectionem ex mortuis, in cœlum ascensionem, Spiritus sancti adventum, apostolorum in universum orbem terra marique discursum.

A βοᾷ [89]· « Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Τὰς δὲ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ προφητείας τίς ἂν ῥᾳδίως συλλέξειεν; Ἐν μὲν γὰρ τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ, τὸ τοῦ Σωτῆρος [90] πρόσωπον ἀνειληφὼς, λέγει· « Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ φησί· « Κύριε ὁ Θεὸς [91] ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. » Ὁρῶμεν δὲ ταῦτα καθ' ἑκάστην τελούμενα. Ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ πάλιν πρὸς τὸν τῶν ὅλων λέγει Θεόν· « Ἀνάστηθι, Κύριε· μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος· κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου [92]·

B κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς· γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. » Ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀλογίαν ἐσχάτην ἐξέπεσε [93] τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ἀναγκαίως αὐτοῖς δοθῆναι νομοθέτην αἰτεῖ, ὥστε καὶ τὴν φύσιν ἐπιγνῶναι καὶ τῆς θηριωδίας ἀπαλλαγῆναι. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ καὶ εἰκοστῷ· « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. » Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχει [94]· προλέγει γὰρ τὸν [95] ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν νέον λαόν. Καὶ ἵνα τὰ πλείονα παραλείπω [96], ἀκούσατε αὐτοῦ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ λέγοντος· « Ἀντὶ γὰρ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν [97] οἱ υἱοί σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ πάλιν

C ἐν τῷ με'· « Σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός [98]· ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. » Ὁ δὲ μετὰ τοῦτον ὅλος τὴν τῶν ἐθνῶν [99] προαγορεύει σωτηρίαν. « Πάντα γὰρ, φησὶ, τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας· ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι Κύριος ὕψιστος φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ ὁ ἕβδομος [1] δὲ καὶ ὁ ὄγδοος, καὶ μέντοι καὶ ὁ ἔνατός, καὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἱ ψαλμοὶ τὴν τῆς οἰκουμένης μεταβολὴν προθεσπίζουσι, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν προκηρύττουσι [καὶ] [2] κλῆσιν καὶ πίστιν, καὶ πρός γε τούτοις τοῦ [3] Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν, τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησιν, τὸν ἐκ [τῆς] [4] Παρθένου τόκον, τὰ θαύματα, τὰ παθήματα, τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπιστίαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, τὸν εἰς πᾶσαν [5] γῆν καὶ θάλατταν τῶν ἀποστόλων δρόμον.

Eadem vero hæc alii prophetæ vaticinantur universi. Ego autem prædictiones omnes colligere supervluum putavi. Multis enim mihi libris opus esset, si omnes describerem, et de singulis opportuna de-

D Καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ ἄλλοι [6] προφῆται ταῦτα προλέγουσιν ἅπαντες. Ἐγὼ δὲ πάσας συναγαγεῖν τὰς προῤῥήσεις πάρεργον ὑπείληφα· πολλῶν γὰρ ἂν ἐδεήθην [7] βιβλίων, καὶ πάσας γράφων [8], καὶ περὶ

[t] Psal. II, 7, 8. [u] Psal. VIII, 2, 3. [v] Psal. IX, 20, 21. [x] Psal. XXI, 28, 29. [y] Psal. XLIV, 17. [z] Psal. XLV, 11. [a] Psal. XLVI, 2, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[89] ἐβόα. βοᾷ B. [90] Πατρός. Σρς B, C. [91] ὁ Κύριος. ὁ Θεὸς B. [92] [ἐνώπιόν σου] om. B, C. [93] ἐξέπεσε. ἔπεσε B. [94] ἔχει διάνοιαν. διάνοιαν ἔχει B ante ὅτι ἄνθ. [95] γὰρ τόν. δὲ τὸν B. [96] παραλείπω. παραλίπω B. [97] ἐγεννήθησαν. ἐγενήθησαν B, C. [98] ὁ Θεός. Κύριος C. [99] τῶν ἐθνῶν. τῶν om. B. [1] ὁ ἕβδομος. καὶ ὁ ἕ. C, ubi mox ὄγδος — ἔνατος. καὶ item C. καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς, ἕβδομος δὲ καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς ὄγδοος, καὶ μέντοι καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς ἔνατος Vb. [2] [καὶ] om. B, ubi κλισιν (ῆ supra ι). [3] τοῦ om. B. [4] τῆς om. B. [5] πᾶσαν. ἅπασαν B, Vb. Tum τὴν γῆν C. [6] οἱ ἄλλοι. οἱ om. Vb. [7] ἐδεήθην. ἐθεήθην B, et v. seq. ἐθέλητε cum Vb. [8] πάσας γράφων. πολλῶν γραφῶν Vb, qui om. δέ γε.

Digitized by Google

ἑκάστης δέ γε τὰ πρόσφορα λέγων. Ἀρκεῖ δὲ ὑμῖν, ἂν [9-10] θέλητε, καὶ τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν ἀκηκόατε, τὴν ἀλήθειαν διαγνῶναι. Σαφεῖς γὰρ αὗται καὶ ἀληθεῖς, καὶ οἷόν τινες ἐναργεῖς [151] εἰσι τῶν πραγμάτων εἰκόνες. Ὥσπερ τοίνυν τῶν ἀρίστων ζωγράφων τὴν τέχνην ῥᾷον ἄν τις καταμάθοι [11] τῷ ἀληθινῷ καὶ ἀρχετύπῳ χαρακτῆρι παρατιθεὶς τὴν εἰκόνα, οὕτω χρὴ καὶ ὑμᾶς καθάπερ ἰδέαν [12] τινὰ τὴν προφητείαν ὑπὸ τοῦ σοφωτάτου προδιαγραφεῖσαν ζωγράφου παραθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἤδη λαβοῦσι [13] τὸ πέρας, καὶ τὸ τῆς ὁμοιότητος [14] θεάσασθαι ἀπαράλλακτον. Πάλαι μὲν γὰρ πρὶν δέξηται [15] τὸ πέρας ἡ προφητεία, εἶχέ τινα πόνον τὸ πεῖσαι τοὺς τηνικαῦτα ἀνθρώπους ὡς ἀληθῆ τὰ θεσπίσματα· ἐπειδὴ δὲ τὰ πάλαι καὶ πρόπαλαι προῤῥηθέντα νῦν ὁρῶμεν τετελεσμένα, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα γενόμενα πράγματα, οὐ δεῖ πόνων ἡμῖν εἰς τὸ πεῖσαι τὰς ἀκοάς. Ἔχουσι γὰρ αὗται [16] μαρτυροῦντα τὰ ὄμματα· καὶ περιττὸς ἡμῖν Ἡρόδοτος, λέγων, ὅτι « Τὰ ὦτα ὑπάρχει ἀνθρώποις ἀπιστότερα ἐόντα τῶν ὀφθαλμῶν [17]. » Ὁρῶστι γάρ που οἱ ὀφθαλμοὶ ἅπερ ἀκούει τὰ ὦτα.

Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ὀλίγων προφητειῶν [18] ἐπηκούσατε, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἑοράκατε [19] μαρτυρίαν, παράθετε, ὦ ἄνδρες, τοῖς ὑμετέροις [20] χρησμοῖς τῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα, καὶ βοήσατε μετὰ τοῦ Ἀποστόλου· « Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ [21] μετὰ ἀπίστου; τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; » Ναοὶ μὲν γὰρ τοῦ [22] Θεοῦ, τῶν προφητῶν οἱ χοροί· εἴδωλα δὲ κωφὰ, τὰ παρὰ τῶν ἐθνῶν προσκυνηθέντα [23], περὶ ὧν τὸ θεῖον Πνεῦμά φησι· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσι· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν· [οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.] [24] Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Ὑμᾶς δὲ γένοιτο μεταμαθεῖν [25] τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῆς προφητικῆς μὴ μεταλαχεῖν [26] ἀρᾶς.

A cerperem. Sufficit autem vobis, si velitis, etiam aliarum ex iis quas audistis veritatem discernere. Sunt enim manifestæ et veræ, ac veluti expressæ quædam rerum imagines. Sicut itaque optimorum pictorum artem facilius explorare quis poterit, qui veræ atque archetypæ rei pictam imaginem conferat : ita et vos decet, velut ideam quamdam, prophetiam **982** a sapientissimo pictore ante depictam rebus ipsis, cum finem jam sortita est, conferre, ac nihil variantem similitudinem intueri. Prius enim quam finem consequeretur prophetia, non parum olim laboris erat, persuadere illius ævi hominibus, eventura esse quæ prædicebantur. Nunc autem, cum impleta videamus quæ prædicta dudum olim fuerant, et verbis res ipsas successisse, nullus jam nobis est B labor ad faciendam auribus fidem. Habent enim illæ oculorum testimonium, supervacaneumque nobis est Herodoti dictum, « aures hominibus esse oculis infideliores ; » oculi enim nostri vident quæ auditu aures accipiunt.

Quando igitur et prophetias pauculas audistis, et rerum testimonia oculis inspexistis, comparate, o viri, prophetarum prædictiones cum vestris oraculis, et cum Apostolo exclamate : « Quæ societas luci cum tenebris? in quo conveniunt Christus et Beliar? aut quæ pars fideli cum infideli? quis consensus templo Dei cum idolis [b]. » Templa enim Dei sunt prophetarum chori; idola vero, quæ gentes adorarunt, surda et muta sunt, de quibus et Spiritus C divinus ait : « Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt. Aures habent, et non audient; nares habent, et non odorabunt. Manus habent, et non palpabunt; **983** pedes habent, et non ambulabunt. Non clamabunt gutture suo : neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis [c]. » Vobis autem, o viri, utinam contingat veritatem perdiscere, nec propheticæ imprecationis pati supplicium.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Περὶ τέλους καὶ κρίσεως.

Ἀρίστιππον ἐκεῖνον ἴσως, ὦ ἄνδρες, ἀκούετε, τὸν Ἀριστίππου τοῦ Σωκράτους ἑταίρου [27] θυγατριδοῦν. Οὗτος, τῇ μητρὶ φιλοσοφούσῃ συνὼν, φιλοσοφίας ὡς πλεῖστον μετείληχεν. Ἔλαχε δὲ καὶ ὄνομα ξυντεθὲν ἐκ τοῦ πράγματος· *Μητροδίδακτον* γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον ἅπαντες. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἤρκεσεν εἰς μετ-

SERMO XI.

De fine et judicio.

D Aristippi nomen, o viri, ad vestras fortasse aures pervenit : illius, inquam, qui ex filia nepos fuit ejus Aristippi, quo Socrates amicissimo usus est. Is itaque ex matris philosophantis convictu, ad magnam philosophiæ cognitionem pervenit : cognomen autem a re ipsa contraxit, omnes enim illum *Metro-*

[b] II Cor. vi, 15, 16. [c] Psal. cxiii, 12-17.

VARIÆ LECTIONES.

[9.10] ἄν. ἐὰν C. [11] καταμάθοι. καταμάθῃ C. [12] ἰδέαν. εἰδέαν B. [13] λαβοῦσαν. λαβοῦσι B. [14] ὁμοιότητος. ὁμοιώσεως (οτητος supra ωσεως) B ; correctio est a p. m. [15] δέξηται. δέξασθαι Vb. [16] αὗται. αὐτὰ B. Mox ὀνόματα C. [17] τῶν ὀφθ. τῶν om. C, qui infra ἀκούουσι. [18] προφητειῶν. προφητῶν B. [19] ἑωράκατε. ἑοράκατε B. [20] ὑμετέροις. ἡμετέροις C. [21] πιστῷ. πιστῶν C. [22] τοῦ om. B. [23] προσκυνηθέντα. προσκινηθέντα B. [24] [οὐδὲ, etc.] om. C. [25] μεταμαθεῖν. καταμαθεῖν Vb, f. e conj. [26] μεταλαβεῖν. μεταλαχεῖν B. [27] ἑταίρου. ἑταῖρον B.

Digitized by Google

didacton, hoc est, *matris discipulum*, appellabant. Verum illi quidem ad consequendam philosophiam sola matris documenta satis fuerunt : vos vero, licet tot jam prophetas et apostolos audieritis, nec non et eos qui hos secuti doctrina claruerunt, veritatem tamen perdiscere non vultis. Hoc autem vobis inde vitium advenit, quod inutilia fortasse arbitramini hæc esse instituta. Non enim Syracusanas delicias, non remissum ac mollissimum vitæ genus pollicentur, nec exsecrandas divitias, earumque fluxus lubricum euripum, sed sudores et labores, vitamque **984** multis ærumnis expositam. Sunt enim hæc vobis perspicua : horum autem finis non cernitur. Assueti enim ea sola intueri quæ cernuntur, scire non potestis eorum naturam quæ non conspiciuntur. Oculis enim illis caretis, quorum fides est opifex. Ego vero, quoad in me erit et vobis capere licebit, sacrorum hic quoque voluminum facibus admotis, hæc etiam ostendam. Operæ autem pretium nunc etiam facturum me puto, si philosophorum opiniones ac divina Evangeliorum dogmata ex adverso constituam, ut ex comparatione cognoscatis quemnam illi finem statuerint, et quem divini sermones pollicentur.

Epicurus ergo jucundissima vita finem metitur. Supremum enim bonum, solam esse voluptatem opinatus est. Democritus autem Abderites, hujus dogmatum pater, pro voluptate concupiscentiam posuit, non sententiæ, sed nominum duntaxat facta mutatione. Heraclitus item Ephesius, nomen quidem mutavit, sed sensum servavit : nam pro voluptate, beneplacitum dixit. Habet tamen et aliam vim quamdam hæc definitio. Nam indefinite beneplacitum posuit, qualitatem vero illius non expressit. Sunt autem hac in re variæ hominum, differentesque sententiæ. Siquidem aliis placet temperantia, aliis vero vitium huic contrarium ; aliis incontinentia placet, **985** aliis continentia ; aliis vita iniquitati et avaritiæ dedita, aliis justitiæ tenax. Quod itaque unicuique placet, quodque jucundum est et amabile, id ille videtur finem definivisse, pro voluptatis nomine beneplacitum appellans. Celeberrimus autem Pythagoras ultimum bonum in exactissima numerandi scientia opinatus est esse ; Hecatæus in rerum sufficientia ; Antisthenes in animi modestia ; Anaxagoras vero Clazomenius, in vitæ speculatione, animique libertate quæ ex illa proficiscitur, convenientem philosopho definitionem constituens. Maximum quippe bonum est naturam rerum callere, et quæ fluxa sunt contemnere, animumque ab omni servitute liberum conservare. Plato autem, Aristonis filius (*Rep.* p. 613 A), altitudine ac magnificentia definitionis illum superavit.

ουσίαν φιλοσοφίας καὶ μόνα τῆς μητρὸς τὰ παιδεύματα· ὑμεῖς δὲ, καὶ προφητῶν τοσούτων [καὶ ἀποστόλων][28] ἀκούοντες, καὶ μέντοι καὶ τῶν μετ' ἐκείνους [ἐν[29] διδασκαλίᾳ λαμψάντων, μαθεῖν οὐ βούλεσθε τὴν ἀλήθειαν. Τοῦτο δὲ [152] ὑμῖν ξυμβαίνει τὸ πάθος, ἐκπέρ ἀνόνητα τυχὸν ταυτὶ νομίζετε τὰ μαθήματα. Οὐ γὰρ Συρακουσίαν χλιδὴν, οὐδέ γε ἀνειμένον καὶ ἀβροδίαιτον ἐπαγγέλλεται βίον, οὐδὲ τὸν πολυάρατον πλοῦτον, καὶ τῶν[30] ἐκείνου ῥευμάτων τὸν εὔριπον, ἀλλ' ἱδρῶτας[31], καὶ πόνους, καὶ πολιτείαν πολύμοχθον. Ταυτα γὰρ ὑμῖν κατάδηλα, τὸ δέ γε τούτων τέλος ἀθέατον. Μόνα[32] γάρ που εἰωθότες τὰ ὁρώμενα βλέπειν, ἰδεῖν οὐ δύνασθε τῶν ἀοράτων τὴν φύσιν· τοὺς ὀφθαλμοὺς γὰρ ἐκείνους οὐκ ἔχετε ὧν ἡ πίστις δημιουργός. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν, ὡς ἔμοιγε δυνατὸν καὶ ὑμῖν χωρητὸν, δηλώσω καὶ ταῦτα, τῇ τῶν θείων λογίων πάλιν χρώμενος δαδουχίᾳ. Προὔργου δὲ οἶμαι δεῖξαι καὶ νῦν ἐκ παραλλήλου τῶν φιλοσόφων τὰς δόξας καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων τὰ δόγματα, ἵνα γνῶτε[33] τί μὲν ἐκεῖνοι τέλος ὡρίσαντο, τί δὲ οἱ θεῖοι ἐπαγγέλλονται λόγοι.

Ὁ μὲν οὖν[34] Ἐπίκουρος τὸ ἥδιστα ζῆν ὡρίσατο τέλος· τέλεον γὰρ ἀγαθὸν μόνην ἡγεῖτο τὴν ἡδονήν. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ τῶν τούτου δογμάτων πατὴρ, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς τὴν ἐπιθυμίαν[35] τέθεικεν· ὀνομάτων, οὐ δογμάτων ἐναλλαγὴν[36] ποιησάμενος. Καὶ Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος τὴν μὲν προσηγορίαν μετέβαλε, τὴν δὲ διάνοιαν[37] καταλέλοιπεν· ἀντὶ γὰρ τῆς ἡδονῆς εὐαρέστησιν[38] τέθεικεν. Ἔχει δέ τινα καὶ ἑτέραν ἔμφασιν οὗτος ὁ ὅρος. Ἀορίστως γὰρ τὴν εὐαρέστησιν τέθεικε, τὸ δὲ ταύτης[39] ποιὸν οὐ δεδήλωκε. Διάφοροι δὲ τῶν ἀνθρώπων αἱ γνῶμαι· τοῖς[40] μὲν γὰρ ἀρέσκει σωφροσύνη, τοῖς δὲ ἡ ταύτης ἐναντία κακία[41]· καὶ τοῖς μὲν, ἀκρασία· τοῖς δὲ, ἐγκράτεια· καὶ τούτοις[42] μὲν, ἄδικος καὶ πλεονεκτικὸς βίος· ἐκείνοις δὲ, δίκαιος. Τὸ τοίνυν ἑκάστῳ[43] ἀρέσκον, ἡδύ τε καὶ ἀξιέραστον, οὗτος[44] ὡρίσατο τέλος, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς τὴν εὐαρέστησιν τεθεικώς. Ὁ δὲ πολυθρύλητος Πυθαγόρας τὴν τελεωτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην ἔσχατον ὑπέλαβεν[45] ἀγαθόν· ὁ Ἑκαταῖος δὲ, τὴν αὐτάρκειαν· ὁ δὲ Ἀντισθένης, τὴν ἀτυφίαν· Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος, τὴν θεωρίαν τοῦ βίου, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν, φιλοσόφῳ δὴ πρέποντα ὁρισάμενος ὅρον. Μέγιστον γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν τὸ ξυνιδεῖν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ τῶν ῥεόντων καταφρονῆσαι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀδούλωτον καὶ ἐλευθέραν διατηρῆσαι. Πλάτων δὲ ὁ Ἀρίστωνος τῇ μεγαλονοίᾳ τοῦ ὅρου καὶ τοῦτον ἀπέκρυψε· τὸ γὰρ, *ὁμοιωθῆναι θεῷ*[46] *κατὰ τὸ δυνατὸν*, τέλος ὡρίσατο τῶν ἀγαθῶν. Ἀξιέπαινος μὲν οὖν καὶ ἡ

VARIÆ LECTIONES.

[28] καὶ ἀποστόλων om. B. [29] [ἐν] om. C. [30] καὶ τῶν. καὶ τὸν B. Mox εὔριππον C. [31] ἱδρῶτας. ἱδρότας B. [32] μόνα. μόνων C. [33] γνῶτε. γνώσησθε B, Va. [34] μὲν οὖν. γε μὴν Vb. [35] ἐπιθυμίαν. εὐθυμίαν Sirm. Forte ex Clem. Alex. *Str.* II. p. 498, 5. v. Menag. *ad D. Laert.* IX. 45. [36] ἐναλλαγήν. ἐναλλαγῇ C. [37] [οὐ] ante καταλέλοιπε om. B. [38] εὐαρέστησιν. εὐδοκίαν Vb, et sic infra. [39] τὸ δὲ ταύτης. τί δὲ αὐτῆς B. [40] τοῖς. τοὺς B C. [41] κακία. κάκη B. [42] τούτοις. τούτους B, et mox ἐκείνους. [43] ἑκάστῳ. ἐκείνῳ Vb. [44] οὗτος. οὕτως C. [45] ὑπελάμβανεν. ὑπέλαβεν B, C. [46] τῷ θεῷ. τῷ om. B, et mox om. τοῦ.

Digitized by Google

περὶ τὴν μίμησιν τῶν θείων [47] παραίνεσις· ἡ δὲ [τοῦ], *κατὰ τὸ δυνατόν*, προσθήκη ἀξιαγαστότερον τὸν ὅρον ἀπέφηνεν [48]. Οὐ γὰρ [49] κατὰ πάντα δυνατὸν [153] ὁμοιωθῆναι Θεῷ. Πῶς γὰρ ἂν τις ὁρατὸς ὢν ὁμοιωθείη [50] τῷ ἀοράτῳ· καὶ βραχὺς ὢν, καὶ τόπῳ σμικρῷ περιγεγραμμένος [51], τῷ ἀπεριγράφῳ καὶ τὴν κτίσιν [52] συνέχοντι· καὶ αὖ πάλιν τῷ αἰωνίῳ, πρόσφατος ὢν· καὶ τῷ τὰ [53] πάντα τεκτηναμένῳ, μηδὲ πηχυαῖον [54] οὐρανὸν δημιουργῆσαι δυνάμενος; Τοιγάρτοι οὔτε τὴν φύσιν ἐκείνην, οὔτε τὴν δύναμιν, οὔτε μὴν τὴν σοφίαν μιμήσασθαι δυνατόν· τοῦ ἀγαθοῦ μέντοι καὶ δικαίου καὶ ἡμέρου καὶ φιλανθρώπου τύπους ἀμηγέπη τινὰς ἐκμάξασθαι οἷόν τε. Καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ταύτην τοῖς τελειότητος ἐφιεμένοις τὴν μίμησιν προῦθηκε· « Γίνεσθε γάρ, φησὶν, οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ [55] ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν· ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Καὶ ὁ τοῦ Πλάτωνος δὲ διδάσκαλος ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, οὐ τὸν πλούτῳ περιῤῥεόμενον, καὶ ἐξ οὐρίων φερόμενον, ἀλλὰ τὸν δικαιοσύνῃ κοσμούμενον, εὐδαίμονα εἴωθεν [56] καλεῖν· καὶ ἀσεβεῖς ὠνόμαζε τοὺς τὸ ξυμφέρον τοῦ δικαίου χωρίζοντας· μόνον γὰρ εἶναι ξυμφέρον τὸ δίκαιον ἔλεγεν. Οἱ δέ γε ῥήτορες τούτων ἐπαΐειν τῶν λόγων οὐκ ἤθελον· ἄλλο γάρ τι παρὰ τὸ ξυμφέρον εἶναι τὸ δίκαιον ἔλεγον, ἀξύμφορον ταύτῃ πῃ τὸ ξυμφέρον δεικνύντες [57]· ἄδικον γὰρ δήπουθεν, τὸ τοῦ δικαίου κεχωρισμένον· τὸ δέ γε ἄδικον, βλαβερόν· τὸ δὲ βλαβερὸν [58], οὐκ ἂν εἰκότως κληθείη ξυμφέρον. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ Σωκράτης καὶ ξύμπωνα ἐφάτην καὶ ἀξιέπαινα· Ἀριστοτέλης δὲ, τῆς Πλάτωνος διδασκαλίας μεταλαχὼν, τούτων οὐκ ἀπώνατο τῶν δογμάτων, ἀλλὰ ξυμπληροῦσθαι τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ τριγενείας [59] ἔφη, ἐκ τῶν κατὰ ψυχὴν, ἐκ τῶν κατὰ σῶμα, ἐκ τῶν ἐκτός· χρῆναι γὰρ τὸν εὐδαίμονα ἔλεγε μὴ μόνον ἀρετῇ κοσμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ῥώμην ἔχειν [60], καὶ ὥρᾳ λάμπειν, καὶ πλούτῳ περιῤῥεῖσθαι· τὸν δέ τινος τούτων ἐστερημένον ἥκιστα καλεῖσθαι εὐδαίμονα. Μᾶλλον δὲ οὗτος, ὡς ἔοικεν, ἠκολούθησε [61] Σιμωνίδῃ τῷ ποιητῇ. Ἐκεῖνος γὰρ ἔφη·

A Bonorum enim finem statuit, Deo, quoad possumus, similes fieri. Laudabilis sane adhortatio, quæ nos ad divinorum imitationem invitat. Illa tamen additio, *quoad possumus*, admirabiliorem definitionem reddit. Neque enim fieri potest ut usquequaque Deo similes evadamus. Quo enim pacto qui est visibilis invisibilem exprimat; et qui brevis est, ac exiguo loco concluditur, illum, qui extra omnem terminum constitutus ipse continet universa; ac rursus qui recens est, æternum; et rerum omnium conditorem is qui ne unius quidem ulnæ cœlum possit condere? **986** Nulli est ergo nec natura illa, nec potentia, nec sapientia imitabilis. Bonitatis sane, justitiæque, ac mansuetudinis, et humanitatis divinæ typos aliquos quoquo modo effingere B licet, quandoquidem Christus Dominus iis qui perfectionem assequi cupiebant, imitationem hanc proposuit: « Estote misericordes, inquit, sicut et Pater vester cœlestis misericors est: qui oriri facit solem suum super malos et bonos, et pluit super justos et injustos [d]. » Platonis quoque præceptor Socrates, filius Sophronisci, non divitiis affluentem, neque secundo vento utentem, sed justitia exornatum, felicem solebat appellare: impiosque vocabat eos, qui utilitatem a justitia sejungerent: solum enim utile hoc ducebat quod justum. Oratores autem his dictis aures accommodare noluerunt. Diversum enim ab utili justum esse dicebant, hac ratione utilitatem omni utilitate cassam assignantes. C Nam injustum profecto est quod justitia caret: quod vero injustum, idem et noxium: quod vero noxium est, utile vocari congruenter non potest. Plato igitur, et Socrates, et consona, et laude digna dixerunt. Aristoteles autem (1), Platonis auditor cum fuerit, ex hujus doctrina parum profecit: sed ex triplici bonorum genere, id est, animæ, corporis, ac **987** externis bonis, plenam felicitatem fieri affirmavit. Aiebat enim, qui vere felix habendus sit, eum non modo virtute excultum esse oportere, sed et robusta præditum valetudine, et forma insignem, et divitiis affluentem: qui autem horum careat aliquo, felicem appellandum non esse. Hic vero, ut quidem videtur, Simonidæ potius poetæ sententiam secutus est. Is enim sic ait:

D
Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ [62]·
Δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι·
Τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως.

Optimum est homini, ut bene valeat;
Proximum, ut bona sit forma;
Tertium, ut sine dolo sit dives.

Καὶ ὁ Θέογνις [63] δὲ τὴν πενίαν φεύγειν παρεγγυᾷ, καὶ φησι·

Theognis item poeta paupertatem vitari adhortatur:

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα [64] *πόντον*
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Pauperiem fugitare decet, pelagique sub undas,
Vertice vel montis mittere præcipitem.

Οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἐναντία τούτοις [65] ἄντικρυς ἐψηφίσαντο.

Stoici vero his contraria aperte sanxerunt: finem

[d] Luc. VI, 36.

VARIÆ LECTIONES.

[47] θείων. θεῷ addit C τοῦ θείου Vb. pro τῶν θείων. [48] ἀπέφηνεν. ἀπέφηναν C. [49] οὐ γὰρ — θεῷ om. B. [50] ὁμοιωθείη. ὁμοιωθῇ C. [51] περιγεγρ. γεγρ. C. [52] τὴν κτίσιν. τῇ κτίσει C. [53] τὰ om. B. [54] πηχυαῖον. πηχαῖον C. [55] [καὶ] om. C qui mox ἡμῶν. [56] εἰώθει, εἴωθεν B, Va. Mox εὐσεβεῖς B. [57] δηλοῦντες. δεικνύντες B. Supra ἀξύμφερον C. [58] βλαβερὸν om. B. [59] ἐκ τριγενείας om. Vb. [60] ἔχειν. ἔλεγεν C. [61] ἠκολούθησε. ἠκολούθη B. [62] ἀνδρί. ἄνδρα B. [63] ὁ Θέογνις. ὁ om. B. [64] μέγα κήτεα B. [65] τούτοις. τούτῳ Vb.

(1) Vide Clem. Alex. *Strom.* II, p. 496; IV, p. 573.

Digitized by Google

enim hominis definierunt, naturam vitæ ducem sequi. Animam quoque iidem dixerunt, neque utilitatis a corpore, neque detrimenti quidquam accipere. Nam neque ad virtutem capessendam sanitas nolentem compellit : neque ad vitium præter voluntatem trahit ægritudo. Hæc enim indifferentia aiebant esse. Illud vero eorumdem audacius est dictum : Dei enim et hominis eamdem virtutem esse asserebant. At Epicurus, his contrariam viam ingressus, felicitatem hominis eam definivit, ut nec famem, nec sitim patiatur; et eum qui his frueretur, dicebat vel cum **988** Jove patre pugnare posse : ad tantam illum impietatem voluptatis amor erudiit. Neque enim solum id nomen quisquam spectet, quod ille deridebat, Jovem videlicet. Totius enim mundi opificem intelligens ille, sic blasphemare est ausus. Hoc autem misero accidit, quod et casui et atomis nimium tribuebat, nullusque ductu et providentia regi cuncta opinabatur, nullum rerum in vita gestarum examen exspectans, sed sepulcrorum tenus hominum statum protendi existimans. Plato autem et vita functis judicia imminere suppliciaque ostendit, atque in décimo *Reipublicæ* libro hæc scripsit (p. 615 C) : « Hic itaque aderant feroces quidam viri aspectuque ignei : qui, cum sonum percepissent, alios quidem seorsum correptos perducebant ; Aridæum vero et alios, vinctos manus ac pedes, decusso capite, ac detracta cute, juxta viam raptabant, deflexo per acutissimas spinas itinere. » In *Phædone* quoque affinia his scripsit (p. 113 A). « Tertius, inquit, fluvius hos medius interlabitur, ac non longe progressus, loco amplissimo, qui multo igni ardet, cadens excipitur, paludemque nostro hoc mari majorem efficit, aqua cœnoque bullientem. Inde autem ambitu magno circumvolutus, tum ad alia pervenit loca, tum ad extremos Acherusiæ paludis fines, **989** cujus aquis non commiscetur, sed multiplici flexu sub terram infra Tartarum erumpit. Hic est autem, quem Pyriphlegethontem appellant : cujus etiam rivi avulsos aquarum ductus per obvias terras eructant. Ex adverso autem hujus, quartus item fluvius in horribilem atque asperrimum locum influit, qui, ut fertur, coloris totus est cyanei, Stygiusque nomine appellatur : quam vero influens paludem fluvius facit, Stygem appellant. Is autem in eam cadens, et vires accipiens, ac terræ demum immersus, lapsu erratico revolutus, fertur contra Pyriphlegethontem, fitque illi obvius ex adverso in Acherusia palude. Neque vero hujus aqua cuiquam miscetur, sed hic quoque flexo volumine in circuitum lapsus

Τὸ γὰρ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν ὡρίσαντο τέλος, καὶ τὴν ψυχὴν ἔφασαν μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἢ [66] ὠφελεῖσθαι ἢ βλάπτεσθαι· οὔτε γὰρ εἰς ἀρετὴν αὐτὴν ἡ ὑγεία [67] μὴ βουλομένην βιάζεται, οὔτε εἰς κακίαν παρὰ γνώμην ἡ νόσος καθέλκει· ἀδιάφορα γὰρ ταῦτα ἔλεγον εἶναι. Ἐκεῖνο δέ γε αὐτῶν κομιδῇ τολμηρόν· ἀνθρώπου [154] γὰρ [τοι] [68] καὶ Θεοῦ τὴν αὐτὴν ἔλεγον ἀρετήν. Ἐπίκουρος δὲ, τὴν ἐναντίαν τούτοις ὁδεύσας, τὸ μήτε πεινῆν μήτε διψῆν εὐδαιμονίαν ὡρίσατο· καὶ τούτων [69] τὸν ἀπολαύοντα ἔλεγε κἂν Διὶ πατρὶ μάχεσθαι· οὕτως αὐτὸν τὸ φιλήδονον ἐπαιδοτρίβησεν εἰς ἀσέβειαν. Μὴ γὰρ δή τις μόνον ἴδῃ τὸ παρ' αὐτοῦ κωμῳδούμενον ὄνομα, τὸν Δία λέγω· τὸν γὰρ δὴ τῶν ὅλων Θεὸν οὕτω νοῶν ἐκεῖνος τὴν βλασφημίαν ἐτόλμησε. Τοῦτο δὲ πέπονθεν ὁ τρισάθλιος, τῷ αὐτομάτῳ καὶ τοῖς ἀτόμοις [70] πιστεύων, καὶ ἀνηγεμόνευτα εἶναι καὶ ἀτημέλητα τὰ πάντα [71] ἡγούμενος, καὶ τῶν βεβιωμένων οὐ προσμένων [72] ἐξέτασιν, ἀλλὰ μέχρι τῶν τάφων εἶναι νομίζων τῶν ἀνθρώπων τὴν ξύστασιν. Ὁ δέ γε [73] Πλάτων καὶ τὰ δικαστήρια τὰ ἐκεῖ καὶ τὰ κολαστήρια δείκνυσι, καί φησιν ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς *Πολιτείας* · « Ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες ἄγριοι, διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἰδίᾳ παραλαμβάνοντες ἦγον, τὸν δὲ Ἀρίδαιον [73'] καὶ ἄλλους, ξυμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλήν, καταβαλόντες [74] καὶ ἐκδείραντες εἵλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς, ἐπ' ἀσπαλάθων κνάπτοντες [75]. » Κἀν τῷ *Φαίδωνι* δὲ τὰ παραπλήσια λέγει. « Τρίτος γὰρ, φησὶ [76], ποταμὸς τούτων κατὰ μέσον εἰσβάλλει, καὶ ἐγγὺς τῆς εἰσβολῆς ἐμπίπτει [77] εἰς τόπον μέγαν πυρὶ πολλῷ καιόμενον, καὶ λίμνην ποιεῖ μείζω [78] τῆς παρ' ἡμῖν θαλάσσης, ζέουσαν ὕδατος καὶ πηλοῦ. Ἐντεῦθεν δὲ χωρεῖ κύκλῳ θολερὸς καὶ πηλώδης· περιελιττόμενος δὲ ἄλλοσέ τε [79] ἀφικνεῖται, καὶ παρ' ἔσχατα τῆς Ἀχερουσίας λίμνης· καὶ οὐ ξυμμίγνυται τῷ ὕδατι [80]· περιελιχθεὶς δὲ πολλάκις ὑπὸ γῆν ἐκβάλλει [81] κατωτέρω τοῦ Ταρτάρου. Οὗτος δέ ἐστιν ὃν ἐπονομάζουσι Πυριφλεγέθοντα· οὗ καὶ οἱ ῥύακες ἀποσπάσματα ἀναφυσῶσιν, ὅπου ἂν τύχωσι τῆς γῆς. Τούτου δὲ αὖ κατάντικρυ [82] ὁ τέταρτος ἐκπίπτει εἰς τόπον δεινόν τε καὶ ἄγριον. Λέγεται δὲ χρῶμα ἔχειν [ὅλον] οἷον ὁ κυανός· ὃν [83] δὴ ἐπονομάζουσι στυγνόν· καὶ τὴν λίμνην [ἣν] [84] ποιεῖ ὁ ποταμὸς ἐμβάλλων, Στύγα. Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἐνταῦθα, καί τινας [85] δυνάμεις λαβὼν ἐν τῷ ὕδατι, δὺς κατὰ τῆς γῆς, καὶ περιελιττόμενος, χωρεῖ ἐναντίος [86] τῷ Πυριφλεγέθοντι, καὶ ἀπαντᾷ ἐν τῇ Ἀχερουσίᾳ λίμνῃ ἐξ ἐναντίας. Καὶ οὐδὲ τὸ ταύτης ὕδωρ οὐδενὶ μίγνυται, ἀλλὰ καὶ οὗτος κύκλῳ περιελθὼν ἐμβάλλει εἰς τὸν Τάρταρον ἐναντίως [87] τῷ Πυριφλεγέθοντι. » Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγων μακροτέ-

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἢ om. B. [67] ἡ ὑγίεια. ἢ ὑγίειαν C, Vb. [68] [τοι] om. C, Vb. [69] τούτων — κἂν. τοῦτον — καὶ C καὶ item Vb. [70] ἀτόμοις. αὐτομάτοις B ἀτόποις C. [71] τὰ πάντα. τὰ om. B. [72] προσμένων. πρὸς B. [73] δέ γε. γε om. B. [73'] ἀριδαῖον. ἀρισταῖον Vb. alius codex ἀρδιαῖον [74] καταβαλόντες. καταβάλλοντες B. [75] κνάμπτοντες. κνάπτοντες B, C. [76] γὰρ, φησί. γὰρ δή φησι B. [77] ἐμπίπτει. ἐπιπίπτει B, Vb. [78] μείζω. μείζονα B. [79] ἄλλοσέ τε. ἄλλοσέ γε B, Va. [80] τῷ ὕδατι. τῷ om. B, Va. [81] ἐκβάλλει. ἐμβάλλει C, Sirm. [82] κατάντικρυ ὁ. κατάντικρυς B, qui mox δεινὸν — κυανὸς marg. et om. ὅλον. [83] ὃν B, C. [84] ἣν om B. [85] τινας. δεινὰς Sirm. [86] ἐναντίως. ἐναντίος B. Mox τούτου Sirm. pro ταύτης. [87] ἐναντίος. B ἐναντίως Euseb. mss.

Digitized by Google

ραν [88] ἐργάσωμαι τὴν διάλεξιν, ῥᾷδιον, ὦ ἄνδρες, ἐν- τυχεῖν τῷδε τῷ διαλόγῳ, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὅπως καὶ τὸ δικαστήριον ἐπιδείκνυσι, καὶ τῶν τὰ σμικρὰ ἡμαρτηκότων τὰ ξύμμετρα ἐπιτίμια, καὶ τῶν τὰ μεγάλα καὶ πλεῖστα ἠσεβηκότων τὰς ἀνηκέστους κολάσεις. Ὀλίγων δέ πῃ τινων ἀπομνημονεύσω κἀγώ· λέγει δὲ οὕτως· « Οἱ δ' ἂν δόξωσιν ἀνηκέστως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη [155] τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς [89] καὶ μεγάλας, ἢ φόνους [90] πολλοὺς καὶ ἀδίκους καὶ παρανόμους ἐξειργασμένοι, ἢ ἄλλα ὅσα τυγχάνει τοιαῦτα ὄντα, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτ' ἐκβαίνουσιν. Οἱ δ' [91] ἂν ἰάσιμα [92] μὲν μεγάλα δὲ δόξωσιν ἡμαρτηκέναι ἁμαρτήματα, οἷον πρὸς πατέρα ἢ [πρὸς] [93] μητέρα ὑπ' ὀργῆς βίαιόν τι πράξαντες, καὶ μετάμελον αὐτοῖς τὸν ἄλλον βίον βιῶσιν [94], ἢ ἀνδροφόνοι ἢ τοιούτῳ τινὶ ἄλλῳ τρόπῳ γένωνται, τούτους δεῖ [95] ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον, ἐμπεσόντας δὲ αὐτούς, καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένους [96], ἐκβάλλει τὸ κῦμα, τοὺς μὲν ἀνδροφόνους, κατὰ τὸν Κωκυτόν· τοὺς δὲ πατραλοίας, κατὰ τὸν Πυριφλεγέθοντα. » Εἶτα διδάσκει ὅπως βρῶσί τε καὶ ἱκετεύουσι τοὺς ἠδικημένους δοῦναι σφίσι συγγνώμην· ἔπειτα ἐκείνων ἀνανευόντων, ὅπως εἰς τὴν λίμνην αὖθις ἀναπεμπόμενοι τὰς αὐτὰς ὑπομένουσι τιμωρίας. Οὕτω δὴ τὰ κολαστήρια δείξας, παραδηλοῖ καὶ τῶν εὖ βεβιωκότων τοὺς χώρους, ὧδέ πῃ λέγων [97]· « Οἱ δ' ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως διαβιῶναι προκεκρῖσθαι, οὗτοί εἰσιν οἱ τῶνδε μὲν τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοι καὶ ἀπαλλαττόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίων, ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκιζόμενοι [98]. Τούτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι ἄνευ τε καμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, καὶ εἰς οἰκήσεις [ἔτι] [99] τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥᾷδιον δηλῶσαι, οὔτε ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι· ἀλλὰ τούτων μὲν δὴ εἵνεκα χρὴ, ὧν διεληλύθαμεν, ὦ Σιμμία, πάμπαν ποιεῖν ὥστε ἀρετῆς καὶ φρονήσεως μετασχεῖν. Καλὸν γὰρ τὸ ἆθλον, καὶ ἡ ἐλπὶς μεγάλη. » Κἀν τῷ *Γοργίᾳ* δὲ τὰ παραπλήσια λέγει· « Ἄκουε δὴ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ, λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λεγέσθω ἃ μέλλω λέγειν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τὸν δὲ δικαίως τὸν βίον διεληλυθότα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς κρίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. » Καὶ αὖθις· « Ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων. Τεθνεῶτας γὰρ δεῖ [1] κρίνεσθαι· καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων συγγενῶν, καταλιπόντα ἐπὶ γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. » Οὕτως ἀκριβῶς

A instituit in Tartarum, ex adverso Pyriphlegethontis. » Ac ne cuncta referens longiorem sermonem protraham, facile est, o viri, dialogum ipsum in manus sumere, atque ex illius lectione aperte cognoscere, quemadmodum tribunal constituat, eorumque qui leviter peccarunt compares pœnas decernat, graviter autem crebroque delinquentibus insanabilia supplicia. Ego verò pauca quædam commemorabo. Ita autem ait (p. 113 A) : « Qui autem visi fuerint insanabiles esse ob magnitudinem delictorum, ut qui sacrilegia multa et gravia, aut cædes multas præter fas justumque admiserint, **990** et quæ sunt alia generis ejusdem, hos omnes æqua et conveniens sors in Tartarum demittit, unde nunquam emergunt. Qui vero sanabilia quidem, sed tamen gravia visi fuerint peccata commisisse, quale est si B qui per iram violenter in patrem aut in matrem aliquid cum fecerint, pœnitentia ducti eos in reliquo spatio vitæ coluerint, aut homicidæ alio quæpiam simili modo fuerint, hos quoque ipsos nihilo secius in Tartarum necesse est dejici : cum autem annum ibi totum peregerint, ab undis ejectantur : homicidæ quidem, ad Cocytum; qui vero in parentes peccarunt, ad Pyriphlegethontem. « Narrat post hæc quo pacto veniam ab iis magna voce petant quos læserunt, utque, illis renuentibus, iterum in lacum devolvantur, eadem quæ prius adhuc supplicia luituri. Et postquam hæc tormentorum loca ostendit, tum eorum etiam qui bene vixerunt loca demonstrat his verbis (p. 114 B) : « Qui autem vivendi sanctitate excelluisse cæteros visi fuerint, hi C sunt qui ab hisce terrenis locis, tanquam a vinculis exsoluti prorsusque liberati, ad superiorem illam puram habitationem perveniunt, atque ibi in terra optima collocantur. Ex his autem ipsis, qui per philosophiam satis purgati fuerint, ii et reliquum omne tempus absque ullis penitus laboribus vivunt, et in pulchriores, quam hæ sint, habitationes se conferunt. Quæ cujusmodi sint, haud facile quisquam dixerit, **991** neque præsens tempus ad dicendum sufficeret. Sed horum gratia quæ dicta sunt, o Simmia, omni studio est adnitendum, ut virtutem ac prudentiam consequamur : pulchrum enim præmium est repositum, nec exigua consequendi spes. » In *Gorgia* quoque his affinia narrat (p. 523 A): « Audi, D ait, perpulchrum sermonem, quem tu quidem, ut opinor, fabulam existimabis, ego autem constantem sermonem. Itaque dicantur tanquam vera, quæ dicturus sum. » Et post pauca : « Eum vero qui vitam juste ac sancte transegerit, morte obita in beatorum insulas deferri, easque incolentem, frui omni felicitate, et exsortem esse malorum omnium; qui vero injuste atque impie, in judicii ac justitiæ carcerem detrudi, quem Tartarum vocant. » Et

VARIÆ LECTIONES.

[88] μακροτέραν. μακροτάτην B. Tum ἐργάσομαι C. [89] καὶ πολλὰς. καὶ om. B, C. [90] φόνους. φθόνους B, qui om. καὶ ante ἀδίκους. [91] δ' om. C. [92] ἀνίατα. ἂν ἰάσιμα Sirm. et sic interpres. [93] [πρὸς] om. B. [94] βιώσωσιν. βιῶσιν B, Vb. [95] δεῖ. δὴ B δὲ Sirm. addito ἀνάγκη post Τάρταρον. [96] γενομένους. γεγονότας C. [97] λέγων. βοῶν B. [98] οἰκιζόμενοι. κατοικιζόμενοι B. [99] [ἔτι] om. C. [1] δεῖ. δὴ B.

Digitized by Google

rursus : « Præterea judicandi sunt nudi his rebus omnibus : mortui enim judicandi sunt. Nudum quoque oportet judicem esse mortuum, qui anima ipsa, quam judicaturus est animam speculetur cujuslibet vita excedentis, privatum cunctis consanguineis, qui omnem illum ornatum exteriorem in terra reliquerit, ut justum sit legitimumque judicium. » Adeo Platoni esse apud inferos judiciorum loca persuasum fuit. In Ægypto enim cum Hebræis versatus, prophetica oracula prorsus audierat, et ignis fluvium didicerat, quem divinus Daniel a se conspectum narrat [e]. Didicerat et divini Isaiæ verba. Is enim de reorum pœnis quodam in loco sic loquitur : « Vermis eorum non morietur, neque ipsorum ignis **992** exstinguetur [f]. » Et iterum : « Quis annuntiabit vobis quod ignis ardeat? quis annuntiabit vobis locum æternum [g]? »

A ἐπίστευεν ὁ Πλάτων [a] εἶναι τὰ ἐν ᾅδου κριτήρια· Ἐντυχὼν γὰρ Ἑβραίοις ἐν Αἰγύπτῳ τῶν προφητικῶν πάντως λογίων ἐπήκουσε, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ἔμαθε ποταμὸν, ὃν ὁ θεσπέσιος ἐθεάσατο Δανιὴλ, καὶ τοὺς Ἡσαΐου τοῦ θειοτάτου [b] κατέμαθε [156] λόγους. Ἐκεῖνος γάρ που περὶ τῶν κολαζομένων φησίν· « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. » Καὶ πάλιν· « [Τίς [c] ἀναγγελεῖ ἡμῖν ὅτι πῦρ καίεται; | τίς ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; »

Alia vero plurima in hanc sententiam apud prophetas reperire licet. Plato autem, quædam inde assumens et alia miscens ex Græcorum fabulis, suos his de rebus sermones scripsit. Quæ vero sequuntur, eamdem habent sententiam (p. 526 B). « Ex judicibus enim, quod dicebam, primus quidem Rhadamanthus ille, si quem talem judicandum accipiat, nihil aliud [d] illius hominis novit, nec quis sit, nec ex quibus ortus, sed solum quod malus sit : quo comperto, ad Tartarum demittit, signo indicans, sanabilisne an insanabilis videatur : ille autem eo transmissus congruentia patitur. Nonnunquam vero aliam conspicatus, quæ sancte vitam peregerit, aut privati hominis, aut alterius qui veritatem coluerit, ac præsertim, ut equidem sentio, o Callicles, philosophi, qui soli sibi vacaverit, neque multarum rerum in vita sollicitus fuerit, amanter hanc excipit, atque ad beatorum insulas mittit. » Et paucis interjectis adjunxit : « Mihi quidem, o Callicles, his rationibus persuasum est, idque unum specto, ut quam sanissimam animam judici ostendam. Missas igitur faciens quas multi appetunt dignitates, veritatique incumbens, enitar pro viribus, ut et optimus vivam et, cum moriendum erit, moriar. Hortor autem et cæteros mortales, **993** quoad possum, teque ipsum in primis, ad hoc tam pulchrum virtutis certamen, quod præ cunctis certaminibus, quæ adiri possunt in vita, optandum esse affirmo. Teque nunc increpo et accuso, neque enim tibi poteris suppetias afferre, cum tibi causa ibi fuerit, et judicium quod modo commemorabam : sed cum veneris ad judicem illum Æginæ filium, teque ille correptum eo perducet, hiabis attonitus, et vertiginem, quam hic ego, tu illic patieris : ac te fortasse ille percutiet, colaphisque incussis, ignomi-

B Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πλεῖστα ἔστι παρὰ τοῖς προφήταις εὑρεῖν. Ὁ δὲ φιλόσοφος τὰ μὲν ἐκεῖθεν λαβὼν, τὰ δὲ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν ἀναμίξας μύθων, τοὺς περὶ τούτων ἐποιήσατο λόγους· καὶ τὰ ἐφεξῆς δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν. « Τῶν γὰρ, φησὶ, δικαστῶν, ὅπερ [e] ἔλεγον, πρῶτος μὲν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος, ἂν τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ [f] οὐκ οἶδεν οὐδὲν, οὔτε ὅστις, οὔτε ὢντινων, ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς τὸν Τάρταρον, ἐπισημαινόμενος, ἐάν τε ἰάσιμος, ἐάν τε ἀνίατος εἶναι δοκῇ. Ὁ δὲ, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τὰ προσήκοντα πάσχει. Ἐνίοτε δὲ, Ἕλληνος [g] ἰδὼν βεβιωκυῖαν ὁσίως [h] καὶ μετὰ ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ ἄλλου τινὸς, μάλιστα μὲν, ὡς [i] ἐγωγέ φημι, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου τὰ αὐτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ, ἠγάσθη τε καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. » Καὶ μετὰ βραχέα ἐπήγαγεν· « Ἐγὼ μὲν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν [10]. Χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν ἀσκῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι, ὡς ἂν δύνωμαι, βέλτιστος ὢν, καὶ ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. Παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους [ἅπαντας] [11] ἀνθρώπους, καθ' ὅσον δύναμαι· καὶ δὴ καὶ σὲ ἀντιπαρακαλῶ ἐπὶ τοῦτον τὸν βίον [καὶ] [12] τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν φημι ἀντὶ πάντων τῶν [ἐνθάδε] ἀγώνων [ἡμῖν] [13] εἶναι· καὶ ὀνειδίζω σε ὅτι οὐχ οἷός τε εἶ σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ καὶ ἡ κρίσις ἣν νῦν ἔλεγον. Ἀλλ' ἐλθὼν [14] παρὰ τὸν δικαστὴν ἐκεῖνον τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν, ἐπειδάν σε ἐπιλαβόμενος [15] ἐκεῖνος ἄγῃ, χασμήσει καὶ ἰλιγγιάσεις [16], οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε, καὶ σὺ ἐκεῖ· καί σε ἴσως τυπτήσει [17], καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτιμώσει, καὶ πάντως προπηλακιεῖ. Τάχα δ' οὖν ταυτὶ [18] μῦθός σοι δοκεῖ λέγε-

[e] Dan. VII, 10. [f] Isa. LXVI, 24. [g] Isa. XXXIII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐπίστευεν ὁ Πλ. ὁ Πλ. ἐπίστευεν B. ἐπίστευσεν ὁ Π. C. [b] τοῦ θεσπεσίου Ἡσαΐου. τοὺς Ἡσαΐου τοῦ θειοτάτου B. [c] τίς — καίεται om. B. [d] ὥσπερ — πρῶτον. ὅπερ — πρῶτος B, ὅπερ item C. [e] αὐτοῦ. αὐτὸν C. [f] Ἕλληνος. ἄλλην Sirm. Ἕλληνος corrupte scr. pro ἄλλην εἰσ. [g] βεβιωκυῖαν ὁσίως. ὁσίως βεβιωκυῖαν. [h] ὡς om. B. [10] ψυχὴν ἔχων. ἔχων om. B. [11] [ἅπαντας] om. B, C. Tum καὶ post δὴ om. B. [12] [καὶ] om. B, C. πάντας addit C post ἀντιπαρακαλῶ. [13] [ἡμῖν] om. B, C. [14] ἔλεγον. ἀλλ' ἐλθών, ἔλεγον ἀνελθὼν B ἔλεγον ἐλθὼν Va. [15] ἐπιλαβόμενος. ἐπιλαμβανόμενος B, Va. [16] χασμήση καὶ ἰλιγγ. χασμήσει καὶ εἰλ. B ἄγει χ. κ. ἰλιγγιάσῃς C. [17] καί σε ἴσως τυπτ. om. B καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτιμώσει Va. [18] ταυτί. ταυτὶ B, V ταύτη C.

Digitized by Google

σθαι, ὥσπερ ὑπὸ γραὸς, καὶ καταφρονεῖς [19] αὐτῶν · καὶ οὐδέν γε ἂν ἦν θαυμαστὸν καταφρονεῖν τούτων, εἰ ἐπιζητοῦντες εἴχομεν τούτων βελτίω καὶ ἀληθέστερα εὑρεῖν · νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς οἵπερ σοφώτατοί [20] ἐστε τῶν Ἑλλήνων, σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι ὡς χρὴ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ τοῦτον, ὅσπερ [21] ἐκεῖσε φαίνεται ξυμφέρων. » Τοιαῦτα κἀν τῷδε τῷ [22] διαλόγῳ καὶ περὶ τῶν αὐτόθι διεξῆλθε, καὶ σοφῶς μάλα παρῄνεσεν ἐπιμεληθῆναι τούτων ἃ τῶν ἐκεῖ κολαστηρίων ἐλευθεροῖ. Κἀν τῷ *Κρίτωνι* δὲ τοὺς νόμους εἰσάγει λέγοντας τῷ Σωκράτει · « Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι, μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο μηδέν, πρὸ [157] δικαίου · ἵνα εἰς ᾅδου ἐλθὼν ἔχῃς ταῦτα πάντα ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐκεῖ ἄρχουσιν. » Ἐν δὲ τῇ *Ἀπολογίᾳ* καὶ ἀγαθὸν εἶναι λέγει τὸν θάνατον. « Ἐννοήσωμεν γὰρ, ἔφη, καὶ τῇδε, ὡς πολλὴ ἐλπίς [ἐστιν] ἀγαθὸν αὐτὸν [23] εἶναι. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι · ἢ γὰρ οἷον μηδέν τι εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν [24] τὸν τεθνεῶτα · ἢ [καὶ], κατὰ τὰ λεγόμενα, μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς [τοῦ τόπου τοῦ] ἐνθένδε εἰς ἄλλον. »

nia et dedecore afficiet. Hæc autem tibi fortasse anicularum fabulæ videntur, et contemptui habes. Neque sane admirandum esset hæc contemni, si quærentes possemus meliora ac veriora invenire. Nunc autem vides, quod qui tres estis Græcorum sapientissimi, tu, inquam, Polus et Gorgias, probare nequaquam potestis aliam nobis vivendam esse vitam, præter hanc quæ videtur ad eam felicitatem percipiendam profutura. » Talia et in hoc dialogo, et de rebus illis disseruit, sapienterque admodum hortatus est, ut ea curemus per quæ a suppliciis illis expediamur. **994** In *Critone* etiam leges inducit, ita Socratem alloquentes : « At, o Socrates, nobis crede tuis altricibus, neque justitia liberos, neque vitam, neque quidquam aliud pluris facito, ut cum ad inferos veneris, possis hæc omnia iis qui illic præsunt respondere. » In *Apologia* autem, mortem etiam bonam esse dixit (p. 40 C) : « Cogitemus enim, ait, hic etiam, sperari admodum posse, bonam illam esse. Duorum enim alterum ea sit, oportet, ut vel nihil amplius sit, nulliusque rei sensum habeat qui defunctus est, vel ex iis quæ diximus mutatio quædam sit, animæque de hoc loco in alium quemdam commigratio. »

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν αὐτοῦ ἐπαινετέον, εἰ καί τινα ἐπιμιξίαν ἔχει τῶν νόθων δογμάτων, τὸν Ῥαδάμανθυν καὶ τὸν Μίνω, καὶ τὰς μακάρων νήσους, καὶ μέντοι καὶ τὸ μόνας κολάζεσθαι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων κεχωρισμένας. Ταῦτα γὰρ [δή] [25] που τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἀλλότρια· ἔχει δέ τινα σμικρὰν ἀμηγέπη ξυγγνώμην, τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας οὐ μετασχών. Τὰς δὲ μετενσωματώσεις, ἃς ἐκ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων ἐκεῖνος ὑφείλετο, παντάπασιν, ὦ ἄνδρες, φευκτέον [26]. Κομιδῇ γάρ τοι ἐκεῖνα τὰ δόγματα καταγέλαστα. Περὶ γὰρ δὴ [27] τῶν ψυχῶν τῶν εἰς τὰ σώματα καταπεμπομένων ἐν τῷ *Φαίδωνι* ἔφη ὡς ἐνδύονται [28] αὗται, ὥσπερ εἰκὸς, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη οἷα ἄττα ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τυγχάνωσιν [29] ἐν τῷδε τῷ βίῳ· « Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις, ὦ Σώκρατες ; Οἷον, τοὺς μὲν γαστριμάργους τε καὶ ὕβρεις καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας, μηδὲν [30] εὐλαβουμένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη, καὶ τὰ [31] τῶν τοιούτων [32] θηρίων, εἰκὸς ἐνδύεσθαι. Ἢ οὐχί ; Πάνυ γε εἰκὸς λέγεις. Τοὺς δὲ ἀδικίας καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας, εἰς τὰ [33] τῶν λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη, ἢ ποῖ ἂν ἄλλοσε φαῖμεν [34] τὰς τοιαύτας ἰέναι [35] ; Ἀμέλει, ἔφη ὁ Κέβης, εἰς τὰ τοιαῦτα. » Καὶ ἵνα μὴ πάντα [36] λέγων μηκύνω τὸν λόγον [37], ἔστιν εὑρεῖν αὐτὸν λέγοντα, τῶν τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἠσκηκότων τὰς ψυχὰς εἰς μελίττας

Sunt hæc autem ejus dicta laude digna, tametsi admista quædam habeant ex adulterinis dogmatis, ut Rhadamanthum, Minoem, et insulas beatorum, solasque animas puniri a corporibus separatas. Sunt enim hæc a veritatis dogmatis aliena. Est autem illi quodammodo ignoscendum, qui particeps apostolicæ doctrinæ non fuerit. Transmigrationes autem in alia corpora, quas ille de Pythagoreorum placitis sumpsit, penitus, o viri, fugiendæ sunt. Sunt enim oppido ridicula hæc dogmata. De animabus enim, quæ in corpora transmittuntur, in *Phædone* dicit, induere illas, ut par est, mores eosdem quos in hac **995** vita coluerint (p. 81 E) : « Quales vero mores hos dicis, o Socrates? Si qui verbi gratia gulæ indulserint, petulantesque se aut temulentos præbuerint, nulla honestatis habita ratione, hos asinorum species ac bestiarum subire vero simile est. Annon ita? Maxime congruum est quod ais. Qui vero injurias, tyrannides, rapinasque præoptarint, in lupos, accipitres, milvosque transire? nam quo alio dicamus sese tales animas recepturas? In hæc profecto animalia, inquit Cebes. » Ne vero cuncta percensens sermonem longius protraham, qui eum leget, affirmantem inveniet, animas eorum qui virtutem politicam exercuerunt, apicularum corpora, vesparumve ac

VARIÆ LECTIONES.

[19] καταφρονεῖς. καταφρονήσεις B, καταφρονήσεις Va. Tum αὐτοῦ C. [20] ὑμεῖς οἵπερ σοφώτατοι. ὑμεῖς ὑπερσοφώτατοι ὄντες C. [21] ὥσπερ. ὅσπερ (ὧ supra ὅ) B, ὅσπερ Va, Vb. Mox omnes, ut videtur, συμφέρον. [22] τῷ δεκάτῳ. τῷ δὲ τῷ B. [23] αὐτόν. αὐτὸ B. [24] ἔχειν et mox [καὶ] et [τοῦ τ. τοῦ] om. C. [25] [δή] om. B, C. [26] φευκτέον. φευκταῖον B. [27] δὴ om. B. [28] ἐνδοῦνται. ἐνδύονται Sirm. quem sequor. [29] τυγχάνωσιν. τυγχάνουσιν C. [30] μηδέν. καὶ μὴ B. [31] τὰ sec. om. B. [32] τοιούτων om. B, Va. Statim θηρῶν B. [33] εἰς τά. εἰς τὰς B. [34] ἄλλοσε φαῖμεν. ἄλλως ἔφαμεν C ἄλλοσέ φαμεν D. [35] ἰέναι. εἶναι C, D. [36] πάντα. ταῦτα D. [37] [τὸν λόγον] om. B. Desinit B v. 41 cum v. κολάζεσθαι.

Digitized by Google

φας· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Ἐπειδὴ Υἱὸν ἀνθρώπου σαφῶς εἶπεν, ἆρα τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐροῦμεν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατεληλυθέναι κατὰ τὴν ἀσεβῆ καὶ ἄσοφόν σου σοφίαν; Τοῖς γὰρ σοῖς κατὰ σοῦ χρήσομαι σοφίσμασιν. Ἄπαγε τῆς βλασφημίας. Οὐ γὰρ ἡ τοῦ Δεσπότου σὰρξ ἐκ τῶν οὐρανῶν κατελήλυθεν, ἢ (20) τὰ πάντα πληροῖ. Ἀλλ' ἐνταῦθα περὶ τῆς θεότητός ἐστιν ὁ λόγος τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· ὁ γὰρ καταβὰς ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πάντα πληρῶν, καὶ μὴ ἀπολιμπάνων ἐκεῖνα ὅθεν κατέβη, ὁ Θεός ἐστι Λόγος, διὰ τοῦ προφήτου βοῶν· « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. » Καὶ πάλιν· « Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; » καί· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. » Καθὸ (21) μὲν Θεὸς, ἐν οὐρανῷ τε ὢν, καὶ κατιὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὰ πάντα πληρῶν· καθ' ὃ δὲ ἄνθρωπος γέγονε, μετὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν, ἀνιών τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ τῷ οἰκείῳ Πατρὶ συνδοξαζόμενος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ εἰρημένον τῷ ἱεροψάλτῃ Δαβίδ. « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Ἰδοὺ τῆς περιττῆς σου τῶν λόγων σοφίας ἀκριβὴς ἔλεγχος ἡ τοῦ Κυρίου φωνή. Υἱὸν γὰρ ἀνθρώπου προτάξας καταβαίνοντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ὄντα ἐν ἐκείνοις ὅθεν κατέβη· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών· « Ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· » τὴν θείαν καὶ πάντα περιέχουσαν ἐδήλωσεν οὐσίαν, πρὸς ἡμᾶς τῷ τῆς οἰκονομίας κατιοῦσαν λόγῳ, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐν ἑαυτῇ φύσιν πρὸς τὸν πατρικὸν ἄγουσαν θρόνον, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ· « Καὶ αὐτὸν ἤγειρεν τὸν Χριστὸν ἐκ τῶν (22) νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ (23), ὑπεράνω πάσης Ἀρχῆς, καὶ Ἐξουσίας, καὶ Δυνάμεως, καὶ Κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Οὐ δή που τῆς θείας τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης ἀξιουμένης· ἀλλὰ τότε, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, τοῦ Θεοῦ Λόγου τῇ τοῦ Πατρὸς δόξῃ τιμωμένου τε καὶ προσκυνουμένου μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. Καὶ ἐτέρωθι δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος Παῦλος ἐκβάλλει σου ταύτην τὴν κενοφωνίαν. Κορινθίοις γὰρ ἐπιστέλλων φησίν· « Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. » Ἰδοὺ μόνου προσηγορίαν ἀνθρώπου προτάξας, ἐπήγαγεν· *Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ*, τὴν θείαν διὰ τοῦ ἐξ οὐρανῶν εἰπεῖν ἑρμηνεύων οὐσίαν. Καὶ Θεὸν δὲ πολλάκις λέγοντες οἱ θεοφόροι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, τὴν ἀνθρωπείαν ὑποτίθενται φύσιν. Ὁ μὲν Ἱερεμίας βοῶν· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, τὸ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. » Εἶτα, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω· « Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Οὐ δήπου

A ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo [12], » quia Filium hominis aperte dixit, an humanam naturam de cœlis descendisse dicemus, juxta impiam et stultam sapientiam tuam? Tuis enim contra te utar sophismatis. Facessat blasphemia. Nec enim de cœlis descendit Domini caro, nec implet omnia: **1050** sed de divinitate Christo Domino hic sermo est. Qui enim de cœlis descendit, et implet omnia, nec illa deserit unde descendit, Deus est Verbum, per prophetam clamans: « Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus [13]. » Et rursus: « Quis mensus est aquas manu, et cœlum palmo, et omnem terram pugillo [14]? » Et: « Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum [15]. » Quatenus Deus est, in cœlo exsistens, et ad nos descendens, et omnia implens: quatenus autem homo factus est, post sui ad nos demissionem, et ad cœlos sublatus, et cum Patre glorificatus. Hoc enim id quoque significat, quod sacer Psaltes ait: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis [17]. » Ecce inanis verborum tuorum sapientiæ vox Domini valida est refutatio. Filium enim hominis cum prius dixisset, descendentem de cœlo et in illis manentem unde descendit (hoc quippe declaravit dicens: « Qui est in cœlo »), divinam et omnia continentem substantiam designavit, quæ ad nos per incarnationem descendit nostramque in se naturam ad paternum thronum extulit, sicut a divino Paulo dictum est: « Et illum suscitavit Christum a **1051** mortuis, et constituit ad dexteram suam supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro [18]. » Non utique quod divina Unigeniti substantia, post resurrectionem a mortuis, Patris gloriam sit consecuta: sed quod tunc, post ascensum in cœlos, Dei Verbum cum propria carne Patris gloria honoratum fuerit, et adoratum. Et alio loco etiam idem Paulus apostolus futilem istam orationem tuam refellit. Ad Corinthios enim scribens: « Primus, inquit, homo de terra, terrenus; secundus homo Dominus de cœlo [19]. » Ecce solius hominis voce præmissa, subjecit, *Dominus de cœlo*, divinam per id quod *de cœlis* dixerat interpretans substantiam. Sed et Deum sæpe nominantes divini prophetæ et apostoli, humanam subjiciunt naturam. Jeremias exclamans: « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad eum [20]; » ac deinde, ne singula referam: « Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus [21]. » Non utique hominum oculis percipiendam Unigeniti divinitatem vaticinans: **1052** sed in eo quod ait, *visus est*, Dei Verbi carnem aperte demonstrans. Ejus-

[12] Joan. III, 13. [13] Jerem. XXIII, 24. [15] Isa. XL, 12. [16] Isa. LXVI, 1. [17] Psal. CIX, 1. [18] Ephes. I, 20, 21. [19] I Cor. XV, 47. [20] Baruch, III, 36. [21] ibid. 38

(20) ἡ. Edit. Sirm. ἤ, sed scribendum fuit ἡ.
(21) καθό. Aut καθ' ὅ, ut post pauca.
(22) τῶν. Des. t. III, p. 408
(23) αὐτ. Loco cit. sequitur ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Digitized by Google

dem quoque est sententiæ, quod in psalmo XLIX a divino Davide dictum est : « Deus manifeste veniet [22]. » Sophonias item propheta id ipsum exprimit, dicens : « Apparebit Dominus super eos, et disperdet omnes deos gentium terræ [23]. » Nec minus evangelista Joannes arcanum hoc prædicat mysterium : « Quod fuit ab initio, dicens, quod audivimus, quod vidimus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ [24], » haud sane incorpoream et invisibilem Dei Verbi naturam manibus contrectari sciens, sed Dei Verbi corpus Verbi appellatione honorans. Sic enim se res habet, et hanc nobis fidem tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis, et qui post illos omnes fuit sacer sanctorum Patrum numerus. Quod postquam Unigenitus, Dei Verbum, Deus manens, homo sicut nos factus est, affectionesque nostras in seipso per servi formam suscepit, nec vocabulis, nec natura deinceps a propria carne **1053** sejungitur : sed sive hominem dixerit, Deum Verbum dicit, sive Deum nominarit, nihilo secius cum carne sua nominat. Atque hæc quidem hactenus. Neque enim propositum nobis est testimoniorum multitudinem proferre, sed imperitam technologiam et falsam observationem redarguere.

A τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων ληπτὴν ἔσεσθαι προφητεύων· ἀλλὰ διὰ τοῦ *Ὤφθη* τὴν σάρκα τοῦ Θεοῦ Λόγου σαφῶς ὑποδείκνυσιν. Τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ τὸ ἐν τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ εἰρημένον· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. » Καὶ Σοφονίας δὲ ὁ προφήτης τὸ αὐτὸ τοῦτο προφητεύει λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς. » Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὸ ἀπόῤῥητον τοῦτο κηρύττει μυστήριον· « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, λέγων, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἐθεασάμεθα (24) καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς. » Οὐ δήπου τὴν ἀσώματον καὶ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν χερσὶ ψηλαφωμένην εἰδὼς, ἀλλὰ τὸ σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου B προσηγορίᾳ τιμῶν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει, καὶ ταύτην ἡμῖν παρέδοσαν τὴν πίστιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ ὁ ἱερὸς τῶν μετ' ἐκείνους ἅπαντας ἁγίων Πατέρων κατάλογος. Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν διὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὰ ἡμέτερα καταδέξασθαι πάθη, οὔτε προσηγορίαις, οὔτε τῇ φύσει λοιπὸν ἀπὸ τῆς ἰδίας μερίζεται σαρκός· ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπον εἴπῃ, τὸν Θεὸν Λόγον λέγει· κἂν Θεὸν ὀνομάσῃ, οὐδὲν ἧττον μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ὀνομάζει. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Οὐ γὰρ πλήθους μαρτυριῶν ἡμῖν ἐπίδειξις πρόκειται, ἀλλ' ἔλεγχος τῆς ἀπαιδεύτου τεχνολογίας καὶ παρατηρήσεως.

[22] Psal. XLIX, 3. [23] Sophon. II, 11. [24] I Joan. I, 1.

(24) ὃ ἐθ. Loco cit. præcedit, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ[1] ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΛΟΓΟΙ ΚΖ'

ΠΡΟΣ ΔΙΑΦΟΡΟΥΣ ΘΕΣΕΙΣ.

THEODORETI EPISCOPI CYRI

LIBRI XXVII (2).

ADVERSUS VARIAS PROPOSITIONES.

1054 Lecti sunt Theodoreti episcopi Cyri libri septem et viginti adversus varias propositiones. *Primus* adversus eos qui dicunt unam factam esse naturam Deum Verbum, et sumptas ex Davidis semine

C Ἀνεγνώσθη Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου λόγοι κζ' πρὸς διαφόρους θέσεις. Ὧν ὁ μὲν *Πρῶτος* (3) πρὸς τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν γεγενῆσθαι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ληφθεῖσαν

(1) Θεοδωρ. Nostro ex Photii auctoritate hos libros tribuit Joannes Dallæus, Combefisius Maximo, Garnerius autem auctoritate Marii Mercatoris, Eutherio Tyanensi. Sex vel septem priores horum librorum Caveus et Garnerius pro iisdem haberi volunt cum libris quinque Pentalogii. Vid. Oudinum, *De script. Eccles.* tom. I, pag. 1131; Fabric. *Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 438 et 446; et Athanasii edit. Bened. t. II, p. 540.

(2) Ita potius inscribi debet : *Librorum XXVII adversus varias propositiones (Eutychianas) Argumenta.* (Ex Photii *Biblioth.* cod. XLVI.)

(3) πρῶτος. Apud Photium sequitur λόγος.

Digitized by Google

ἀπαρχήν, καὶ προσάπτοντας τὰ πάθη τῇ θεότητι. Ὁ δὲ Δεύτερος πρὸς τοὺς αὐτοὺς γραφικώτερον συμπλεκόμενος. Καὶ ὁ *Τρίτος* περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. Ὁ δὲ *Τέταρτος* διδασκαλίας τῶν ἁγίων Πατέρων περιέχει περὶ τῆς ἐνδόξου οἰκονομίας τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὁ μέντοι *Πέμπτος* αἱρετικῶν δόξας ἀθροίζει, καὶ παρατίθησιν αὐτὰς τῇ δόξῃ τῶν μὴ ὁμολογούντων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις· καὶ δείκνυσι πολλὴν πρὸς ἀλλήλους διασώζοντας τὴν συγγένειαν. Ὁ δὲ *Ἕκτος* διαλαμβάνει ὅτι εἷς Υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός (4). Ὁ *Ἕβδομος* ἐπιστολῆς ἐπέχει τόπον· ἐν οἷς τὸ πρῶτον συμπληροῦται βιβλίον. Ὁ δέ γε (5) *Ὄγδοος* καὶ πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν. Ὁ *Ἔννατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν Γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ παρ' ἑαυτοῖς πίστει. Ὁ *Δέκατος* πρὸς τοὺς προβάλλοντας κακοήθως τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Ὁ *Ἑνδέκατος* πρὸς τοὺς κωλύοντας δύο φύσεις ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλαμβάνειν. Ὁ *Δωδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ λέγων ἄλλο μὲν τὸν Λόγον, ἄλλο δὲ τὴν σάρκα, δύο υἱοὺς λέγει. Ὁ *Τρισκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ καὶ ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν Χριστὸν, ταυτόν ἐστι τῷ καὶ εἰς ἄνθρωπον ἔχειν τὰς ἐλπίδας. Ὁ *Τεσσαρεσκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν ἀπαθῶς. Ὁ *Πεντεκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν. Ὁ *Ἐκκαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς πάντας ὑπερβαίνοντα. Ὁ *Ἑπτακαιδέκατος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἔπαθεν Λόγος (6) σαρκί. Ὁ *Ὀκτωκαιδέκατος*, πρὸς τοὺς λέγοντας, Ποίαν δώσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἐσταύρωσαν; Ὁ *Ἐννεακαιδέκατος*, πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ μὴ Θεὸν ἐσταυρῶσθαι λέγων. Ὁ *Εἰκοστὸς* πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐσθίοντες, οὐ πάντως σαρκὸς φύσιν ἐπεφέροντο. Ὁ *Εἰκοστὸς πρῶτος*, πρὸς τοὺς σμικρύνοντας ἕκαστον θαῦμα τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα. Ὁ *Εἰκοστὸς δεύτερος*, πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν, ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰλῆφθαι τὴν ἀπαρχήν. Ὁ *Εἰκοστὸς τρίτος* πρὸς τοὺς λέγοντας, Πιστεύειν ἁπλῶς οἷς (7) λέγουσι, καὶ μὴ κατανοεῖν τὸ (8) πρέπον ἢ ἀπρεπές. Ὁ *Εἰκοστὸς τέταρτος*, πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ὁ *Εἰκοστὸς πέμπτος*, ἀνακεφαλαίωσις τῶν κατὰ μέρος ῥηθέντων. Ὁ *Εἰκοστὸς ἕκτος*, περὶ τῆς ὕστερον μηνυθείσης συνθέσεως ἤτοι συνουσιώσεως. Ὁ *Εἰκοστὸς ἕβδομος*, περὶ τοῦ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ μόνης αὐτῶν τῆς ὑποθέσεως, ποῖοι τῶν εἰρημένων λόγων τὸ ὀρθόδοξον κρατύνουσι φρόνημα, καὶ τίνες ἐκκλίνουσιν (9).

primitias, et qui passiones attribuunt divinitati. *Secundus* cum eisdem ex Scriptura pressius congreditur. *Tertius* de eadem re disputat. *Quartus* sanctorum Patrum doctrinam continet de gloriosa incarnatione Domini nostri Jesu Christi Filii Dei. *Quintus* hæreticorum congerit opiniones, quas componit cum opinione eorum qui duas in Christo naturas non agnoscunt, et ostendit magnam eos inter se affinitatem habere. **1055** *Sextus* colligit unum esse Filium Dominum nostrum Jesum Christum. *Septimus* epistolæ locum tenet : quibus volumen primum absolvitur. *Octavus* contra eos qui multitudine duntaxat veritatem dijudicant. *Nonus* in eos qui aiunt non oportere ex Scripturis quærere aut loqui, sed suam sibi fidem sufficere. *Decimus* in male objicientes illud : « Verbum caro factum est [1]. » *Undecimus* adversus prohibentes duas capere in incarnatione naturas. *Duodecimus* in eos qui dicunt eum qui affirmat aliud esse Verbum, aliud vero carnem, duos filios profiteri. *Decimus tertius* in eos qui dicunt idem esse Christum etiam hominem agnoscere, ac in homine etiam spem collocare. *Decimus quartus* in eos qui dicunt : Passus est sine passione. *Decimus quintus* adversus eos qui dicunt : Passus est sicut voluit. *Decimus sextus* in eos qui dicunt oportere voces accipere, non autem earum significata, ut quæ omnium captum excedant, considerare. *Decimus septimus* adversus dicentes : Verbum per carnem passum est. *Decimus octavus* contra eos qui dicunt : Quas pœnas dabunt Judæi, si Deum non crucifixerunt? *Decimus nonus* in eos qui dicunt : Judæus is est qui Deum minime crucifixum affirmat. *Vicesimus* in eos qui dicunt angelos etiam, qui apud Abrahamum cibum sumpserunt, non continuo carnis naturam attulisse. *Vicesimus primus* in eos qui singula miracula extenuant, dum carnem negant. *Vicesimus secundus* adversus eos **1056** qui damnum irrogant generi nostro, dum concedere nolunt, ex nostra natura sumptas esse primitias. *Vicesimus tertius* in eos qui dicunt, credere simpliciter iis quæ dicunt, et non attendere quid decens sit vel indecens. *Vicesimus quartus* adversus eos qui post passionem et ascensionem naturarum tollunt differentiam. *Vicesimus quintus* summatim ea repetit quæ per partes dicta sunt. *Vicesimus sextus* de compositione, seu consubstantiatione postea manifestata. *Vicesimus septimus* de eo quod secundum communem hominem est exemplo. Clarum vero, vel ex solo argumento, quinam ex supradictis libris orthodoxam corroborent doctrinam, quique ab ea discedant.

[1] Joan. I, 14.

(4) Χριστός. Ibid. præm. ὁ.
(5) δέ γε. Ibid. δέ.
(6) Λόγ. Ibid. præm. ὁ.
(7) οἷς. Ibid. οὓς, in marg. οἷς.
(8) τό. Ibid. τί.
(9) τίνες ἐκκλ. Ii scilicet qui oppositas recensent sententias, ut liber quintus.

Digitized by Google

INCIPIT

BEATI THEODORETI

DE TRINITATE (1).

Salus autem est scientia exsistentis, exsistentis vero scientia (2) est Deus, Deus autem est Trinitas, cujus notitiam Verbum, secundum similitudinem nostram præter peccatum factum [1], dedit dicens discipulis : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [2]. » Tres subsistentias sive personas ostendit, dicens in Patrem et in Filium et sanctum Spiritum. Propterea enim Pater est, et non Filius neque Spiritus; et Filius est, et neque Pater neque Spiritus; et Spiritus sanctus est, et neque Pater neque Filius. Manifestavit autem se sancta Trinitas in Jordane, Patre testante, Filio baptizato, sancto Spiritu in columbæ specie descendente. Et Pater non erat qui baptizabatur, sed Filius. Qui vero desursum testabatur, non erat Filius, sed Pater. Et qui in specie columbæ descendit, non erat Filius qui baptizabatur, neque Pater qui de excelsis clamabat, sed Spiritus sanctus. Pater enim ab excelsis clamabat : « Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui [3], » latens Verbum propter incarnationem ostendens. Filius autem est incarnatum Verbum, et a Joanne baptizatus. Et Spiritus sanctus, propriam habens subsistentiam, descendens ostendebatur in specie columbæ et permanens super eum.

Contra Sabellium, ejusdem beati Theodoreti.

Arguitur itaque insensatus Sabellius, qui sensu Judaico asserit monarchiam, intelligendo et sapiendo Patrem non vere Patrem, et Filium non vere Filium, et Spiritum sanctum non vere Spiritum sanctum; sed nomina solummodo sine substantiis, tria in una persona conjiciens. Ut autem clare intelligatur, exemplo quodam tene (3) istius patefaciamus sensum. Ait enim Trinitatem non vere trinitatem personarum subsistentium esse nomen Petrus (4), in baptismate vero Andreas, et in militia Thomas : sed non vere trini hujusmodi trinitas est; nominum vere solummodo trinitas, et non rerum est. Res autem vere subsistens est Pater, *ex quo omnia* [4], et res vere subsistens Filius, *per quem* A *omnia*, et res vere subsistens Spiritus sanctus, *in quo omnia*. Propter tres substantias tres res, et propter unam eamdemque naturam una eademque res. Omnia ergo quæcunque facta sunt, a sancta Trinitate habent essentiam, et in ea consistunt. « Verbo enim Domini (hoc est Patris) cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [5]. » Dominus autem Pater, Dominus autem et Filius, et Dominus vero et Spiritus sanctus. Commune namque trium personarum est Dominus et Deus. « Deus enim Deus tuus Dominus unus est [6]. » Attende quod dicitur : Unus Deus substantia atque natura, tres vero personæ. Non alterius naturæ Pater, et alterius Filius, et alterius Spiritus sanctus; sed una natura atque substantia. Nam et animalia rationalia sex B alas habentia, dicendo « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus [7], » in trinitate personarum prædicant unitatem. Unitas enim in trinitate cognoscitur; in unitate trinitas una, deitas una, et virtus una, et regnum unum. Quod vult Pater, vult et Filius, vult et Spiritus sanctus. Trinitas autem, quia Pater Filii subsistentis Pater est, et Filius subsistentis Patris et Filius, et Spiritus sanctus subsistens est ex Patre procedens et per Filium datus.

1056 *Adversus Arium impium.*

Sed necessarium quidem est ut, tres subsistentias confitendo, malam sectam Arii fugiamus. Contraria (5) enim Sabellio Judaizanti pergens viam, et fugiens monarchiam, in multorum deorum paganicam irruit opinionem, subsistentias sanctæ Trinitatis in unam deitatis substantiam non intendens, sed naturas et substantias extraneas subjectas alterutris, Deum magnum definiens, et parum (6) et minimum. Fuge insensibilitatem. Fugiens enim rem incongruam, incongruentius advenit. Introduxit enim sine fœdere prœlium sanctæ Ecclesiæ, Dei Filium minorando. Respice itaque quomodo Sabellius quidem fugiens Arium Judæus est factus, quomodo autem Arius Sabellium fugiens paganus effectus est. Ille siquidem uniprincipium, hic vero

[1] Hebr. IV, 15. [2] Matth. XXVIII, 19. [3] Matth. III, 17. [4] Rom. XI, 36; I Cor. VIII, 6. [5] Psal. XXXII, 6. [6] Deut. VI, 4; Marc. XII, 29. [7] Isa. VI, 3.

(1) Ex *Miscell.* Baluz., tom. IV, pagg. 1-8. [Recusum in Gallandii *Bibliotheca*, tom. IX, p. 416.]

(2) *Est Deus*] *Est Dei*, legit Cotelerius in *Eccl. Gr. Monum.*, tom. III, pag. 560 C.

(3) *Exemplo quodam tene*] *Exemplo quodam tenui*, vel (*tene*). Id. ibid.

(4) *Ait enim*, etc.] Leg. *Ait enim trinitatem personarum subsistentium esse. Nomen Petrus, in baptismate vero Andreas, et in militia Thomas.* Id. ibid.

(5) *Contraria*] Leg. *contrariam*. Id. ibid. pag. 561 a.

(6) *Parum*] Leg. *parvum*. Id. ibid.

Digitized by Google

multiprincipium alligavit (7). Est autem media et vere regalis via, et ab hoc et ab illo abstinere. Ait enim : « Non declinabis ad dexteram aut sinistram. Via regali perge [8]. » Regalis autem via est, ut neque Sabellii continuatio velut confusio suscipiatur, neque Arii divisio : sed credantur tres quidem substantiæ sive personæ, non autem una Trinitatis subsistentia, secundum Sabellium, et una substantia seu natura confiteantur, et non tres naturæ secundum Arium. Quia vero incerta sunt ignorantibus quæ dicuntur, quod est natura et substantia seu persona vel subsistentia; necessarium est de his breviter explanare. Inerudite namque multi se habentes delinquunt circa sanctam Trinitatem et circa incarnatam dispensationem unius de Trinitate Dei Verbi, nescientes quid est natura et substantia, et quid est substantia atque persona. Natura et substantia in nullo significativorum differunt nisi nomine. Natura enim substantia est. Substantia et natura in nullo significativorum differunt nisi nomine. Substantia enim est persona. Sed natura quidem et substantia hoc quod est commune significant. Persona vero et substantia (8) quod proprium significant. Velut una et communis omnium hominum natura est atque substantia; subsistentia vero et persona, uniuscujusvis hominis proprium. Et non quoniam innumerabiles personæ et subsistentiæ sunt hominum, propterea innumerabiles et naturæ sive substantiæ. Una namque et eadem substantia atque natura apud homines, et non altera est. Et rursus non quoniam una et eadem natura atque substantia omnium hominum est, propterea una est sola persona seu subsistentia omnium hominum. Scimus enim diversas personas hominum, et non unam. Petrus enim et Jacobus et Joannes unum quidem natura et substantia, secundum quod homines sunt; non autem unum subsistentia vel persona. Proprium enim sunt singuli. Petrus enim non est Jacobus aut Joannes. Similiter autem et horum singuli non sunt quod alius. Propria enim est uniuscujusvis persona seu subsistentia. Idem autem immutabilitate naturæ sive substantiæ. Quod enim est Petrus natura, hoc et Jacobus et Joannes. Quod autem est Petrus subsistentia, neque Jacobus neque Joannes est. Alter enim est Petrus, et alter Jacobus, alterque Joannes. Probatum est igitur quoniam non idem est natura et subsistentia, neque idem substantia atque persona. Idem autem natura et substantia quod commune et non proprium significat, et idem persona et subsistentia quod proprium et non commune declarat. Educati siquidem et sicuti dicunt exemplum secundum hominem sumentes ascendamus ad ratiocinationem divinam sanctæ Trinitatis universa transilientis. Nihil enim naturarum æquabitur Creatori, licet aliquod eorum quæ sunt facta sumatur exemplum propter brevitatem nostram in terra jacentium et erudientium velut per quasdam imagines. Ait enim Cantiloquus : « Etiam in imagine ambulet homo [9], » non ut consistat usque in hoc, sed jaculatur (9) mente a sensibilibus ad intelligibilia. Sanctæ igitur Trinitatis una quidem est natura atque substantia. Commune est enim trium substantia, non autem una substantia seu personarum Patris et Filii et Spiritus sancti tres subsistentiæ. Oportet igitur desiderantem spiritales divitias et volentem Christianorum dogmata vindicare, rerum non ignorare proprie esse, ne forte aliud pro alio intelligens circa dogmata peccet. Qui enim naturam et personam idem esse intelligit, aut in Arii divisionem incidit, aut in confusionem Sabellii. Arius enim, tres subsistentias dicens, tres etiam dicit naturas. Sabellius autem, unam naturam dicens, unam dicet et subsistentiam. Idem ergo duæ hæreses sunt perpessi (10), quoniam naturam et subsistentiam idem esse putaverunt, licet contrariæ alterutris dogmatibus esse videantur. Sancta vero Ecclesia, optime dogmata a principio servans, certissime novit causas discernere, unam dicens sanctæ Trinitatis esse naturam, non unam subsistentiam sicuti Sabellius; sed tres quidem dicens subsistentias, non tres naturas, sicut Arius. Et unam naturam novit, quod commune est, subsistentiam vero non unam, quod proprium. Dicendo enim unam naturam, indivisibilitatem prædicat Trinitatis : dicendo autem tres subsistentias, inconfusibilitatem Trinitatis agnoscit. Multi autem Ecclesiæ filiorum, propter reverentiam seu formidinem discere declinantes, ex ignorantia peccant circa Trinitatem et circa incarnatam dispensationem. Christianissimus (11) autem vere est scientia inenarrabilis sanctæ Trinitatis : per hanc sanctam scientiam ab ignorantia liberatur (12). Homo gratia filius Dei vocatur, detergens maculas peccatorum per opera bona, ex quibus præcipue purgata mens fit susceptibilis sanctæ Trinitatis et unitatis. Trinitatem namque personarum subsistentium hujusmodi mens, id est et in Patre et Filio et Spiritu sancto suscepit : « Veniemus enim, inquit Trinitas, et mansionem faciemus apud eum [10]. » Ubi enim Filius, ibi et Pater et Spiritus sanctus. Sit autem nobis in exemplo homo ad imaginem Dei et similitudinem factus. Servat enim in semetipsum tanquam imago ejus cujus est imago similitudinem. Sed inferior est tanquam factura et creatura. Non alienus autem.

[8] Num. xxi, 22. [9] Psal. xxxviii, 7. [10] Joan. xiv, 23.

(7) *Alligavit*] Leg. *allegavit*. Id. ibid.

(8) *Subsistentia*] Ita codex Corbeiensis. Bellovacensis et hic et in omnibus fermeLocis sequentibus habet *substantia*.

(9) *Jaculatur*] Leg. *Jaculetur*. Id. ibid. b.

(10) *Perpessi*] Forte, *perpessæ*. Et paulo ante, *unam dicit*.

(11) *Christianissimus*] Leg. *Christianismus*. Id. ibid.

(12) *Liberatur. Homo* etc.] Leg. *liberatur homo; gratia, filius Dei vocatur*. Id. ibid.

Digitized by Google

a Dei cognitione est, licet non exsistentibus (13) donante Creatore. Intellectus autem, et iste secundum interiorem hominem, non extra rationem gentibus (14). Namque est intellectus rationis. Sed neque extra Spiritum. Est enim intellectus intelligens, et ratiocinatrix, et spiritus palam faciens, et contemplatur (15) et substantia tria proprietatibus. Mens enim seu intellectus (16), pater verbi; habet enim verbum proprium in abscondito una cum spiritu proprio. Movetur enim et ratiocinatur mens in spiritu. Mens autem aliud est præter rationem. Et iterum ratio non est mens, secundum quod ratio est. Sed singula singulatim cognoscuntur. Inseparabilia vero sunt horum singula naturaliter. Una enim substantia. Sed non, quoniam una substantia, una quoque proprietas. Non enim, quoniam tres proprietates, tres quoque substantiæ. Non enim erant tria unum, si tres essent substantiæ; neque unum tria, si una proprietas. Ascende jam sumens scabellum nostrum exemplum ad illam mentem quæ ultra omnia est, qui vere Pater est et Verbum (17). Ibi enim vere est unitas trinitatis, et trinitas vere est unitatis. Propterea enim Pater, exsistens (18) subsistentia, inseparabiliter habet Filium et Spiritum. Et Filius, Filius exsistens subsistentia, inseparabiliter habet Patrem et Spiritum. Et Spiritus sanctus, Spiritus exsistens subsistentia, inseparabiliter habet Patrem et Filium. Et separatur unumquodque, et non separatur. Secundum quod separatur subsistentiis, vere trinitas. Secundum quod non separatur substantia, vere unitas est. Qui autem hujus favi suavissimi gustum non habent, divinæ ratiocinationis inexpertes exsistentes, illusi humano spiritu, tanquam animales, non suscipiunt quæ Spiritus Dei sunt[11]. Stultitia enim eis est, et scire non possunt. Aiunt enim : Si tria, quomodo unum? et si unum, quomodo tria? incongrua ratione unum percipientes et tria. Si unum enim, inquit, una (19) subsistentia, et non tres; si vero tria, tres omnimodis substantiæ, et non una. Non enim possibile est, inquit, unum esse tria, neque rursum tria unum : non contemplantes subtilissimis sensibus (20) scelestissimam (21) scientiæ profunditatem. Secundum quid unum tria et quid (22) tria unum; secundum quod immutabiliter habet ad semetipsam Trinitas una natura exsistens, propter hoc unum Trinitas. Porro secundum quod non una persona sed tres trinitas, vere est unitas. trinitas personis non substantia, et unitas substantia non personis. Secundum aliud vero trinitas, trinitas, et secundum aliud unitas, unitas est. Alius enim et alius et alius. Tres enim subsistentiæ. Non autem aliud et aliud et aliud. Una enim natura atque substantia est. « Clare vero ostendit semetipsam veritas credentibus[12]. Invenitur enim ab eis qui non tentant eam, et apparet non discredentibus sibi[13]. »

[11] I Cor. II, 14. [12] Sap. VI, 17. [13] Sap. I, 2.

(13) *Non exsist.*] Leg. *ex non exsistentibus.* Id. ibid.

(14) *Gentibus*] Leg. *agentibus.* Id. ibid.

(15) *Et contemplatur* etc.] Leg. *et contemplatori; et unum substantia, tria proprietatibus.* Id. ibid. c.

(16) *Mens enim* etc.] Vide Theodoritum, quæst. 20 in Genesim. Id. ibid.

(17) *Qui vere*] Leg. *quia vere.* Id. ibid.

(18) *Propterea enim Pater exsistens*] Leg. *Propterea enim Pater, Pater exsistens.* Id. ibid.

(19) *Una*] Codex Bellovac. *dua.*

(20) *Scelestissimam*] Legendum, *excellentissimam.*

(21) *Scelestissimam*] Leg. *selectissimam.* Id. ibid.

(22) *Et quid*] Leg. *et secundum quid.* Et mox : *propter hoc unum : trinitas porro, secundum quod non una persona, sed tres. Trinitas vere est unitas*, etc.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

EPISTOLÆ.

1057-1059 DE LATINA VERSIONE EPISTOLARUM THEODORETI

ADMONITIO JAC. SIRMONDI.

olas Theodoreti Vaticano ex codice depromptas Latinitate donarat Federicus Metius, in usum et gratiam cardinalis Baronii, qui harum aliquot juxta Metianam illam versionem retulit in Annales ecclesiasticos. Quid ea Romæ postea factum sit nescimus, nisi quod in lucem constat non exiisse. Quocirca cum Græcum exemplar alterum eodem ex fonte Vaticano illustrissimi doctissimique Arelatensis archiepiscopi beneficio nacti essemus, quod in hac editione repræsentamus, ne Latina versio deesset, quia Metiana carebamus, nostram substituimus.

Digitized by Google

TESTIMONIA DE HIS EPISTOLIS.

Nicephorus lib. XIV *Historiæ, cap.* 54, *Theodoreti opera recensens*

Καὶ ἐπιστολαῖς δὲ τούτου ὑπὲρ πεντακοσίας ἐνέτυχον, ἀρίστως καὶ κατὰ λόγον Ἕλληνα συγκειμέναις. A Hujus etiam in Epistolas incidi supra quingentas, optime et ad Græci sermonis nitorem compositas.

Collatio Catholicorum cum Severianis, Constantinopoli habita anno 532.

Sed et invenimus in Theodoreti litteris, quas ad Dioscorum fecit, quia quando contra Julianum et de Apopompæo conscripsisset libros, ipsos destinavit in Antiochia B. Cyrillus, et rogavit B. Joannem ostendere illos orientalibus præclaris doctoribus. Et quia ostensis eis scripsit ei Theodoretus, et rescripsit ei B. Cyrillus, et diligentiam et affectum ei testificans. *Quæ verba exstant in epist.* 83 *Theodoreti.*

Synodus V *generalis collatione* V.

Ex epistola Theodoreti ad Hierenatum digamum. Quoniam vero inculpatis me, quod sanctum et beatum reliqui Patrem Theodorum in connumeratione doctorum, necessarium existimavi, *et cætera, quæ in hoc tomo exstant in epistola* 16 *ad Irenæum episcopum, qui perperam eo loco Hierenatus appellatur.*

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

EPISTOLÆ.

Α'. — Ἀνωνύμῳ.

Τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ τὸν συνετὸν ἀκροατὴν ὁ προφητικὸς συνέζευξε λόγος. Ἐγὼ δέ σου τῇ ὁσιότητι οὐχ ὡς ἀκροατῇ συνετῷ, ἀλλ' ὡς κριτῇ σοφῷ καὶ ἀληθεῖ, τὴν εἰς τὸν θεῖον Ἀπόστολον συγγραφεῖσάν μοι δέδωκα βίβλον. Καὶ καθάπερ οἱ χρυσοχόοι τῇ βασάνῳ προσφέρουσι τὸν χρυσὸν, ἰδεῖν ἐθέλοντες εἰ ἀκίβδηλός τε καὶ ἄπεφθος· οὕτως ἐγὼ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὸ σύγγραμμα προσενήνοχα, γνῶναι βουλόμενος, εἴτε εὖ ἔχει, εἴτε τινὸς δεῖται καθάρσεως. Ἀλλὰ καὶ ἀναγνοὺς καὶ πέμψας, οὐδὲν ἡμῖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, τῶν εἰρημένων περὶ τούτου δεδήλωκας. Ἡ δὲ σιγή με παρασκευάζει τοπάζειν, ὡς τἀναντία περὶ ταύτης ψηφισάμενος ὁ κριτὴς, οὐκ ἠθέλησε διὰ τοῦ μηνῦσαι λυπῆσαι. Λῦσον τοίνυν τὴν ὑποψίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦ συγγράμματος ψῆφον δηλῶσαί μου καταξίωσον.

B. **1060** I. —*Anonymo.*

Cum admirabili consiliario prudentem auditorem propheticus sermo conjunxit [1]. Ego vero sanctitati tuæ, non ut prudenti auditori, sed ut sapienti veroque judici librum obtuli, quem in divinum Apostolum conscripseram. Et quemadmodum aurifices ad lapidem aurum admovent, cum probare volunt an purum sit et excoctum : sic ego ad pietatem tuam commentarium misi, scire avens rectene se habeat, an aliqua egeat purgatione. At tu de illo, cum abs te lectum remitteres, nihil horum nobis, amice, significasti. Facit autem hoc silentium, ut conjiciam judicem, quia illum calculo suo damnarat, noluisse nos rem indicando mœrore afficere. Dilue itaque suspicionem, ac de commentario mihi quid sentias exprimere ne graveris.

[1] Isa. III, 2.

Digitized by Google

1061 II. — *Eidem.*

Non puto eos qui ardenter amant de illorum partu qui amantur recte judicare. Subripit enim amor justitiam. Nam et patres forma præstare deformes filios existimant, et filii similiter patrum deformitatem non vident. Sic et frater fratrem cernit, non qualem natura, sed qualem affectus ostendit. Ad hunc ego modum de scriptis meis judicasse sanctitatem tuam arbitror, sententiam dictante benevolentia. Maxima enim revera vis est charitatis, amicorumque defectus persæpe obtegit non leves. Hujus tu opibus affluens, o amice, scripta nostra laudibus ornasti. At ego a religione tua peto, bonum ut Dominum exores, quo scriptorum laudem ratam habeat, laudatumque talem reddat, qualem laudantium verba depingunt.

III. — *Irenæo episcopo.*

Hujusmodi comparationes divinus quidem Apostolus interdicit. Scribens enim ad Romanos sic ait: « Itaque nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit unicuique a Deo [2]. » Jure autem ac merito id facit. Nos siquidem res solas cernimus: universorum vero Deus ipsum etiam eorum qui res gerunt perspectum habet consilium, atque ex hoc potius quam ex operibus judicans fert sententiam. Ita divinum Apostolum coronabit factum Judæis **1062** tanquam Judæum, et iis qui erant sub lege quasi sub lege, et iis qui sine lege tanquam sine lege [3]. Multis enim ut prodesset fictas personas induit, non adulatoris amplectens vitam, nec damnosum sibi lucrum captans, sed ut eorum quos docebat utilitati consuleret. Divinus ergo Paulus, ut jam dixi, divinum judicium exspectari jubet. Verumtamen qui majora audemus, et theologiam cogitationem ac verba transcendentem attingimus, non blasphemiæ argumenta impiorum hæreticorum more aucupantes, sed ut illorum impietatem convincamus, et Creatori laudes pro captu nostro persolvamus, absurdi nihil acturi sumus, si ad interrogationem vestram respondeamus.

Proposuistis oratione vestra impium judicem, qui duobus pietatis athletis optionem dederit, ut alterutrum facerent, aut sacrificarent dæmonibus, aut sese in mare darent præcipites: atque horum unum quidem posterius arripuisse, alacriterque in profundum desiliisse: alterum vero neutrum elegisse, sed idolorum quidem cultum prioris exemplo respuisse, seipsum tamen fluctibus non objecisse, sed exspectasse ut per vim ab alio mergeretur. His ita expositis, rogastis uter illorum rectius fecisse videatur. Ego vero vobis quoque secundum laude digniorem videri arbitror. Neque

[2] I Cor. IV, 5. [3] I Cor. IX, 20, 21.

(i) ἐπαγγέλλω. Neapolitanus.

A

Β'. — *Τῷ αὐτῷ.*

Οὐκ οἶμαι τοὺς θερμῶς ἀγαπῶντας ταῖς τῶν ἀγαπωμένων ὠδῖσι κρίνειν ὀρθῶς· κλέπτει γὰρ ὁ πόθος τὸ δίκαιον. Καὶ γὰρ οἱ πατέρες ὥρᾳ λάμπειν τὰ δυσειδῆ παιδία νομίζουσι· καὶ παῖδες ὡσαύτως τὰ τῶν πατέρων εἰδεχθὲς οὐχ ὁρῶσιν· οὕτω καὶ ἀδελφὸς ἀδελφὸν βλέπει, οὐχ ὡς ἡ φύσις, ἀλλ' ὡς ἡ διάθεσις δείκνυσιν. Οὕτω τὴν σὴν θειότητα κρῖναι τοῖς ἐμοῖς ὑπείληφα λόγοις, τοῦ φίλτρου τὴν ψῆφον ἐξενεγκόντος. Μεγίστη γὰρ ἀληθῶς ἡ τῆς ἀγάπης ἰσχὺς, καὶ συσκιάζει πολλάκις τῶν φίλων οὐ μικρὰ πλημμελήματα. Ταύτης ἔχων τὸν πλοῦτον, ὦ φίλη κεφαλὴ, εὐφημίαις τοὺς ἡμετέρους ἐταινίασας λόγους· ἐγὼ δέ σου τὴν θεοσέβειαν ἀπαγγέλλω (1) τὸν ἀγαθὸν ἀντιβολῆσαι Δεσπότην, βεβαιῶσαι τοῖς λόγοις
B τὴν εὐφημίαν, καὶ δεῖξαι τὸν ἐπαινούμενον, ὁποῖον τῶν ἐπαινούντων ζωγραφοῦσιν οἱ λόγοι.

Γ'. — *Εἰρηναίῳ ἐπισκόπῳ.*

Ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος τὰς τοιαύτας ἀπαγορεύει συγκρίσεις. Ῥωμαίοις γὰρ ἐπιστέλλων οὕτως ἐφη· « Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. » Μάλα δὲ εἰκότως τοῦτο πεποίηκεν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ μόνα ὁρῶμεν τὰ πράγματα· ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ τῶν ταῦτα δρώντων ἐπίσταται τὸν σκοπὸν, καὶ τούτῳ μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις δικάζων ἐκφέρει τὴν ψῆφον. Οὕτω στεφανώσει τὸν θεῖον Ἀπόστολον γενόμενον,
C τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖον, καὶ τοῖς κατὰ νόμον ὡς ὑπὸ νόμου, καὶ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομον. Διὰ γὰρ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν τοῖς τῆς ὑποκρίσεως προσωπείοις ἐχρήσατο· οὐ κόλακος ἀσπαζόμενος βίον, καὶ κέρδος ἐπιζήμιον ἑαυτῷ μηχανώμενος· ἀλλ' οἷς τὴν διδασκαλίαν προσέφερε τὴν ὠφέλειαν πραγματευόμενος. Εἰ μὲν οὖν θεσπέσιος Παῦλος, ὡς ἔφην ἤδη, τὸ θεῖον ἀναμένειν κελεύει κριτήριον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν μειζόνων καταπολμῶμεν, καὶ θεολογίας τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἁπτόμεθα, οὐ βλασφημίας ἀφορμὰς κατὰ τοὺς ἀνοσίους ἐπιζητοῦντες αἱρετικοὺς, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐξελέγχοντες, καὶ ὡς χωροῦμεν τὸν Ποιητὴν ἀνυμνοῦντες, οὐδὲν ἀπεικὸς ῥιψήμεν ἂν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀποκρινόμενοι
D πεῦσιν.

Ὑπέθεσθε τῷ λόγῳ δυσσεβῆ δικαστὴν, αἵρεσιν δεδωκότα δύο τισὶν ἀθλητὰς εὐσεβείας, ὥστε δυοῖν θάτερον δρᾶσαι, ἢ θῦσαι δαίμοσιν, ἢ σφᾶς εἰς τὸ πέλαγος ῥίψαι· καὶ τὸν μὲν ἁρπάσαι τὸ δεύτερον, καὶ προθύμως εἰς τὸν βυθὸν κυδιστῆσαι· τὸν δὲ μηδέτερον ἐλέσθαι· ἀλλὰ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν παραπλησίως τῷ προτέρῳ βδελύξασθαι, ἑαυτὸν δὲ μὴ παραδοῦναι τοῖς κύμασιν, ἀλλ' ἀναμεῖναι βίᾳ τοῦτο παρ' ἑτέρου παθεῖν. Οὕτω ταῦτα τῷ λόγῳ διασκευάσαντες, ἤρεσθε πότερος αὐτοῖν ἄμεινον δεδρακέναι δοκεῖ. Ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ ὑμῖν συνδοκεῖν τὸν δεύτερον ἀξιαγαστότερον εἶναι. Οὐδὲ γὰρ μὴ προστατόμενον

Digitized by Google

χρή τινα ἑαυτὸν ὑπεξάγειν, ἀλλὰ προσμένειν ἢ τὸν αὐτόματον, ἢ τὸν βίαιον θάνατον. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ Δεσπότης, τοὺς ἐν τῇδε τῇ πόλει διωκομένους φεύγειν εἰς ἑτέραν παρεκελεύσατο· καὶ αὖθις κἀκείνην ἀμείβειν, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπιέναι πόλιν ἐκέλευσε. Ταῦτα πεπαιδευμένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τοῦ ἐθνάρχου τὰς χεῖρας διέφυγε, καὶ οὐδὲ τῆς φυγῆς τὸν τρόπον ἐσίγησεν· ἀλλ' ὑπέδειξε τὴν σαργάνην τῷ λόγῳ, καὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὴν θυρίδα, αὐχῶν ἐπὶ τούτοις, καὶ σεμνυνόμενος. Ὁ γὰρ θεῖος νόμος τὸ δοκοῦν αἰσχρὸν ποιεῖ σεμνόν. Οὕτω ποτὲ μὲν Φαρισαῖον, ποτὲ δὲ Ῥωμαῖον ἑαυτὸν προσηγόρευεν· οὐ τὸν θάνατον δειμαίνων, ἀλλ' ἐννόμως ἀγωνιζόμενος. Οὕτως ἐπεκαλέσατο Καίσαρα, τὰς τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὰς προμαθών· καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν δὲ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἔπεμψε, καὶ τὰ τυρευθέντα μεμήνυκεν, οὐ τῆς παρούσης βιοτῆς ἐφιέμενος, ἀλλὰ τοῖς θείοις νόμοις ἑπόμενος. Οὐ γὰρ δὴ βούλεται ἡμᾶς ὁ Δεσπότης εἰς προῦπτον ἑαυτοὺς ἐμβάλλειν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς οὐ διὰ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων ἐδίδαξεν. Πολλάκις γὰρ τὰς μιαιφόνους τῶν Ἰουδαίων ἐξέκλινε χεῖρας. Καὶ ὁ μέγας δὲ Πέτρος, τῶν ἀποστόλων ὁ πρῶτος, ἀπολυθεὶς τῶν δεσμῶν, καὶ τὰς Ἡρῴδου χεῖρας διαφυγών, ἀφίκετο μὲν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, καὶ τὴν ἐκείνων φροντίδα λύσας τῇ παρουσίᾳ, καὶ σιγὴν ἄγειν κελεύσας, εἰς οἰκίαν ἑτέραν μετέστη, πλέον λαθεῖν τῇ μεταβάσει πειρώμενος. Τοῦτο τῆς φιλοσοφίας τὸ εἶδος εὑρήσομεν κἀν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πολυύμνητος, ἀνδρίᾳ τῇ προτεραίᾳ κατὰ τοῦ Αἰγυπτίου χρησάμενος, εἶτα γνοὺς τῇ ὑστεραίᾳ κατάδηλον τὸν φόνον γεγενημένον, ἀπέδρα, καὶ πολλῶν ὁδὸν ἐξήνυσεν ἡμερῶν, καὶ τὴν Μαδιανῖτιν κατέλαβε χώραν. Οὕτως Ἠλίας ὁ πάνυ τὰς τῆς Ἰεζάβελ μεμαθηκὼς ἀπειλὰς, τοῖς ἀνελεῖν βουλομένοις ἑαυτὸν οὐκ ἐξέδωκεν, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην καταλιπὼν, ἔδραμεν εἰς τὴν ἔρημον. Εἰ δὲ τὸ φυγεῖν τῶν πολεμούντων τὰς χεῖρας ὅσιόν τε καὶ θεῷ προσφιλὲς, πολλῷ δήπουθεν ὁσιώτερον τὸ μὴ πεισθῆναι τῷ κελεύσαντι αὐτὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι φονέα. Οὐδὲ γὰρ ὁ Κύριος εἶχεν εἰρηκότι τῷ διαβόλῳ· « Βάλε σεαυτὸν ἄνωθεν κάτω. » Ὅτε δὲ τὰς Ἰουδαϊκὰς κατ' αὐτοῦ καθώπλισε χεῖρας, διὰ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἀκανθῶν, καὶ τῶν ἥλων, καὶ τῆς κτίσεως ἐπειγομένης τοῖς ἀλιτηρίοις ἐκείνοις πανωλεθρίαν ἐπαγαγεῖν, αὐτὸς ὡς Δεσπότης ἐκώλυσεν, εἰδὼς τὸ πάθος τῷ κόσμῳ σωτήριον. Διά τοι τοῦτο καὶ παρὰ τὸ πάθος τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· « Εὔξασθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. » Καὶ ἡμᾶς λέγειν ἐδίδαξεν· « Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. »

Μετασχηματίσωμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, μικρά τινα τοῦ προβλήματος, καὶ σαφέστερον μαθησόμεθα τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἀφελόμενοι τοῦ λόγου τὴν θάλατταν, φῶμεν ξίφος ἐγχειρίσαι τὸν δικαστὴν ἑκατέρῳ τῶν ἀθλητῶν, καὶ προστάξαι τὸν οὐκ ἀνεχόμενον θῦσαι, τὴν οἰκείαν ἐκτεμεῖν κεφαλήν· τίς οὖν ἂρα εὖ φρο-

enim injussum quemquam oportet de vita seipsum educere, sed mortem vel spontaneam vel violentam præstolari. Quod docens Dominus, eos qui persecutionem in una civitate patiantur, in alteram fugere præcepit, atque iterum ex hac etiam migrare, et in aliam abire jussit [4]. **1063** Qua ex disciplina divinus Apostolus [5] præpositi gentis manus effugit, fugæque modum non reticuit, sed et sportam commemoravit, et murum, et portam, eo nomine glorians et exsultans. Lex quippe divina honestum id reddebat quod indecorum videbatur. Sic et Pharisæum se interdum, interdum Romanum professus est, non mortem reformidans, sed legitime decertans [6]. Sic Cæsarem appellavit, cum Judæorum insidias præsensisset [7], sororisque filium misit ad tribunum, et insidias patefecit [8], non vitam præsentem expetens, sed legibus divinis obtemperans. Neque enim vult Dominus, ut præcipites nos ipsos agamus, atque hoc nos ipse non verbis modo, sed factis etiam docuit. Sæpius etiam cruentas Judæorum manus declinavit. Et magnus Petrus, apostolorum primus, vinculis solutus Herodisque manibus elapsus, venit ad domum Joannis, qui cognominatus est Marcus, et cum illis sollicitudinem præsentia sua exemisset silentiumque imperasset, in aliam domum se transtulit, hoc satagens ut sedes mutando amplius lateret [9]. Hoc philosophiæ genus in veteri etiam lege reperiemus. Nam et Moses ille celeberrimus, cum pridie fortiter egisset in Ægyptium, ac postridie cædem esse patefactam comperisset, fugam iniit, multorumque dierum iter emensus pervenit in Madianitidem regionem [10]. Et magnus Elias, Jezabelis minas cum didicisset, iis qui occidere volebant **1064** seipsum non tradidit, sed habitabili relicta, fugit in solitudinem [11]. Quod si persequentium manus effugere sanctum Deoque acceptum est, multo utique sanctius ei qui sui ipsius homicidam esse suadeat non obsequi. Neque enim cessit Dominus diabolo dicenti : « Mitte te deorsum [12]. » Et quando Judaicas in eum manus armavit flagellis, et spinis, et clavis, properante creatura impiis illis exitium inferre, ipse tanquam Dominus prohibuit, passionem suam sciens mundo esse salutarem. Propterea sub ipsam passionem apostolis dixit : « Orate ut non intretis in tentationem [13]. » Et nos dicere docuit : « Et ne nos inducas in tentationem [14]. »

Commutemus autem, si placet, pauca quædam in proposita quæstione, et veritatem apertius cognoscemus : ac, maris nomine sublato, dicamus judicem gladium utrique athletæ porrexisse, ac jussisse, ut qui sacrificare nollet, suum sibi caput amputaret : quis jam mentis compos sustineat pro-

[4] Matth. x, 23. [5] II Cor. II, 33. [6] Act. XXIII, 6; XXII, 25. [7] Act. XXV, 10. [8] Act. XXIII, 16. [9] Act. XII, 12 seqq.. [10] Exod. II, 15. [11] III Reg. XIX, 1 seqq. [12] Matth. IV, 6. [13] Matth. XXVI, 41. [14] Luc. XI, 4.

prio sanguine cruentare dexteram, suique ipsius carnificem fieri, et inimicam manum reddere, atque iniqua jubenti judici parere? Multo igitur laude dignior est secundus. Priorem enim sola commendat animi alacritas: alterum vero præter alacritatem ornat consilii rectitudo. Hæc ego pro data mihi scientiæ mensura dijudicavi. Is vero qui et res et cogitationes clare novit, in die apparitionis ostendet uter consultius deliberaverit.

A νῶν ἠνέσχετο ἂν αἵματι οἰκείῳ φοινίξαι τὴν δεξιάν, καὶ δήμιος ἑαυτοῦ γενέσθαι, καὶ πολεμίαν ἀποφῆναι τὴν χεῖρα, καὶ εἶξαι τῷ παρανόμῳ κελεύσαντι δικαστῇ; Πολλῷ τοιγαροῦν ὁ δεύτερος ἀξιαγαστότερος. Τῷ προτέρῳ μὲν γὰρ ἡ προθυμία μόνη προσφέρει τὴν εὐφημίαν, τὸν δὲ δεύτερον πρὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ ἡ εὐβουλία κοσμεῖ. Ταῦτα ἐγὼ μὲν πρὸς τὸ δεδομένον τῆς γνώσεως μέτρον διέκρινα· ὁ δὲ καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ἐνθυμήματα σαφῶς ἐπιστάμενος, ἐν τῇ τῆς ἐπιφανείας ἡμέρᾳ δείξει τὸν ἄμεινον βουλευσάμενον.

1065 IV. — *Heortastica.*

Animarum corporumque Conditor utrique naturæ commoda largitus est, atque una nos et mentem et sensum pascentibus bonis cumulavit. Cum sanctissimo enim festo pluviam quoque optatissimam dedit, ut tristitiæ vacuam redderet celebritatem. Nos vero munificum laudantes Dominum, festivas de more litteras scribimus, tuamque salutantes pietatem, orationum auxilium deposcimus.

Δ'. — Ἑορταστική.

Ὁ ψυχῶν καὶ σωμάτων Δημιουργὸς ἑκατέρᾳ φύσει τὰ πρόσφορα δέδωκε, καὶ κατὰ ταυτὸν ἡμᾶς καὶ B τοῖς νοητοῖς αἰσθητοῖς ἐπέκλυσεν ἀγαθοῖς. Μετὰ γὰρ δὴ τῆς παναγοῦς ἑορτῆς καὶ τὸν τριπόθητον ἔδωκεν υἱετὸν, ἵνα καθαρὰν ἀθυμίας τὴν πανήγυριν ἀποφήνῃ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μεγαλόδωρον ὑμνήσαντες Δεσπότην, τοῖς ἑορταστικοῖς συνήθως κεχρήμεθα γράμμασι, καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προσφθεγγόμενοι, τὴν ἀπὸ τῶν προσευχῶν αἰτοῦμεν βοήθειαν.

V. — *Heortastica.*

Qui nos curis angoribusque post peccatum addixit conditor Deus, consolationis occasiones nobis suppeditavit divinas interponens festivitates. Harum enim argumenta et concessa nobis a Deo beneficia in mentem revocant, et perfectam tristium omnium liberationem denuntiant. His bonis jam nunc fruentes, abundantesque lætitia, magnificentiam tuam salutamus, et amicitiæ, ut festi lex postulat, officio perfungimur.

E'. — Ἑορταστική

Φροντίσιν ἡμᾶς καὶ λύπαις μετὰ τὴν ἁμαρτίαν συζεύξας ὁ δημιουργήσας Θεὸς, παρέσχεν ἡμῖν παραψυχῆς ἀφορμὰς τὰς θείας ἐν μέσῳ τεθεικὼς ἑορτάς. Αἱ γὰρ τούτων ὑποθέσεις καὶ τῶν θεοσδότων ἡμᾶς ἀναμιμνήσκουσι δωρεῶν, καὶ τὴν παντελῆ τῶν ἀνιαρῶν προμηνύουσι λύσιν. Τούτων τῶν ἀγαθῶν C καὶ νῦν ἀπολαύσαντες, καὶ θυμηδίας ἀναπλησθέντες, τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν προσφθεγγόμεθα, καὶ τῆς φιλίας τὸ μέτρον ἐκτίνομεν κατὰ τὸν νόμον τῆς ἑορτῆς.

VI. — *Heortastica.*

Concessit nobis benignus Dominus, ut cum Christi amantis populi alacritate divinam et salutarem festivitatem perageremus, spiritualisque ex ea utilitatis fructus caperemus. Quare tuæ erga nos pietatis affectum agnoscens, hac de re certum te per litteras facio. Lætantur enim qui erga aliquos bene sunt affecti, cum de illis læti quidpiam audiverint.

Ϛ'. — Ἑορταστική.

Παρέσχεν ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης μετὰ τῆς τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ προθυμίας ἐπιτελέσαι τὴν θείαν καὶ σωτήριον ἑορτὴν, καὶ τοὺς τῆς πνευματικῆς ὠφελείας ἐξ αὐτῆς τρυγῆσαι καρπούς. Τὴν περὶ ἡμᾶς τοίνυν διάθεσιν τῆς σῆς εὐλαβείας εἰδὼς, δῆλον αὐτῇ διὰ γραμμάτων τοῦτο ποιῶ. Ἥδονται γὰρ οἱ εὖ περί τινας διακείμενοι, ὅταν τι περὶ αὐτῶν θυμῆρες ἀκούσωσιν

1066 VII. — *Theonillæ.*

Jam pridem scripsissem, si pridem cognitum habuissem obitum magnificentissimi conjugis gravitatis tuæ. Nunc vero scribo, non ut tristitiæ acerbitatem verbis consolatoriis deliniam. Iis enim qui philosophari norunt, vitæque hujus conditionem exploratam habent, sufficit ad sedandas mœroris tempestates sola cogitatio. Quod si diuturnam illam consuetudinem memineris, ista divinas leges commemorat, lacrymisque illius (mœroris) opponit et naturæ cursum, et Dei decretum, et spem resurrectionis. Quorum ego non ignarus, multis verbis opus non habeo. Hortor tantum ut philosophia opportune utaris, et defuncti mortem longam esse peregrinationem statuas, Deique ac Servatoris nostri promissa exspectes. Expers enim est mendacii qui

Z'. — Θεονίλλῃ.

D Πάλαι ἂν ἐγεγράφειν, εἰ πάλαι ἐγνώκειν τὴν τελευτὴν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου τῆς σῆς σεμνοπρεπείας ὁμοζύγου. Καὶ νῦν δὲ γράφω, οὐχ ἵνα τὴν τῆς ἀθυμίας ὑπερβολὴν λόγοις παραμυθητικοῖς κατευνάσω· τοῖς γὰρ ἐπισταμένοις φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦδε τοῦ βίου τὴν φύσιν ἐπεσκεμμένοις, ἀπόχρη καὶ μόνος ὁ λογισμὸς ἀποσκεδάσαι τῆς λύπης τὰς τρικυμίας. Κἂν τῆς μακρᾶς ἐκείνης συνηθείας ἀναμιμνήσκῃ, αὐτὸς τοὺς θείους νόμους ἀναγινώσκει, καὶ τοῖς ἐκείνης δάκρυσιν ἀντιτάττει καὶ τῆς φύσεως τὸν δρόμον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν ὅρον, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ταῦτ' εἰδὼς οὐ δέομαι λόγων πολλῶν, ἀλλ' εἰς καιρὸν τῇ φιλοσοφίᾳ κεχρῆσθαι παρακαλῶ· καὶ νομίσαι τοῦ κατοιχομένου τὴν τελευτὴν ἀποδημίαν μακράν· καὶ προσμεῖναι τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ

Digitized by Google

Σωτῆρος ἡμῶν ὑπόσχεσιν. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ τὴν ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος, μᾶλλον δὲ ἀληθείας πηγή.

A resurrectionem promisit, imo vero fons veritatis.

Η'. — *Εὐγραφίᾳ.*

Περιττὸν μὲν οἶμαι τὸ πάλιν ἐπῳδὰς τῇ λύπῃ προσφέρειν πνευματικάς. Ἀπόχρη γὰρ (2) μόνη τῶν σωτηρίων παθημάτων ἡ μνήμη σβέσαι καὶ τὴν ἀκμάζουσαν ἀθυμίαν. Ὑπὲρ γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ταῦτα γεγένηται φύσεως. Τὸν γὰρ θάνατον ὁ Δεσπότης κατέλυσεν, οὐχ ἵνα ἓν σῶμα κρεῖττον ἀποφήνῃ θανάτου· ἀλλ' ἵνα δι' ἐκείνου τὴν κοινὴν ἀνάστασιν πραγματεύσηται, καὶ ταύτην ἡμῖν τὴν ἐλπίδα βεβαίαν παράσχῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν θείων ἑορτῶν παντοδαπὴν ψυχαγωγίαν προσφερουσῶν οὐ καταγωνίζῃ τῆς ἀθυμίας τὸ πάθος, παρακαλῶ σου τὴν σεμνοπρέπειαν, τοῦ προικῴου γοῦν γραμματείου τὰ μετὰ τὴν ἐπίδοσιν ἀναγνῶναι, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὡς ἠγήσατο τοῦ γάμου τοῦ θανάτου ἡ μνήμη. Τὸ γὰρ θνητὸν τῆς φύσεως ἐπιστάμενοι, καὶ προμηθούμενοι τῆς τῶν ἔτι ζώντων εἰρήνης, τὰς καλουμένας αἱρέσεις ἐπιτάττουσιν, καὶ οὐ δυσχεραίνουσι πρὸ τῆς γαμικῆς συναφείας μεμνημένοι θανάτου· ἀλλὰ διαῤῥήδην βοῶσιν, εἰ μὲν ὁ ἀνὴρ προτελευτήσοι, συνέδοξε τόδε γενέσθαι· εἰ δὲ ἡ γυνὴ τοῦτο ὑπομείνοι τὸ πάθος, τόδε συνήρεσε. Τί τοίνυν δυσχεραίνομεν ταῦτα πρὸ τοῦ γάμου μεμαθηκότες, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν προσμένοντες; Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα διαλυθῆναι τὴν συζυγίαν, ἢ τοῦ ἀνδρὸς προτελευτῶντος, ἢ τῆς γυναικὸς προαπιούσης. Τοῦτον γὰρ ἔχει τὸν δρόμον ὁ βίος. Καὶ τὰ θεῖα τοίνυν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα σαφῶς εἰδυῖά σου ἡ θαυμασιότης, σκεδασάτω τὴν ἀθυμίαν, καὶ τὴν κοινὴν ἐλπίδα τῶν εὐσεβῶν προσμεινάτω.

B

C

VIII. — *Eugraphiæ.*

Supervacaneum duco spiritualia iterum remedia dolori adhibere. Sufficit enim vel ad summam tristitiam profligandam salutarium cruciatuum sola recordatio. Pro ' natura quippe humana hi suscepti sunt. Mortem enim Dominus destruxit, non ut corpus unum de morte triumphasse ostenderet, sed ut communem per illud resurrectionem præstaret, atque hanc nobis spem firmam præberet. Quod si, cum divinæ festivitates omnimodam consolationem afferre soleant, tristitiæ dolorem non expugnas, suadeo gravitati tuæ, ut ea relegas **1067** quæ dotis incremento in dotalibus tabulis subjiciuntur, et aperte cognoscas mortis memoriam nuptias præcessisse. Morti enim obnoxiam esse naturam intelligentes et adhuc viventium paci prospicientes, conditiones quas vocant imponunt, et ante nuptialem copulam mortis meminisse non abnuunt, sed diserte pronuntiant : Si vir ante mortuus fuerit, hoc fieri conventum est : sin uxori prius id contigerit, hoc ita complacuit. Quid ergo ægre ferimus, qui hæc ante nuptias didicimus, atque hæc in dies, ut verbo dicam, singulos exspectamus? Prorsus enim necesse est dissolvi conjugium, aut viro prius obeunte, aut uxore præeunte. Hic enim cursus est vitæ. Et divina igitur et humana callens præstantia tua tristitiam excutiat, et communem piorum spem præstoletur.

Θ'. — *Ἀνωνύμῳ* (3).

Ἡ μὲν θεοσέβεια ὑμῶν δυσχεραίνει καὶ ἄχθεται διὰ τὴν ἀδίκως ἡμῖν καὶ δίχα κρίσεως ἐπενεχθεῖσαν ψῆφον· ἐμὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο ψυχαγωγεῖ. Εἰ μὲν γὰρ δικαίως κατεκρίθην, ἠλγησα ἄν, ὡς παρασχὼν ἀφορμὰς εὐλόγους τοῖς κατακρίνασιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτῳ τῷ μέρει καθαρόν μου τὸ συνειδός, χαίρω καὶ γάννυμαι, καὶ προσμένω τῶν ἄλλων λύσιν ἁμαρτημάτων διὰ τήνδε τὴν ἀδικίαν. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ναβουθὲ δι' ἄλλην ἀρετὴν πολυθρύλλητος, ἀλλ' ὅτι τὴν ἄδικον ἐκείνην ὑπέμεινε σφαγήν. Εὔξασθαι δὲ παρακαλῶ παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ἡμᾶς, καὶ ὁ πολεμῶν πολεμείτω. Ἀρκεῖ γάρ μοι εἰς πᾶσαν θυμηδίαν ἡ τοῦ Θεοῦ μου εὐμένεια· κἂν αὐτὸς ἡμῖν παρῇ, τῶν λυπηρῶν ἁπάντων ὡς ἀθυρμάτων καταφρονοῦμεν.

D

IX. — *Anonymo.*

Indignatur et ægre fert pietas tua ob injuste in nos et sine judicio latam sententiam ; me vero id ipsum consolatur. Nam si juste condemnatus essem, dolerem utique, quasi legitimas causas judicibus præbuissem. Nunc vero, quia mihi hac in parte pura est conscientia, gaudeo et exsulto, et propter hanc injuriam aliorum criminum veniam spero. Neque enim Nabuthes [15] aliam ob virtutem in ore est omnium, quam quod injustam illam cædem passus est. Quare ora, quæso, ut a Deo **1068** non deseramur, tum qui impugnat impugnet. Sufficit enim mihi ad omnem animi lætitiam Dei benevolentia : et si ipse nobis adsit, tristia omnia ut ludicra contemnemus.

Ι'. — *Ἠλίᾳ σχολαστικῷ.*

Τοὺς νόμους εἰς ἐπικουρίαν τῶν ἀδικουμένων οἱ νομοθέται γεγράφασι, καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀσκοῦσι τέχνην οἱ τὸν δικανικὸν ἀσπαζόμενοι βίον, ἵνα τοῖς δικαίας δεομένοις βοηθείας συνηγορῶσι. Καὶ λόγων

X. — *Heliæ scholastico.*

Leges ad auxilium oppressorum scripsere legislatores, et qui forensem vitam sequuntur, dicendi artem ' exercent, ut justa ope indigentibus patrocinentur. Tu igitur, qui et eloquentiam et legum

[15] III Reg. XXI, 1 seqq.

(2) καί addit Neap.

(3) Ad præfectum urbi scriptam citat Baronius *Annal.* ad a. C. 443, extr., tom. VI, p. 16, D.

Digitized by Google

scientiam adeptus es, amice, arte utere ut decet. Arte feri injuriam facientes, et ab his læsos adjuva, leges tanquam scutum opponens : nullus vero injuriam faciens patrocinium obtineat, quamvis sit familiarissimus. Hoc autem ex numero est Abrames, vir pessimus : qui postquam agrum ecclesiasticum diutino tempore incoluit, quosdam postea nequitiæ socios inde asciscens, ea est ausus quæ aperte fassus est. Misi porro cum illo et acta, et eos qui injuria sunt affecti, ac religiosissimum Gerontium subdiaconum : non ut legibus noxium tradant, sed ut de iis quæ passi sunt peritiam tuam edocentes, et ad commiserationem permoventes, scelestum hominem ut ablata reddat cogere persuadeant.

A τοίνυν ῥητορικῶν, καὶ τῆς τῶν νόμων ἐπιστήμης μεταλαχὼν, ὦ φίλη κεφαλὴ, εἰς δέον χρῆσαι τῇ τέχνῃ, καὶ βάλλε τῇ τέχνῃ τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων βαλλομένοις ἐπάμυνε, προβαλλόμενος καθάπερ ἀσπίδα τοὺς νόμους· καὶ μηδεὶς ἀδικῶν ἀπολαυέτω συνηγορίας, κἂν οἰκειότατος ᾖ. Εἷς δὲ τούτων Ἀβράμης ὁ κάκιστος· ὃς ἀγρὸν ἐκκλησιαστικὸν χρόνον οἰκήσας συχνὸν, εἶτά τινας ἐντεῦθεν εἰς κοινωνίαν τῆς κακουργίας λαβὼν, τετόλμηκεν ἃ σαφῶς ὡμολόγησεν. Ἀπέστειλα δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ πεπραγμένα, καὶ τοὺς ἠδικημένους, καὶ τὸν εὐλαβέστατον Γερόντιον τὸν ὑποδιάκονον· οὐχ ἵνα τοῖς νόμοις παραδῶσι τὸν ἀλιτήριον, ἀλλ' ἵνα τὴν σὴν B διδάξωσιν ἃ πεπόνθασι παίδευσιν καὶ συναλγῆσαι παρασκευάσαντες πείσωσιν ἀναγκάσαι τὸν ἀνόσιον ἄνθρωπον ἀποδοῦναι τὰ συληθέντα.

XI. — *Flaviano episcopo Constantinopolitano.*

Lumen te orbis clarissimum exhibuit universorum conditor et moderator, obscuramque noctem in puram meridiem convertit. **1069** Et quemadmodum juxta portus in specula positus ignis nocte navigantibus aditum portus ostendit, sic sanctitatis tuæ radius pietatis causa vexatis maxima consolatio illuxit, et apostolicæ fidei portum patefecit : ac scientes pariter lætitia replevit, ignaros a scopulis liberavit. Ego vero præ cæteris bonorum largitorem laudo, strenuum nactus defensorem, qui divino timore humanum terrorem excutit, et pro evangelicis dogmatibus alacriter dimicat, et apostolica certamina libenter aggreditur. Itaque omnis jam lingua in sanctitatis tuæ laudes incitatur. Nec enim soli pietatis alumni sinceram fidem tuam prædicant, sed ipsi etiam hostes veritatis fortitudinem magnopere commendant. Veritatis quippe splendoribus cedit mendacium. Hæc nunc scribo, reverendissimum et religiosissimum Hypatium lectorem sciens et prompto animo sanctitatis tuæ nutibus obsequi, et egregiorum facinorum tuorum, domine, perpetuam facere mentionem. Sanctum Deoque charum caput tuum amplectentes, oramus ut precibus nos fulcias, ut quod reliquum est vitæ juxta leges divinas peragamus.

ΙΑ'. — *Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.*

Φωστῆρά σε τῆς οἰκουμένης φανότατον ἀπέφηνεν ὁ τῶν ὅλων Ποιητὴς τε καὶ Πρύτανις, καὶ τὴν βαθεῖαν σκοτομήνην εἰς καθαρὰν μετέβαλε μεσημβρίαν. Καὶ καθάπερ τὸ παρὰ τοὺς λιμένας φρυκτωρούμενον πῦρ τοῖς ναυτιλλομένοις νύκτωρ ἐπιδείκνυσι τοῦ λιμένος τὸ στόμα, οὕτως ἡ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἀκτὶς τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμουμένοις ἀνεφάνη μεγίστη παραψυχὴ, καὶ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἐπέδειξε τὸν λιμένα, καὶ τούς τε εἰδότας θυμηδίας ἐνέπλησε, τούς τε ἀγνοοῦντας ἠλευθέρωσε τῶν σκο- C πέλων. Ἐγὼ δὲ διαφερόντως τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνυμνῶ χορηγὸν, πρόμαχον γενναῖον εὑρὼν, τῷ θείῳ φόβῳ τὸ ἀνθρώπειον ἐξελαύνοντα δέος, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων προθύμως προκινδυνεύοντα, καὶ τοὺς ἀποστολικοὺς ἀγῶνας ἀσπασίως ἀναδεχόμενον. Καὶ πᾶσα δὲ γλῶττα νῦν εἰς εὐφημίαν κινεῖται τῆς σῆς ἁγιότητος. Οὐ γὰρ μόνοι τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι θαυμάζουσι τὸ τῆς πίστεως ἀκραιφνὲς, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι λίαν ᾄδουσι τὴν ἀνδρίαν. Ταῖς γὰρ τῆς ἀληθείας ἀστραπαῖς παραχωρεῖ τὸ ψεῦδος. Ταῦτα νῦν γράφω, τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Ὑπάτιον τὸν ἀναγνώστην εἰδὼς, καὶ προθύμως μὲν τοῖς τῆς σῆς ὁσιότητος διακονούμενον νεύμασι, διηνεκῶς δὲ τῶν ἀξιεπαίνων σου, δέσποτα, μεμνημένον κατορθωμάτων. Καί σου τὴν ἁγίαν καὶ Θεῷ φίλην περιπτυσσόμενοι κεφαλὴν, ταῖς προσευχαῖς ἡμᾶς ὑπερείδειν παρακαλοῦμεν, ἵνα τὸ γοῦν λειπόμενον τῆς ζωῆς κατὰ τοὺς θείους βιώσωμεν νόμους.

XII. — *Irenæo episcopo.*

Maximam illam et adamantinam turrim, Jobum dico, strenuum virtutis athletam, nec frequentium omnis generis ærumnarum impetus perculit, sed immobilem potius et inexpugnabilem ostendit. Post finem vero certaminum, tentationum causam **1070** justus legislator aperuit dicens : « Putasne me aliter respondisse tibi, quam ut justus appareas[16] ? » Hæc verba pietatem quoque tuam audire arbitror, quæ multos et diversos molestarum re-

D

ΙΒ'. — *Εἰρηναίῳ ἐπισκόπῳ.*

Τὸν μέγιστον ἐκεῖνον καὶ ἀδαμάντινον πύργον, τὸν Ἰὼβ φημι, τὸν γενναῖον τῆς ἀρετῆς ἀθλητὴν, οὐδὲ ἡ τῶν συχνῶν καὶ παντοδαπῶν λυπηρῶν κατέσεισε προσβολὴ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκίνητόν τε καὶ ἄμαχον ἔδειξεν. Μετὰ μέντοι τῶν ἀγώνων τὸ τέλος, τὴν τῶν πειρασμῶν αἰτίαν ὁ δίκαιος νομοθέτης ἐδήλωσεν, οὕτως εἰπών· « Οἶει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς; » Τούτων ἀκούειν τῶν λόγων καὶ τὴν σὴν ὑπολαμβάνω φιλοθεΐαν,

[16] Job XL, 1.

(4) Exstat hæc epistola e Latina Metii interpretatione apud Baronium *Annal.* ad a. C. 449, tom. VI, p. 101.

Digitized by Google

πολλὰς καὶ διαφόρους προσβολὰς σκυθρωπῶν δυνα- A
μένην πραγμάτων ἐνεγκεῖν· οὐχὶ φυγοῦσαν δὲ ταύ-
τας, ἀλλὰ τὸ τῆς οἰκονομίας (5) σταθερὸν καὶ στε-
ρεώτερον διδάξασαν. Ταύτην ἰδὼν τῆς ἱερᾶς ὑμῶν
ψυχῆς ἀνδρείαν ὁ μεγαλόδωρος Δεσπότης, οὐκ ἠν-
έσχετο κρύψαι ἀξιόκτητον ἀθλητὴν, ἀλλ' εἰς τοὺς
ἀγῶνας εἰσήγαγεν· ἵνα τὴν μὲν σεβασμίαν ὑμῶν
κεφαλὴν τῷ νικηφόρῳ κατακοσμήσῃ στεφάνῳ, ἀρχέ-
τυπον δὲ ὠφελείας τοὺς ὑμετέρους ἄλλους προσ-
ενέγκῃ τοῖς ἄλλοις. Συνήθως τοίνυν, ὦ φίλη κεφαλὴ,
καὶ τόνδε νίκησον τὸν ἀγῶνα, καὶ φέρε γενναίως
τοῦ ὑμετέρου μὲν γαμβροῦ, ἐμοῦ δὲ γνησιωτάτου
φίλου τὴν τελευτήν. Καὶ νίκησον τῇ φιλοσοφίᾳ καὶ
συγγένειαν καὶ μνήμην ἠθῶν ἄριστα κεχραμένων
καὶ ἐλευθερίως, νικῶσαν καὶ ζωγράφων τέχνην, καὶ
λογογράφων ἐπιστήμην· καὶ τὴν τῆς ἀθυμίας διάλυσον B
προσβολὴν τῇ μνήμῃ τοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομοῦντος
σοφῶς, καὶ τὸ μέλλον προορῶντος, καὶ πρὸς τὸ συμ-
φέρον ἰθύνοντος. Καὶ συνησθῶμεν ἀπαλλαγέντι τῶν
τοῦ βίου τρικυμιῶν· μᾶλλον δὲ χάριν ὁμολογήσωμεν,
ὅτι φερόμενος ἐξ οὐρίων εἰς τοὺς ἀπηνέμους καθωρ-
μίσθη λιμένας, καὶ πεῖραν τῶν πικρῶν οὐκ ἔλαβε
ναυαγίων, ὧν ὅδε ὁ βίος μεστός. Ἀλλὰ γὰρ οἶδα
περιττὸν ποιῶν, τὸν γενναῖον τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὴν,
καὶ τῶν ἄλλων ἀθλητῶν παιδοτρίβην, εἰς κατηρείαν
ἀλείφων. Γράφω δὲ ὅμως, καὶ ἐμαυτῷ διὰ τῶνδε τῶν
λόγων ψυχαγωγίαν προσφέρων. Ἥλγησα γὰρ τῷ
ὄντι τῆς ἀξιαγάστου συνουσίας ἀναμνησθείς. Ἀλλὰ
πάλιν ὕμνησα τῶν ὅλων τὸν Πρύτανιν, καὶ τὸ συν-
οίσειν μέλλον εἰδότα, καὶ πρὸς τοῦτο τὰ καθ' ἡμᾶς
κυβερνῶντα. Ταῦτα μετὰ τὸ γράψαι τὰ πρότερα ὑπομνηστικὰ ὑπηγόρευσα, τινός μοι τῶν ἐν Ἀντιο-
χείᾳ φίλων μεμηνυκότος τὴν τελευτήν.

rum impetus pertulit : nec solum istos minime declinavit, sed firmum ac solidum animi robur præ se tulit. Quam cernens sacræ mentis tuæ fortitudinem munificus Dominus, eximium athletam occultare noluit, sed ad certamina produxit, ut venerandum caput victrici corona exornaret, aliisque ad utilitatis exemplum certamina vestra proponeret. Quare hunc etiam, amice, agonem vince, sicut soles, generique tui, sinceri amici mei, mortem fer fortiter. Vince philosophia et generis propinquitatem, et morum quam optime temperatorum liberalium-que memoriam, pictorum arte oratorumque scientia præstantiorem : ac mœroris impetum reprime illius recordatione, qui res nostras sapienter gubernat, et futura prospicit, et ad utilitatem dirigit. Sed et congratulemur ei, qui decumanis hujus vitæ fluctibus ereptus est : vel potius gratias agamus, quod secundis ventis delatus ad tranquillos portus appulit, et acerba naufragia, quibus referta est hæc vita, non est expertus. Verum supervacaneum esse sentio, quod strenuum pugilem virtutis, cæterorum athletarum magistrum, ad constantiam excitem. Scribo tamen ut mihi ipsi consolationem his verbis conciliem. Dolui enim revera laudandæ memor consuetudinis. Sed omnium rursus Moderatorem **1071** laudibus extuli, qui et utile quid futurum sit perspectum habet, et ad hoc ipsum res nostras inflectit. Hæc ego perscriptis jam prioribus monitis dictavi, cum ejus mortem mihi amicus quidam ab Antiochia nuntiasset.

ΙΓ'. — *Κύρῳ.*

Τὴν μὲν Λέσβον ἀκούω τὴν νῆσον, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις, τήν τε Μιτυλήνην καὶ Μήθυμναν, καὶ τὰς ἄλλας· ἠγνόουν δὲ τὸν τῆς ἐν ἐκείνῃ τρεφομένης ἀμπέλου καρπόν. Νῦν δὲ τοῦτον διὰ τῆς σῆς φιλοπονίας μεμάθηκα· καὶ θαυμάζω τό τε τοῦ εἴδους λευκὸν, καὶ τῆς γεύσεως τὸ λεπτόν· τὴν δὲ ἡδονὴν ὁ χρόνος ἴσως προσθήσει, εἰ μὴ τροπίαν ἐργάσαιτο. Λωβᾶται γὰρ καὶ οἴνοις, ὥσπερ αὖ καὶ σώμασι, καὶ φυτοῖς, καὶ οἰκοδομαῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις χειροποιήτοις. Ἐμοὶ δὲ ἄχρηστός ἐστι παντελῶς, εἴγε πολυχρονίους κατὰ τὸν σὸν λόγον ποιεῖν τοὺς πίνοντας πέφυκεν. Μακρῶν γὰρ ἔγωγε χρόνων οὐκ ἐραστής· ἐπειδὴ πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῦ βίου τὰ κλυδώνια· μᾶλλον δὲ ἤσθην τοῦ μονάζοντος τὴν ὑγίειαν μαθών. D
Τῷ ὄντι μὲν γὰρ εἶχον καὶ ταύτην με νύττουσαν τὴν φροντίδα· τῶν δὲ ἰατρῶν οὐκ ἐν δίκῃ κατηγόρουν. Τοιαύτης γὰρ τὸ πάθος θεραπείας ἐδεῖτο. Ἀπέστειλά σου τῇ εὐγενείᾳ σταμνίον μέλιτος, οἷον αἱ Κύλισσαι μελιττουργοῦσι μέλιτται, τοῦ στύρακος περισυλῶσαι τὰ ἄνθη.

C

XIII. — *Cyro.*

Lesbum equidem insulam audiveram, et ejus urbes Mitylenem ac Methymnam, et alias, vitis vero quæ in ea nascitur fructum nesciebam. Nunc autem hunc etiam ex industria tua didici, admiratusque sum et formæ candorem, et saporis subtilitatem, suavitatem verc tempus forsan adjiciet, nisi vappam efficiat. Vinis enim officit, quemadmodum corporibus, et plantis, et ædificiis, cæterisque manu factis. Cæterum inutile mihi prorsus est, si longævos, ut ais, bibentes facere solet. Longorum enim temporum ego sane cupidus non sum, cum multæ et graves vitæ sint procellæ. Exhilaratus sum potius audita monachi valetudine; revera enim hæc etiam me cura pungebat, et medicos immerito accusabam: quia morbus hic tali curatione indigebat. Misi ad te vasculum mellis, quale Cilissæ apes styracis florem delibantes conficiunt.

ΙΔ'. — *Ἀλεξάνδρᾳ* (6).

Εἰ μὲν μόνην τοῦ συμβεβηκότος ὑμῖν πάθους ἐλογιζόμην τὴν φύσιν, τῶν ψυχαγωγούντων ἂν ἐδεήθην κἀγὼ, οὐ μόνον τῷ τὰ ὑμέτερα οἰκεῖα κρίνειν, καὶ

XIV. — *Alexandræ.*

Si casus qui tibi accidit solam naturam considerarem, egerem et ego ipse consolatoribus, non solum quod mea esse ducam quæ tua sunt, tum

(5) An φιλοσοφίας? aut εὐθυμίας?
(6) Sic Garnerius auctar., p. 210. Sirm. Ἀλεξανδρίᾳ.

Digitized by Google

læta, tum alia quæcunque, **1072** verum etiam, quod admirandum illum ac jure laudandum virum unice dilexerim. Cum autem divino hinc decreto abductus sit melioremque ad vitam translatus, et mœroris ipse nubem in anima mea discutio, et tuam oro gravitatem, ut tristitiæ dolorem ratione vincas, divinorumque eloquiorum carmen animæ in tempore admoveas. Hujus enim rei gratia statim a cunabulis velut mamillam quamdam sacrarum Scripturarum meditationem haurimus, ut, cum morbus nos invaserit, salutare pharmacum spiritus disciplinam adhibeamus. Scimus sane permolestum et grave admodum, cum amore dignum quidpiam aliquis possederit, eo quod amet repente privari, et cum secunda sorte usus fuerit, in adversam delabi. Cæterum iis qui mente sunt præditi, et prudenter ratiocinantur, humanarum rerum præter exspectationem nihil accidit. Nihil enim in illis est stabile, nihil firmum : non forma, non opes, non corporis valetudo, non dignitatis amplitudo, nihil denique eorum quæ mirari plurimi solent. Alii namque ex maximis divitiis in summam egestatem redacti sunt; alii amissa sanitate variis cum morbis colluctantur; alii splendore generis gloriantes gravissimum servitutis jugum trahunt. Corporis vero pulchritudinem et morbus labefactat, et senectus corrumpit. Sapientissimus autem universorum rector nihil horum perpetuum ac stabile esse permisit, ut mutationem metuentes qui ista sunt adepti, supercilium demittant, et horum volubilitatem agnoscentes caducis non confidant, sed in bonorum largitorem spes suas erigant. Quæ perspecta cum habeat **1073** præstantia tua, quæso ut humanam naturam consideres : reperies enim mortalem esse mortisque decretum ab ortu ipso excepisse. Adæ namque dixit universorum Deus . « Terra es, et in terram reverteris [17]. » Verax porro est qui sententiam tulit, et testis experientia. « Unus enim introitus est omnibus ad vitam, juxta sacras Litteras, et similis exitus [18], » et quicunque natus est sepulcrum exspectat. Neque vero æquali tempore vivunt omnes : sed alii immaturi moriuntur, alii post virilem ætatem, alii senectutis quoque molestias experti. Ita et qui matrimonii jugo nexi sunt, disjunguntur. Necesse est enim aut virum prius abire, aut uxorem e vita priorem discedere ; atque alii quidem statim post thalamos ad lamenta venerunt, alii post brevem communis vitæ societatem. Sufficit igitur hoc unum, quod commune sit malum, ad acuendam rationem ut dolorem expugnet. Jam vero, filiorum patrem illum fuisse qui fato functus est, atque hos puberes reliquisse, apicemque dignitatum conscendisse, et cum in splendore esset, invidiæ locum non dedisse, sed sui amorem auxisse, libertatisque, et integritatis, et clementiæ, aliarumque virtutum famam re-

τὰ θυμήρη, καὶ τὰ ἄλλα ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ. Ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην καὶ ὄντως ἀξιέπαινον κεφαλὴν διαφερόντως ἠγαπηκέναι. Ἐπειδὴ δὲ ὅρος αὐτὸν θεῖος ἐνθένδε μετέστησε, καὶ εἰς τὴν ἀμείνω μετέθηκε βιοτὴν, καὶ ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς ἀποσκεδάννυμι τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, καὶ τὴν σὴν παρακαλῶ σεμνοπρέπειαν νικῆσαι τῆς ἀθυμίας τὸ πάθος τῷ λογισμῷ, καὶ εἰς καιρὸν προσενεγκεῖν τῇ ψυχῇ τῶν θείων λόγων τὴν ἐπῳδήν· τούτου γὰρ δὴ χάριν εὐθὺς ἐκ σπαργάνων οἷόν τινα θηλὴν ἕλκομεν τῆς ἱερᾶς Γραφῆς τὴν μελέτην, ἵν' ὅταν ἡμῖν προσπέσῃ πάθος, προσενέγκωμεν ἀλεξίκακον φάρμακον τὴν διδασκαλίαν τοῦ Πνεύματος. Οἴδαμεν δὲ ὡς παγχάλεπον, καὶ λίαν ἐστὶν ἀλγεινὸν, ἀξιεράστου τινὸς ἐν πείρᾳ γεγενημένον ἔρημον ἐξαπίνης τοῦ ποθουμένου γενέσθαι, καὶ ἐν εὐκληρίᾳ γενόμενον δυσκληρίᾳ περιπεσεῖν. Ἀλλὰ τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ σώφρονι λογισμῷ κεχρημένοις, οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀδόκητον· οὐδὲν γὰρ τούτων σταθερὸν, οὐδὲ βέβαιον οὐ κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐκ εὐεξία σώματος, οὐκ ἀξιώματος ὄγκος· οὐκ ἄλλο τι τῶν παρὰ τοῖς πλείστοις θαυμαζομένων. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ ἄκρας εὐπορίας εἰς πενίαν ἐσχάτην μετέπεσον· οἱ δὲ τὴν ὑγίειαν ἀποβαλόντες, παντοδαποῖς παλαίουσι πάθεσιν· ἄλλοι περιφανείᾳ σεμνυνόμενοι γένους, τὸν βαρύτατον ἕλκουσι τῆς δουλείας ζυγόν. Τῷ δὲ κάλλει τοῦ σώματος καὶ νόσος λωβᾶται, καὶ γῆρας λυμαίνεται. Μάλα δὲ σοφῶς τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις οὐδὲν τούτων εἴασε διαρκὲς, οὐδὲ μόνιμον· ἵνα τὰς μεταβολὰς δεδιότες οἱ τούτῳ τετυχηκότες, καταστέλλωσι τὴν ὀφρὺν, καὶ τὸν τούτων εὔριπον ἐπιστάμενοι, μὴ τοῖς προσκαίροις θαῤῥῶσιν, ἀλλ' εἰς τὸν τῶν ἀγαθῶν χορηγὸν ἔχωσι τὰς ἐλπίδας. Ταῦτα τὴν σὴν εἰδυῖαν θαυμασιότητα, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν καταμαθεῖν ἀξιῶ· εὑρήσεις γὰρ αὐτὴν θνητὴν οὖσαν, καὶ ἐξ ἀρχῆς δεξαμένην τοῦ θανάτου τὸν ὅρον. Πρὸς γὰρ τὸν Ἀδὰμ ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Ἀψευδὴς δὲ ὁ τὴν ψῆφον ἐξενεγκών, καὶ μάρτυς ἡ πεῖρα. « Μία γὰρ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, ἔξοδός τε ἴση, » καὶ πᾶς γεννώμενος προσμένει τὸν τάφον. Καὶ οὐδὲ ἴσον ἅπαντες βιοτεύουσι χρόνον· ἀλλ' οἱ μὲν πρόωροι τελευτῶσιν, οἱ δὲ εἰς ἄνδρας τελέσαντες, οἱ δὲ καὶ τῶν τοῦ γήρως ἀνιαρῶν πειραθέντες· οὕτω καὶ οἱ τοῦ γάμου δεξάμενοι τὸν ζυγὸν διαζεύγνυνται· ἀνάγκη γὰρ ἢ τὸν ἄνδρα προαπελθεῖν, ἢ τὴν γυναῖκα προτέραν δέξασθαι τοῦ βίου τὸ τέλος. Καὶ οἱ μὲν εὐθὺς μετὰ τὴν παστάδα τοὺς θρήνους ἐδέξαντο· οἱ δὲ ὀλίγον συμβιώσαντες χρόνον. Ἀπόχρη τοίνυν καὶ τὸ κοινὸν τοῦ πάθους ἀφορμὴν τῷ λογισμῷ παρασχεῖν εἰς τὸ νικῆσαι τὸ πάθος. Καὶ πρὸς τούτοις τὸ παίδων γενέσθαι πατέρα τὸν ἀπελθόντα, καὶ τούτους προσήβους (7) καταλιπεῖν, καὶ εἰς αὐτὴν ἀνελθεῖν τῶν ἀξιωμάτων τὴν κορυφήν· καὶ ἐν περιφανείᾳ γενόμενον μὴ δοῦναι τῷ φθόνῳ χώραν, ἀλλὰ

[17] Gen. III, 19. [18] Sap. VII, 6.

(7) Sic recte Neap. et Garn. Vulgatum προσοίκους sine sensu est.

Digitized by Google

αὐξῆσαι τὸ φίλτρον, καὶ καταλιπεῖν κλέος ἐλευθερίας, καὶ μισοπονηρίας, καὶ πραότητος, καὶ τῆς ἄλλης τῶν ἠθῶν ἀρετῆς, ἱκανὰ ταῦτα ψυχαγωγῆσαι καὶ τοὺς λίαν τῇ λύπῃ δεδουλωμένους.

Ἂν δὲ δὴ καὶ τὰς θείας ἐπαγγελίας εἰς νοῦν λάβωμεν, καὶ τὰς τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδας, τὴν ἀνάστασιν λέγω, καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν, καὶ τὴν ἐν βασιλείᾳ διαγωγὴν, καὶ ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, τίς λοιπὸν καταλειφθήσεται πρόφασις ἀθυμίας; μάλιστα τοῦ Ἀποστόλου διαῤῥήδην βοῶντος· « Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κοιμωμένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. » Ἐγὼ δὲ οἶδα καὶ πολλοὺς τῶν οὐκ ἐχόντων ἐλπίδα λογισμῷ μόνον περιγενομένους τοῦ πάθους. Τῶν δὲ λίαν ἀποπωτάτων, τοὺς ἐπὶ τοιαύτῃ ὀχουμένους ἐλπίδος χείρους εὑρεθῆναι τῶν οὐκ ἐχόντων ἐλπίδα. Ἀποδημίαν τοίνυν παρακαλῶ μακρὰν τὴν τελευτὴν λάβωμεν, καὶ ὥσπερ εἰώθαμεν ἀποδημοῦντος αὐτοῦ λυπεῖσθαι μὲν, προσμένειν δὲ τὴν ἐπάνοδον, οὕτω καὶ νῦν μετρίως μὲν ὁ χωρισμὸς ἀνιάτω (τῇ φύσει γὰρ σύμμετρα παραινῶ), μὴ ὡς νεκρὸν δὲ θρηνῶμεν, ἀλλ' αὐτῷ μὲν συνησθῶμεν τῆς ἐκδημίας, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαγωγῆς (8) ὅτι τῶν ἀμφιβόλων ἠλευθερώθη πραγμάτων, καὶ οὐδεμίαν δέδιε μεταβολὴν, οὐ ψυχικὴν, οὐ σωματικὴν, οὐ τῶν περὶ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἔξω τῶν ἀγώνων γενόμενος, τὰ βραβεῖα περιμένει. Ὀρφανεία δὲ καὶ χηρεία μὴ λίαν ὑμᾶς ἀνιάτω· μείζονα γὰρ ἔχομεν κηδεμόνα, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθετεῖ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν πολλὴν ποιεῖσθαι φροντίδα· καὶ περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ· « Ὀρφανὸν καὶ χῆραν ἀναλήψεται, καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ. » Αὐτῷ τοὺς ἡμετέρους ἐγχειρίσωμεν οἰκακας, καὶ τῆς παντοδαπῆς προμηθείας τευξόμεθα. Ἔσται γὰρ ἡμῖν παντὸς ἀνδρὸς κηδεμονικώτερος· αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· « Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο γυνὴ τοῦ ταῦτα ποιῆσαι, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι, εἶπεν ὁ Ἅγιος. » Οἰκειότερος γὰρ ἡμῖν ἐστι καὶ πατρὸς καὶ μητρός· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐστι ποιητὴς καὶ δημιουργός. Οὐ γὰρ γάμος ποιεῖ πατέρας, ἀλλ' αὐτοῦ νεύοντος γίνονται οἱ πατέρες πατέρες. Ταῦτα γράψαι νῦν ἠναγκάσθην, ἐπειδή με δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐᾷ τὰ δεσμά. Ἀρκεῖ δὲ καὶ μόνος ὁ θεοφιλέστατος καὶ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος, πᾶσαν τῇ πιστοτάτῃ σου ψυχῇ παραψυχὴν πραγματεύσασθαι, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ θέᾳ, καὶ κοινωνίᾳ φροντίδων, καὶ τῇ πνευματικῇ αὐτοῦ καὶ θεοσδότῳ σοφίᾳ, δι' ἧς κατευνασθήσεσθαι πιστεύω τῆς ἀθυμίας τὴν ζάλην.

A liquisse, idonea sunt omnia, quæ vel mœrori penitus addictos consolentur.

Quod si autem divinas quoque pollicitationes, et spes Christianorum animo concipiamus, resurrectionem dico, et vitam æternam, et imperium, et [19] quæ oculus non vidit, auris non audivit, et in **1074** cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus eum, quænam de cætero reliqua erit causa tristitiæ, maxime cum Apostolus clara voce clamet : « Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent [20]? » Ego vero multos quoque novi ex his qui spem non habent, qui sola B mentis cogitatione dolorem pervicerunt. Absurdissimum autem fuerit, eos qui spe tali subvehantur deteriores iis deprehendi qui spem non habent. Quare mortem nos, quæso, peregrinationem longinquam deputemus : atque ut peregrinante illo dolere quidem solebamus, sed reditum præstolari : sic et nunc moderate nos contristet separatio (naturæ siquidem consentanea suadeo), sed ne tanquam mortuum lugeamus. Verum illi quidem discessum et translationem ex hac vita gratulemur, quod dubiis rebus exemptus sit, et nullam timeat mutationem, non animæ, non corporis, non eorum quæ corpus spectant : sed extra certaminum aleam positus præmia exspectet. Orbitas vero et viduitas ne C gravius nos afficiat : quia majorem habemus curatorem, qui et aliis præcipit ut pupillorum viduarumque magnam curam gerant, et de quo David divinus ait : « Pupillum et viduam suscipiet, et vias peccatorum disperdet [21]. » Ipsi habenas nostras committamus, et providentiam omnimodam consequemur. Cura enim illi de nobis major erit, quam ulli sit mortalium. Ipsius quippe vox est : « Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filiorum uteri **1075** sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar, dixit Sanctus [22]. » Propinquior enim nobis est et patre et matre. Conditor siquidem noster et creator est. Neque enim patres faciunt nuptiæ, sed ipso annuente patres patres fiunt. Hæc ego in præsentia scribere sum D coactus, quia ut ad vos occurram vincula non sinunt. Satis autem unus est Dei amantissimus et sanctissimus episcopus, ut omnem fidelissimæ animæ tuæ consolationem adhibeat et sermone, et opere, et conspectu, et participatione curarum, et spirituali quæ illi a Deo data est sapientia, per quam sedatum iri tristitiæ tempestatem confido.

ΙΕ'. — *Σιλβανῷ πρωτεύοντι.*

Οἶδα μὲν ὑστερήσας, καὶ περὶ τοὺς παραμυθητικοὺς μελλήσας λόγους· ἀλλ' οὐχὶ δίχα λογισμοῦ τοῦτο δέδρακα· ἐνδοῦναι γὰρ τῷ πάθει σφοδρῷ ὄντι προὔργου νενόμικα. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἰατρῶν οἱ σοφώτατοι

XV. — *Silvano primati.*

Scio me lentum ac tardum fuisse ad verborum consolationem : sed hoc tamen inconsulto non feci. Dolori enim vehementi cedere operæ pretium existimavi. Nam et medicorum peritissimi ardente

[19] I Cor. II, 9. [20] I Thess. IV, 12. [21] Psal. CXLV (CXLVI), 9. [22] Isa. XLIX, 15.

(8) ἀπαλλαγῆς. Neap.

Digitized by Google

febri profutura medicamenta non adhibent, seu artis opem opportuno tempore conferunt. Hac et ego de causa paucos istos dies indulsi, doloris magnitudinem animo reputans. Etenim si nos tantopere fama ipsa perculit omnique tristitia replevit, quid viro illi accidisse par est qui, jugum idem trahens, unam in carnem, juxta sacras Litteras, conjunctus et connexus erat, postquam vi divulsa est conjunctio, quam tempus et amor copularant? Verum dolorem quidem istum natura peperit: consolationem vero excogitet ratio, et obnoxiam fato naturam considerans, **1076** et commune omnibus hoc malum esse, et spem resurrectionis, et ejus qui sapienter nostra omnia regit nutum ac voluntatem. Adamare siquidem oportet ea quæ ab inenarrabili sapientia decernuntur, atque hæc prorsus conducibilia ducere. Qui enim piis hujusmodi cogitationibus utuntur, et pietatis præmia referent, et ab immodicis luctibus liberi vitam agent tranquilliorem. At vero qui mœrori se mancipant, nec plangendo proficient, et cum cruciatu vivent, et omnium Moderatorem irritabunt. Admittat ergo magnificentia tua paternam exhortationem, et præclaram illam vocem usurpet: « Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula [23]. »

A ἐν τῇ τῶν πυρετῶν ἀκμῇ τὰ ἀλεξίκακα προσφέρουσι φάρμακα· ἀλλ' εἰς καιρὸν τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης βοήθειαν συνεισφέρουσι. Διάτοι τοῦτο κἀγὼ τὰς ὀλίγας ταύτας ἡμέρας ἐνδέδωκα, λογισάμενος τὴν τῆς ὀδύνης ὑπερβολήν. Εἰ γὰρ ἡμᾶς οὕτως ἄγαν ἠνίασεν ἡ φήμη, καὶ παμπόλλης ἀθυμίας ἐνέπλησε, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἀνὴρ τὸν αὐτὸν ζυγὸν ἕλκων, καὶ εἰς μίαν (9) σαρκὸς, κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, συνάφειαν ἁρμοσθεὶς, τῆς καὶ χρόνῳ, καὶ πόθῳ γεγενημένης συναφείας βίᾳ διασπασθείσης; Ἀλλ' ἐκείνην μὲν τὴν ὀδύνην ἡ φύσις εἰργάσατο, τὴν δὲ παραψυχὴν ὁ λογισμὸς μηχανάσθω, τό τε τῆς φύσεως ἐπίκηρον ἐνθυμούμενος καὶ τοῦ πάθους τὸ κοινὸν, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἐλπίδα, καὶ τοῦ σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομοῦντος τὸ βούλημα. Στέργειν γὰρ χρὴ τὰ B παρὰ τῆς ἀῤῥήτου σοφίας πρυτανευόμενα, καὶ ταῦτα πάντως νομίζειν συμφέροντα· οἱ γὰρ τοῖς εὐσεβέσι τούτοις χρώμενοι λογισμοῖς, καὶ τῆς εὐσεβείας κομιοῦνται τὰς ἀντιδόσεις, καὶ θυμηρέστερον βιοτεύσουσι, τῆς τῶν θρήνων ἀμετρίας ἀπαλλαγέντες. Οἱ δὲ τῷ πάθει δουλωθέντες, οὐδὲν μὲν κερδανοῦσιν ὀλοφυρόμενοι, ἀνιαρῶς δὲ βιώσονται, καὶ παροξυνοῦσι τῶν ὅλων τὸν κηδεμόνα. Δεξάσθω τοίνυν ἡ μεγαλοπρέπειά σου παραίνεσιν πατρικὴν, καὶ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην εἰπάτω φωνήν· « Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. »

XVI. — *Irenæo episcopo.*

Non est, ut apparet, quod boni quidquam exspectemus. Non modo enim non sedatur Ecclesiæ procella, sed quotidie intumescit, ut ita dicam, et in cacumen attollitur. Venerunt autem et qui synodum convocarent, et evocatorias litteras tum aliis quibusdam metropolitanis, tum nostro redderent. Litterarum porro exemplum ad te misi, ut cognoscas, domine, malum malo, quod ait poeta [24], confirmatum esse, solaque nobis opus esse divina bonitate, ut sedet tempestatem. Facile namque hoc illi est, sed nos tranquillitate sumus indigni. Sufficit vero nobis patientiæ gratia, ut per hanc superiores hostibus evadamus. **1077** Hoc enim postulare nos docuit divinus Apostolus. « Faciet, inquit, cum tentatione eventum, ut possitis sustinere [25]. » Cæterum obsecro pietatem tuam, ut ora obstruas obtrectatorum, et doceas non debere illos qui extra teli, quod aiunt, jactum sint, iis ut apparet convitiari, qui in acie stant, et feriuntur ac feriunt. Quid enim interest utrum qui pugnat hoc genere armorum an illo utatur, et hostem dejiciat? Nam neque magnus David omni armatura instructus alienigenarum ducem prostravit [26]; et Samson asini maxilla mille simul occidit [27]. Nec quisquam est qui victoriam reprehendat, aut victorem timiditatis arguat,

ΙΣ'. — *Εἰρηναίῳ επισκόπῳ.*

C Οὐκ ἔστιν, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν προσδοκῆσαι χρηστόν. Οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐλώφησεν, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν κορυφοῦται τῆς Ἐκκλησίας ἡ ζάλη. Ἦκον δὲ καὶ οἱ τὴν σύνοδον συγκαλοῦντες, καὶ ἀπέδωκαν ἄλλοις τέ τισι τῶν μητροπολιτῶν, καὶ τῷ ἡμετέρῳ, τὰ τῆς κλήσεως (10) γράμματα. Ἀπέστειλα δὲ καὶ τῶν γραμμάτων τὸ ἴσον τῇ σῇ ὁσιότητι, ἵνα γνῷς, δέσποτα, ὡς κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, κακὸν κακῷ ἐστήρικται, καὶ δεῖ μόνης ἡμῖν τῆς Δεσποτικῆς ἀγαθότητος, ἵνα παύσῃ τὸν κλύδωνα. Ῥᾴδιον μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο, ἀλλ' ἡμεῖς τῆς γαλήνης ἀνάξιοι. Ἀρκεῖ δὲ ἡμῖν τῆς ὑπομονῆς ἡ χάρις, ὡς ἂν διὰ ταύτης κρείττους τῶν πολεμούντων γενοίμεθα. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἐξαιτεῖν. « Ποιήσει γὰρ, φησὶ, σὺν τῷ D πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. » Τὴν δὲ σὴν φιλοθεΐαν παρακαλῶ ἐπιστομίζειν τοὺς μωμοσκόπους καὶ πείθειν ὡς οὐ χρὴ τοὺς ἔξω τῶν βελῶν, τὸ δὴ λεγόμενον, ὄντας σκώπτειν, ὡς ἔοικεν, τοὺς παρατεττομένους, καὶ βαλλομένους καὶ βάλλοντας. Τί γὰρ διαφέρει τῷ τοιῷδε ὅπλῳ ἢ τοιῷδε τὸν ἀγωνιζόμενον χρήσασθαι, καὶ καταβαλεῖν τὸν ἀντίπαλον; Οὐδὲ γὰρ ὁ μέγας Δαβὶδ παντευχίᾳ χρησάμενος κατήνεγκε τῶν ἀλλοφύλων τὸν πρόμαχον. Ὁ δὲ Σαμψὼν ὄνου σιαγόνι χρησάμενος χιλίους κατὰ

[23] Job I, 21. [24] Homerus, *Iliad.* XVI, 23. [25] I Cor. X, 13. [26] I Reg. XVII, 1 seqq. [27] Judic. XV, 16.

(9) An μιᾶς?

(10) ἐκκλησίας male videtur fuisse in codice Vaticano, e quo Latine translata exstat hæc epistola apud Baronium *Annal.* ad a. C. 430, tom. V, p. m. 561.

Digitized by Google

ταυτὸν κατηκόντισε. Καὶ οὐδεὶς ἐπιμέμφεται τῇ νίκῃ, οὐδὲ δειλίαν τοῦ ἀριστέως κατηγορεῖ, ὅτι μὴ δόρυ κινῶν, καὶ τὴν ἀσπίδα προβαλλόμενος, καὶ πολλὰ ἀκοντίζων, ἢ τόξα τείνων, τοὺς ἀντιπάλους ἐνίκησεν (11). Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιζομένους ἐξετάζειν χρὴ, καὶ μὴ ζητεῖν ὀνόματα τὴν ἔριν ἐγείροντα, ἀλλ' ἐνθυμήματα σαφῶς κηρύττοντα τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς ἀντιτείνειν τολμῶντας αἰσχύνης ἀναπιμπλάντα. Τί γὰρ διαφέρει ἀνθρωποτόκον ὁμοῦ καὶ Θεοτόκον ὀνομάσαι τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἢ καλέσαι αὐτὴν τοῦ τεχθέντος μητέρα καὶ δούλην, καὶ ἐπαγαγεῖν, ὅτι μήτηρ μὲν ἔστιν ὡς ἀνθρώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δούλη δὲ ὡς Θεοῦ, καὶ τὴν μὲν πρόφασιν συκοφαντίας σιγῆσαι (12), τὴν αὐτὴν δὲ φάναι διάνοιαν, ἑτέρᾳ κεχρημένον προσηγορίᾳ; Πρὸς δὲ τούτοις, κἀκεῖνο χρὴ συνιδεῖν, ὡς τὸ μὲν κοινόν ἐστιν ὄνομα, τὸ δὲ ἴδιον τῆς Παρθένου· καὶ ὅτι περὶ τούτου πᾶσα ἡ διαμάχη γεγένηται, ὡς οὐκ ὤφελεν. Καὶ οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀρχαίων (13) Πατέρων τὴν ἐντιμοτέραν ἐπέθεσαν τῇ Παρθένῳ προσηγορίαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡ σὴ πεποίηκε θεοσέβεια καὶ ἐν δύο καὶ ἐν τρισὶ λόγοις. Ἔχω δὲ τούτων ἑνίους, τῆς σῆς μοι πεμψάσης φιλοθεΐας· καὶ τῷ *Θεοτόκος* τὸ *ἀνθρωποτόκος* οὐ παρέζευξας, δέσποτα, ἑτέροις δὲ ὀνόμασι τὴν τούτου διάνοιαν παρεδήλωσας. Ἐπειδὴ (14) δὲ ἐπιμέμφεσθέ μοι, καὶ ὡς τοὺς ἁγίους καὶ μακαρίους καταλελοιπότι Πατέρας Διόδωρον καὶ Θεόδωρον ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν διδασκάλων, ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ περὶ τούτου βραχέα διεξελθεῖν.

A quod non hastam quatiens, clypeumque objectans, et crebra jacula conjiciens, vel arcus intendens hostes superarit. Sic igitur et illos qui pro pietate dimicant judicari oportet, nec vocabula quærere, quæ contentionem suscitent, sed argumentationes quæ veritatem liquido exprimant, et reluctari audentes rubore suffundant. Quid enim ista discrepant, hominiparam simul ac Deiparam virginem sanctam appellare, aut vocare illam Filii matrem atque ancillam, et addere, matrem quidem esse, ut hominis, Domini nostri Jesu Christi, ancillam vero, ut Dei, calumniæque occasionem silentio tegere, et eamdem sententiam sub alio nomine proferre? Adhæc illud etiam spectandum est, horum alterum commune nomen esse, alterum virginis proprium, B et de hoc totam exstitisse contentionem, quæ utinam non **1078** fuisset. Ac plurimi sane antiquorum Patrum appellatione quæ honoratior erat Virginem ornarunt: quod et sanctitas tua in duabus tribusve orationibus suis fecit. Habeo ipse nonnullas, quas ad me pietas tua misit, in quibus appellationi *Deipara*, domine, *hominipara* non adjecisti, sed vocis hujus sensum aliis vocabulis declarasti. Quoniam autem me etiam reprehenditis, quasi sanctos ac beatos Patres Diodorum et Theodorum in magistrorum numero prætermerim, necessarium duxi de hoc etiam pauca dicere.

Πρῶτον μὲν γὰρ, ὦ φίλη μοι κεφαλὴ, πολλοὺς καὶ ἄλλους περιφανεῖς ἄνδρας καὶ λαμπροὺς ἄγαν γεγενημένους. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο χρὴ συνιδεῖν, ὡς τὸν κατηγορούμενον ἀναμφισβητήτους μάρτυρας προσήκει παράγειν, οἷς οὐδὲ τῶν κατηγόρων τις ἐπιμέμψασθαι δύναται. Εἰ δὲ τοὺς παρὰ τῶν διωκόντων κατηγορουμένους ὁ διωκόμενος εἰς μαρτυρίαν καλέσοι, οὐδὲ αὐτὸς ἂν ὁ δικάζων ἀνάσχοιτο δέξασθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἔπαινον Πατέρων συγγράφων τούσδε τοὺς ὁγίους παρέλιπον, ἠδίκησα ἄν, ὁμολογῶ, καὶ περὶ τοὺς διδασκάλους ἀχάριστος ἐγενόμην. Εἰ δὲ κατηγορούμενος ἀπολογίαν προσήνεγκα, καὶ τοὺς ἀναμφισβητήτους παρήγαγον μάρτυρας, τί μάτην οἱ τούτων οὐδὲν ἰδεῖν ἐθέλοντες ἐπιμέμφονται; Ὅπως δὲ σέβω τοὺς ἄνδρας, μάρτυς ἡ παρ' ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν συγγραφεῖσα βίβλος, ἐν ᾗ τὴν κατ' αὐτῶν γεγενημένην γραφὴν διελύσαμεν, οὐ δείσαντες τῶν κατηγόρων τὴν δυναστείαν, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν γενομένας ἐπιβουλάς. Ἄλλην τοίνυν ἐχέτωσαν τερθρείας ἀφορμὴν οἱ τὴν ἀδολεσχίαν ἀσπαζόμενοι. Ἐμοὶ σκοπὸς οὐ πρὸς χάριν τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος πάντα λέγειν καὶ πράττειν· ἀλλὰ τὴν τε τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖν, καὶ τῷ ταύτης ἀρέσκειν νυμφίῳ τε καὶ Δεσπότῃ. Ὅτι γὰρ οὐ σωματικῆς ἕνεκα θεραπείας, οὐδὲ τῆς πολυφρόντιδος τιμῆς ἀντεχόμενος, ἦν δόστηνον ὀνομάζειν ὀκνῶ, ταῦτα ποιῶ, μαρτυρεῖ μοι τὸ

Primum enim, o amice, multos quoque alios illustres viros omisi, et fama clarissimos. Deinde hoc C etiam considerandum * est, eum qui accusatur testes minime dubios producere oportere, quos redarguere nec accusatorum quisquam possit. Quod si ad testimonium reus illos vocet quos actores accusant, nec judex ipse admittendos putabit. Quare si suscepta Patrum laudatione istos omisissem, inique, fateor, egissem, et in magistros fuissem ingratus. At si cum accusarer defensionem sum aggressus, et testes indubitatos produxi, quid incassum nos vituperant, qui horum videre nihil volunt? Quo autem cultu viros prosequar, testis est liber quem de illis composui, in quo conflatam in illos accusationem diluimus, nec accusatorum potentiam, nec structas contra nos insidias reformidantes. Alium ergo præstigiarum colorem quærant quos garrire delectat. D Mihi propositum **1079** est, non ad hujus vel illius gratiam omnia dicere et facere, sed Dei Ecclesiam ædificare, et hujus sponso ac Domino placere. Quod enim non temporalis commodi causa, neque ut multarum curarum honorem hunc retineam, quem infelicem piget, hæc agam, testis mihi est conscientia. Jamdudum enim sponte mea discessissem, nisi divinum judicium veritus essem. Et nunc scito, domine, quod mortem exspectem. Vicinam

(11) νενίκηκεν. Neap.
(12) παρέσχον σιγ. Neap'
(13) ἀρχαιοτέρων Neap.
(14) Hic locus, Ἐπειδὴ δὲ usque ad verba: οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν γενομένας ἐπιβουλάς, est in synodi 5, collat. 5, in Mansi Collectione amplissima, t. IX, p. 254

Digitized by Google

autem hanc esse arbitror, indicio enim sunt insidiæ quæ struuntur.

XVII. — *Casianæ diaconæ.*

Si doloris magnitudinem solam spectassem, litteras tantisper distulissem, ut subsidio mihi tempus ad curationem asciscerem. Sed quia perspecta mihi est sapientia pietatis tuæ, consolatorios sermones admovere non dubitavi, quos partim a natura ipsa, partim a divina Scriptura didici. Nam et natura fato est obnoxia, calamitatumque hujusmodi tota vita plena est : et omnium moderator, rectorque universi, qui sapienter res nostras dispensat Dominus, omnimodam nobis consolationem per divina eloquia subministrat : atque horum pleni sunt sacrorum Evangeliorum libri, plena sanctorum apostolorum scripta, et beatissimorum prophetarum oracula. Supervacaneum autem existimo ista colligere, pietatique tuæ suggerere, quæ jam pridem divinitus afflatis innutrita es Litteris, ad earumque normam vitam tuam composuisti, et alterius disciplinæ non eges. Quæso igitur ut verba illa recorderis, quæ affectibus dominari nos jubent, et vitam spondent **1080** æternam, et mortis interitum prædicant, et communem omnium resurrectionem pollicentur. Post hæc autem, imo præ his, Dominum esse, qui hæc ita fieri jussit, et Dominum sapientissimum optimumque, qui et apprime novit quid conducat, et ad hoc ipsum prorsus res dirigit. Est enim mors interdum melior quam vita, et quæ tristis videtur, gratior iis quæ jucunda existimantur. Quapropter accipiat pietas tua humilitatis nostræ consolationem, ut universorum Domino servias, quæ molesta sunt fortiter ferens, et philosophiæ feminis pariter ac viris exemplum præbens. Admirabuntur enim omnes mentis fortitudinem, quæ vim doloris constanter exceperit, ac vehementissimum ejus impetum magnitudine animi fregerit. Habemus porro solatium idoneum defuncti filii vivas imagines : amabiles enim fructus nobis reliquit, qui immodicum mœrorem possint reprimere. Ad extremum oro, ut tristitiam corporis imbecillitate metiare, et ne doloris excessu morbum augeas. Ego vero Dominum, cui facilia sunt omnia, precor, ut consolationis occasiones pietati tuæ suppeditet.

ΙΖ'. — *Κασιανῇ διακόνῳ.*

Εἰ μὲν εἰς μόνην ἀφεώρων τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολήν, ἀνεβαλόμην ἂν τέως τὰ γράμματα, ἵνα λάβω τὸν χρόνον τῆς θεραπείας ἐπίκουρον. Ἐπειδὴ δὲ τὴν φιλοσοφίαν οἶδα τῆς σῆς θεοφιλίας, τοὺς παραμυθητικοὺς προσενεγκεῖν ἐθάρρησα λόγους, οὓς καὶ παρὰ τῆς φύσεως, καὶ παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην Γραφῆς. Ἥ τε γὰρ φύσις τὸ ἐπίκηρον ἔχει, καὶ τῶν τοιούτων συμφορῶν ἅπας ὁ βίος μεστός· καὶ τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις, καὶ τοῦ παντὸς ὁ Κυβερνήτης, ὁ σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς πρυτανεύων Δεσπότης, παντοδαπὴν ἡμῖν διὰ τῶν θείων λογίων προσφέρει παραψυχήν· καὶ τούτων μεσταὶ μὲν τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων αἱ βίβλοι, μεστὰ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγγράμματα, καὶ τῶν τρισμακαρίων προφητῶν τὰ θεσπίσματα. Περιττὸν δὲ οἶμαι συλλέγειν ταῦτα, καὶ τῇ σῇ προσφέρειν θεοσεβείᾳ, ἄνωθεν τοῖς θεοπνεύστοις ἐντεθραμμένῃ λόγοις, καὶ πρὸς ἐκεῖνα τὸν οἰκεῖον ῥυθμισάσῃ βίον, καὶ διδασκαλίας ἑτέρας μὴ δεομένῃ. Παρακαλῶ τοίνυν ἐκείνων ἀναμνησθῆναι τῶν λόγων, οἳ καὶ τῶν παθῶν παρεγγυῶσιν ἡμῖν κρατεῖν, καὶ τὴν αἰώνιον ὑπισχνοῦνται ζωὴν, καὶ τοῦ θανάτου κηρύττουσι τὴν κατάλυσιν, καὶ τὴν κοινὴν πάντων ἡμῶν ἀνάστασιν ἐπαγγέλλονται· καὶ πρὸς τούτοις, μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων, ὅτι Δεσπότης ὁ ταῦτα οὕτω γενέσθαι κελεύσας, καὶ Δεσπότης σοφώτατός τε καὶ ἀγαθώτατος, καὶ τὸ συμφέρον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, καὶ πρὸς τοῦτο πάντως ἰθύνων τὰ πράγματα. Ἔστι γὰρ ὅτε θάνατος ἀμείνων ζωῆς, καὶ ὁ δοκῶν ἀνιαρὸς τῶν νομιζομένων τερπνῶν (15) θυμηρέστερος. Δεξάσθω τοίνυν ἡ θεοσέβειά σου τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως τὴν παράκλησιν, ἵνα τὸν τῶν ὅλων θεραπεύσῃς Δεσπότην, γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰ λυπηρὰ, καὶ γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ ἀνδράσι φιλοσοφίας ὑπόδειγμα γενομένη. Θαυμάσονται γὰρ ἅπαντες τοῦ λογισμοῦ τὴν ἀνδρίαν, δεξαμένην γενναίως τοῦ πάθους τὴν προσβολὴν, καὶ τὴν σφοδροτάτην αὐτοῦ διαλύσασαν ἐμβολὴν τῇ μεγαλοψυχίᾳ τῆς γνώμης. Ἔχομεν δὲ ψυχαγωγίαν ἀρκοῦσαν τοῦ κατοιχομένου παιδὸς τὰς ζώσας εἰκόνας· ἀξιεράστους γὰρ ἡμῖν καρποὺς καταλέλοιπεν, παῦσαι δυναμένους τῆς ἀχθηδόνος τὴν ἀμετρίαν. Πρὸς δὲ τούτοις τὴν λύπην, καὶ μὴ αὐξῆσαι τὰ πάθη τῇ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολῇ. Ἐγὼ δὲ τὸν εὐμήχανον ἱκετεύω Δεσπότην, παρασχεῖν σου τῇ θεοσεβείᾳ παραψυχῆς ἀφορμάς.

XVIII. — *Neoptolemo.*

Cum in divinam legem oculos conjicio, quæ nuptiis conjunctos carnem unam vocat, nescio quo pacto consolari membrum liceat quod sectione divisum est : doloris enim magnitudinem considero. Cum vero naturæ cursum cogito, et decretum illud, quod Creator pronuntiavit, « Terra es, **1081** et in terram reverteris[28], » et ea quæ ubique gentium terra

ἀντιβολῶ, καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ μετρῆσαι μίαν ὑπερβολήν.

ΙΗ'. — *Νεοπτολέμῳ.*

Ὅταν εἰς τὸν θεῖον ἀποβλέψω νόμον, ὃς σάρκα μίαν τοὺς γάμῳ (16) συναπτομένους καλεῖ, οὐκ οἶδα τίνι τρόπῳ ψυχαγωγήσω τὸ μέλος τὸ τῇ τομῇ χωρισθέν· λογίζομαι γὰρ τῆς ὀδύνης τὸ μέγεθος. Ὅταν δὲ τῆς φύσεως ἐννοήσω τὸν δρόμον, καὶ τὸν ὅρον ἐκεῖνον, ὃν ὁ Δημιουργὸς ἐξενήνοχεν εἰπών· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » καὶ τὰ πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης

[28] Gen. III, 19.

(15) ἐστί addit Neap.

(16) νόμῳ habet codex Vindobonensis.

Digitized by Google

καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενα (ἢ γὰρ ἄνδρες πρότερον τοῦ βίου τὸ τέρμα καταλαμβάνουσιν, ἢ γυναῖκες τοῦτο πάσχουσι πρότεραι), πολλὰς ἐντεῦθεν ἀφορμὰς εἰς ψυχαγωγίαν εὑρίσκω· πρὸς τούτοις τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν παρασχεθείσας ἡμῖν ἐλπίδας· τούτου γὰρ δὴ χάριν τὸ τῆς οἰκονομίας ἐτελέσθη μυστήριον, ἵνα τοῦ θανάτου τὴν παῦλαν μεμαθηκότες, μὴ λίαν ἀλγῶμεν τῇ τῶν ποθουμένων χωριζόμενοι τελευτῇ, ἀλλὰ τὴν τριπόθητον τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα προσμένωμεν. Ταῦτά σου τὴν θαυμασιότητα καὶ λογίσασθαι παρακαλῶ, καὶ νικῆσαι τῆς ἀθυμίας τὸ πάθος· μάλιστα τῶν κοινῶν ὑμῶν κλάδων καὶ παρόντων, καὶ πᾶσαν ὑμῖν ποριζόντων παραψυχῆς ἀφορμήν. Ὑμνήσωμεν τοίνυν τὸν σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς κυβερνῶντα, καὶ μὴ παροξύνωμεν τῇ τῶν ὀδυρμῶν ἀμετρίᾳ. Οἶδε γὰρ, ὡς σοφὸς, τὸ συμφέρον, καὶ ὡς ἀγαθὸς τοῦτο ἡμῖν πραγματεύεται.

A marique quotidie contingunt, cum aut priores viri finem vitæ sortiuntur, aut uxoribus idem prius accidit, multas inde consolationis causas invenio ; tum deinde spes nobis a Deo et Salvatore nostro datas. Hujus enim rei gratia incarnationis mysterium peractum est ut, mortis occasu cognito, non admodum doleamus cum in amicorum morte disjungimur, sed optatissimam resurrectionis spem præstolemur. Hæc oro ut præstantia tua consideret, ac tristitiæ malum vincat : præsertim cum præsto sint communes rami vestri, omnemque vobis solatii occasionem porrigant. Illum ergo laudemus qui sapienter res nostras gubernat, nec immodicis fletibus irritemus. Novit enim, ut sapiens, quid utile sit, atque id ipsum nobis, ut bonus, procurat.

B

ΙΘ'. — Βασιλείῳ πρεσβυτέρῳ.

Τοιοῦτον ἡμῖν ἔδειξεν ἡ πεῖρα τὸν ἐλλογιμώτατον Ἀθανάσιον τὸν ῥήτορα, ὁποῖον ἔφησε τῆς σῆς θεοσεβείας τὰ γράμματα. Κοσμεῖ γὰρ αὐτοῦ τὴν μὲν γλῶτταν ὁ λόγος, τὸν δὲ λόγον ὁ τρόπος· ὁμοῦ δὲ πάντα λαμπρύνει τὸ τῆς πίστεως χρῆμα. Ἀεὶ τοίνυν ἡμῖν τοιαῦτα προξένει, θεοφιλέστατε. Πολλῆς γὰρ, εὖ ἴσθι, διὰ ταυτησὶ τῆς συνουσίας θυμηδίας ἡμᾶς ἐνέπλησας.

XIX. — *Basilio presbytero.*

Talem nobis eloquentissimum Athanasium oratorem experientia monstravit, qualem pietatis tuæ litteræ nuntiarunt. Ornat enim ejus linguam oratio, orationem vero mores : omnia autem simul fides illustrat. Itaque talia semper nobis procura, Dei amantissime. Magna enim, sic habeto, ex congressu isto lætitia nos implesti.

Κ'. — Μαρτυρίῳ πρεσβυτέρῳ.

Ἡγεῖται μὲν ἡ φύσις ὡς πρεσβυτέρα τῆς γνώμης· νικᾷ δὲ τὴν φύσιν ἡ γνώμη· καὶ τούτου τεκμήριον ἐναργὲς ὁ ἐλλογιμώτατος Ἀθανάσιος ὁ ῥήτωρ. Αὐχῶν γὰρ πατρίδα τὴν Αἴγυπτον, οὐ μετέλαβε τῆς τοῦ ἔθνους θρασύτητος, ἀλλὰ πραότητι τὸν τρόπον ἐκέρασεν. Ἔστι δὲ καὶ τῶν θείων θερμότατος ἐραστής. Διά τοι τοῦτο καὶ πλείους ἡμῖν συνδιήγαγεν ἡμέρας, ὄνησιν ἐντεῦθέν τινα δρέψασθαι προσδοκήσας. Ἐγὼ δὲ, ὡς οἶσθα, θεοφιλέστατε, καὶ παρ' ἑτέρων τὰ τοιαῦτα συλλέγειν ὀκνῶ· τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ τοῖς προθυμοῦσι μεταδιδόναι. Οὐ σμικρολογία μέντοι, ἀλλ' ἀπορία τοῦτο κωλύει ποιεῖν. Εὐξάσθω τοίνυν ἡ ὁσιότης σου τὴν περὶ ἡμῶν δόξαν ἐμπεδωθῆναι τῇ ἀληθείᾳ· ἵνα μὴ μόνον λέγηταί τι περὶ ἡμῶν ἀξιέπαινον, ἀλλὰ καὶ μαρτυρῆται τοῖς ἔργοις.

XX. — *Martyrio presbytero*

Antecedit quidem, ut senior, natura voluntatem, vincit autem naturam voluntas : cujus rei evidens argumentum est eloquentissimus Athanasius orator. Is enim cum patriam jactet Ægyptum, gentis ferociam non induit, sed mansuetudine mores temperavit. Est porro et divinarum rerum ardentissimus amator. Qua de causa dies complures nobiscum transegit, aliquam inde utilitatem percepturum se ratus. Me vero, ut nosti, Dei amantissime, etiam ab aliis ista haurire piget : tantum abest ut desiderantibus impertiam. Nec tenacitas certe, sed inopia hoc facere vetat. Quare oret sanctitas tua, ut quæ de nobis est fama veritate confirmetur : ut non solum dicatur de nobis aliquid laudabile, sed id ipsum etiam facta testentur.

C

1082

ΚΑ'. — Εὐσεβίῳ σχολαστικῷ.

Οἱ μὲν τὴν μεγίστην ταύτην κατασπείραντες φήμην, ᾠήθησαν ταύτῃ πάντως ἀνιάσειν ἡμᾶς, δυσάγγελον αὐτὴν ἄγαν ὑπειληφότες. Ἡμεῖς δὲ, διὰ τὴν θείαν χάριν, καὶ τὴν φήμην ἀσπασίως ἐδεξάμεθα, καὶ τὴν πεῖραν ἀσμένως προσμένομεν· καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἀλγεινὸν, ὑπὲρ τῶν θείων δογμάτων ἐπιφερόμενον, λίαν ἡμῖν ἐστιν ἀξιέραστον. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ταῖς Δεσποτικαῖς ἐπαγγελίαις πιστεύομεν, « Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. » Καὶ τί λέγω τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ; Εἰ γὰρ (17)

XXI. *Eusebio scholastico.*

Qui maximum hunc rumorem disseminarunt, eo se nobis illi quidem tristitiam allaturos putarunt, pessimum esse nuntium existimantes. Nos vero per divinam gratiam et rumorem libenter excepimus, et eventum læto animo exspectamus : et grave quodcunque pro divinis dogmatibus inferatur, nobis est prorsus optabile. Etenim si Dominicis promissionibus revera credimus, « Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [29]. » Et quid fructum dico bonorum quæ sperantur ? Et si enim pro pietate certantibus

D

[29] Rom. VIII, 18.

(17) καὶ addit Neap.

Digitized by Google

nullum propositum esset præmium, poterat ipsa per se veritas amatoribus suis persuadere, ut in subeundis pro illa periculis summam lætitiam præ se ferrent. Testisque dictorum est **1083** divinus Apostolus clara voce denuntians : « Quis nos separabit a charitate Christi ? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, quia Propter te mortificamur quotidie, æstimati sumus sicut oves occisionis [30]. » Et docens se non retributionem aliquam exspectare, sed unicum amare Salvatorem, mox subjunxit : « Sed in his omnibus superamus propter Christum qui dilexit nos [31]. » Aliaque adjecit, quibus amorem suum apertius testatus est. « Certus enim sum, inquit, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro [32]. » Contemplare, amice, apostolicæ charitatis flammam : cerne amoris facem. Non exspecto, inquit, quæ illius sunt, sed ipsum solum desidero, et amorem hunc restinguere nequeo : quin optarim libentissime præsentibus futurisque bonis carere, ac tristia omnia et nunc perpeti, et iterum subire, ut inextinctam liceat flammam istam circumferre. Hæc vero non dixit modo divinus hic vir, sed reipsa præstitit, et passim terra marique monumenta reliquit eorum quæ passus est. In hunc atque in alios quoque intuens, patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, sacerdotes, jucunda valde arbitror quæ tristia existimantur. Erubesco enim, fateor, etiam eos qui hæc minime didicerant, sed a sola natura ducebantur, in virtutis quoque certaminibus excelluisse. Nam et **1084** Socrates ille Sophronisci filius, cum per calumniam reus esset factus, et accusatorum mendacia spernebat, et in gravibus ærumnis animi tranquillitatem ostendebat clamans : « Anytus et Melitus occidere quidem me possunt, nocere autem non possunt. » Et Pæaniensis orator, qui oratoriæ facultati adjunxit philosophiam, hanc quoque sententiam, et ævi sui hominibus, et futuris in posterum effatus est : « Terminus enim vitæ omnibus hominibus mors est, licet in cellula seipsum quispiam clausum custodiat. Oportet ergo bonos viros bona omnia semper agere, bonam spem propositam habentes, quæ autem dederit Deus fortiter sustinere. » Sed et isto antiquior historicus, Olori filium dico, cum alias multas laude dignas sententias litteris mandarit, tum hanc inter cæteras : « Ferenda sunt quæ a diis accidunt necessario, quæ ab inimicis fortiter. » Quid autem philosophos commemoro, et historicos, et oratores? Illi ipsi qui mythologiam veritate potiorem habuerunt, multas fabulosis narrationibus utiles adhortationes admiscuerunt : quomodo et Homerus in carminibus suis Græcorum sapientissimum induxit scipsum

λαίων δεικνύντα. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς εἰς Ἔφεσον ἀποδημίας, ὁ μακάριος γέγραφεν Ἰωάννης τοῖς περὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εὐθήριον τῶν Τυάνων, καὶ Φίλμον τὸν Καισαρείας, καὶ Θεόδοτον τὸν Ἀγκύρας, Ἀπολιναρίου διδασκαλίαν τὰ κεφάλαια ταῦτα καλέσας. Καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἡ παρ' ἡμῶν γεγενημένη καθαίρεσις τοῦ τε τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ τοῦ τῆς Ἐφεσίων, αἰτίαν ἔχει τὴν τῶν κεφαλαίων τούτων ἔκθεσιν καὶ βεβαίωσιν. Καὶ συνοδικὰ δὲ πολλὰ ἐν Ἐφέσῳ πρός τε τὸν καλλίνικον βασιλέα, καὶ πρὸς τοὺς μεγάλους ἄρχοντας περὶ τούτων ἐγράφη· ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαὸν, καὶ πρὸς τὸν εὐλαβέστατον κλῆρον. Καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κληθέντες, πέντε διαγνώσεις ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐσχήκαμεν, καὶ τρεῖς ὅστερον αὐτῷ διαμαρτυρίας ἐπέμψαμεν. Καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις δὲ τῆς Δύσεως ἐπισκόποις, τῷ Μεδιολάνου φημὶ, καὶ τῷ Ἀκυλείας, καὶ τῷ Ῥαβέννης, περὶ τούτων ἐγράψαμεν, διαμαρτυρόμενοι ὡς τῆς Ἀπολιναρίου ταῦτα καινοτομίας πεπλήρωται· καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ταῦτα γράψαντι ὁ μακάριος ἐπιστέλλων Ἰωάννης διὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, προφανῶς αὐτοῖς ἐπεμέμψατο· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀκάκιος. Καὶ ἵνα συντόμως μάθῃ σου ἡ ἁγιότης, ἀπέστειλα τῆς τε τοῦ μακαρίου Ἀκακίου ἐπιστολῆς, καὶ τῆς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου πρὸς τὸν μακαρίτην Κύριλλον γραφείσης τὸ ἴσον· ἵνα γνῷς ὡς καὶ περὶ συμβάσεως αὐτῷ γράφοντες, τὴν τῶν κεφαλαίων τούτων κατηγορίαν ἐποιήσαντο. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μακαρίτης Κύριλλος, γράφων τῷ μακαρίῳ Ἀκακίῳ, τὸν τῶν κεφαλαίων τούτων παρεδήλωσε σκοπὸν, εἰρηκὼς, ὅτι « Ἐκεῖνα πρὸς τὰς τοῦδε καινοτομίας ἐγράψαμεν, καὶ ὅτι τῆς εἰρήνης γενομένης ἐκλευκανθήσεται. » Καὶ αὕτη τοίνυν ἡ ἀπολογία βεβαιοῖ τὴν κατηγορίαν. Ἀπέστειλα δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γραφέντων ἐν τῷ τῆς συμβάσεως καιρῷ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα γνῷς, δέσποτα, ὡς οὐδεμίαν τούτων ἐποιήσατο μνήμην· καὶ ὡς χρὴ τοὺς ἀπιόντας εἰς τὴν σύνοδον τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμβάσεως γραφέντα προσενεγκεῖν, καὶ σαφῶς εἰπεῖν τίνα μὲν εἰργάσατο τὴν διάστασιν, ἐπὶ τίσιν δὲ τὰ διεστῶτα συνήφθη. Τοὺς γὰρ εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καλουμένους ἀγῶνα, πάντα πόνον ἀναδέξασθαι χρὴ, καὶ τὴν θείαν ἐπικαλέσασθαι συμμαχίαν, ἵνα τὸν παρὰ τῶν προγόνων ἡμῖν καταλειφθέντα κλῆρον διατηρήσωμεν ἀσυλον. Χρὴ δὲ σκοπῆσαί σου τὴν ἁγιωσύνην καὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τοὺς ὁμογνώμονας, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἀποδημίας ποιήσασθαι· καὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τοὺς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔχοντας ζῆλον, ἵνα μὴ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων προδοθέντες, ἢ ἀναγκασθῶμέν τι πρᾶξαι τῶν ἀπαρεσκόντων τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ἢ μονωθέντες εὐεπιχείρητοι τοῖς πολεμοῦσι γενώμεθα. Πίστις ἐστὶ, παρακαλῶ, ἐν ᾗ τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας· καὶ χρὴ πάντα κινῆσαι πόρον, ὥστε μηδὲν αὐτῇ νόθον ἐπεισαχθῆναι, μηδὲ τὴν ἀποστολικὴν παραφθαρῆναι διδασκαλίαν. Ταῦτα ἐγὼ καὶ πόρρωθεν ὢν, στένων καὶ θρηνῶν γράφω, καὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀντεβολῶ τὸ στυγνὸν τοῦτο διαλῦσαι νέφος, καὶ καθαρὰν ἡμῖν αἰθρίαν χαρίσασθαι.

CXIII. — (72) *Leoni episcopo Romæ.*

Si Paulus, præco veritatis, tuba Spiritus sancti,

ΡΙ Γ'. — *Λέοντι ἐπισκόπῳ Ῥώμης* (72).

Εἰ Παῦλος, τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ, ἡ τοῦ ἁγίου

(72) Sæpius edita hæc est epistola cum Leonis responsione, Græce quidem inter Opera Leonis M.

Digitized by Google

Πνεύματος σάλπιγξ, πρὸς τὸν μέγαν ἔδραμε Πέτρον, ὥστε τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ περὶ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἀμφισβητοῦσι παρ' αὐτοῦ κομίσαι τὴν λύσιν, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς καὶ σμικροὶ, πρὸς τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν τρέχομεν θρόνον, ὥστε παρ' ὑμῶν λαβεῖν τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἕλκεσι θεραπείαν. Διὰ πάντα γὰρ ὑμῖν τὸ πρωτεύειν ἁρμόττει. Πολλοῖς γὰρ ὁ ὑμέτερος θρόνος κοσμεῖται πλεονεκτήμασι. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας πόλεις ἢ μέγεθος, ἢ κάλλος, ἢ πλῆθος τῶν οἰκητόρων κοσμεῖ· ἐνίας δὲ τούτων ἐστερημένας (73) πνευματικά τινα λαμπρύνει χαρίσματα· τῇ δὲ ὑμετέρᾳ φορὰν ἔδωκεν ἀγαθῶν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγός. Ἡ γὰρ αὐτὴ πασῶν μεγίστη, καὶ λαμπροτάτη, καὶ τῆς οἰκουμένης προκαθημένη, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκητόρων κυμαίνουσα. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ νῦν κρατοῦσαν ἡγεμονίαν ἐβλάστησε· καὶ τῆς οἰκείας προσηγορίας τοῖς ἀρχομένοις μετέδωκε. Κοσμεῖ δὲ αὐτὴν διαφερόντως ἡ πίστις· καὶ μάρτυς ἀξιόχρεως ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοᾷ, ὅτι « Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. » Εἰ δὲ εὐθὺς δεξαμένη τὰ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος σπέρματα, τοῖς ἀξιαγάστοις τούτοις ἐβεβρίθει καρποῖς, τίς ἀπόχρη λόγος τὴν νῦν ἐν αὐτῇ πολιτευομένην εὐσέβειαν εὐφημῆσαι; Ἔχει δὲ καὶ τῶν κοινῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἀληθείας Πέτρου καὶ Παύλου τὰς θήκας, τῶν πιστῶν τὰς ψυχὰς φωτιζούσας. Ἡ δὲ τρισμακαρία τούτων καὶ θεία ξυνωρὶς ἀνέτειλε μὲν ἐν τῇ ἑῴᾳ, καὶ πάντοσε τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμψεν· ἐν δὲ τῇ Δύσει προθύμως ἐδέξατο τὰς τοῦ βίου δυσμάς, κἀκεῖθεν νῦν καταυγάζει τὴν οἰκουμένην. Οὕτω τὸν ὑμέτερον περιφανέστατον (74) ἀπέφηναν θρόνον· οὗτος τῶν ἀγαθῶν τῶν ὑμετέρων ὁ κολοφών. Ὁ δ' ἐκείνων Θεὸς καὶ νῦν τὸν ἐκείνων ἐλάμπρυνε θρόνον, τὴν ὑμετέραν ἀγιωσύνην ἱδρύσας ἐν τούτῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὰς ἀκτῖνας ἀφεῖσαν.

ad magnum Petrum se contulit, ut iis, qui Antiochiæ de legali conversatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multo magis nos humiles et pusilli ad apostolicam sedem vestram accurrimus, ut Ecclesiarum ulceribus remedium a vobis accipiamus. Vobis enim primas in omnibus tenere convenit. Multis siquidem prærogativis ornatur sedes vestra. Etenim alias urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel habitatorum frequentia : nonnullas etiam, quæ his carent, spiritualia quædam dona illustrant : vestræ vero honorum affluentiam bonorum largitor dedit. Illa enim omnium maxima et clarissima, quæ et orbi terrarum præsidet, et incolarum multitudine redundat. Ad hæc imperium quod rerum nunc potitur, et suum ipsa nomen subditis impertiit. Præcipue autem illam fides ornat, **1188** cujus testis idoneus est divinus Paulus, clamans : « Fides vestra annuntiatur in universo mundo [18]. » Quod si statim post suscepta salutaris prædicationis semina mirabiles hos fructus uberrime protulit, prædicandæ quæ in ea nunc viget pietati quænam par esse possit oratio? Habet præterea communium Patrum magistrorumque veritatis Petri et Pauli sepulcra, fidelium animas illuminantia. Quorum beatissimum ac divinum par, in Oriente quidem exortum est, et radios quaquaversum diffudit : sed in Occidente vitæ occasum ultro subiit, atque inde nunc orbem universum collustrat. Hi sedem vestram nobilissimam reddiderunt : hic bonorum vestrorum est apex. At illorum sedem nunc etiam illorum Deus illustravit, dum in ea sanctitatem vestram rectæ fidei radios fundentem constituit.

Καὶ τούτου πολλὰ μὲν ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἄλλα τεκμήρια· ἀρκεῖ δὲ ὑμῶν καὶ ὁ κατὰ τῶν δυσωνύμων Μανιχαίων ζῆλος, ὃν πρώην ὑμῶν ἡ ὁσιότης ἐγύμνωσε, δείξασα τὴν περὶ τὰ θεῖα τῆς ὑμετέρας φιλοθεΐας σπουδήν. Ἀπόχρη καὶ τὰ νῦν παρ' ὑμῶν γραφέντα τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν χαρακτῆρα δηλῶσαι. Ἐντετυχήκαμεν γὰρ τοῖς παρὰ τῆς σῆς γραφεῖσι ὁσιότητος περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν τῶν γεγραμμένων ἀκρίβειαν. Ἀμφότερα γὰρ κατὰ ταυτὸν ἐδήλου, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἀϊδίου Πατρὸς ἀΐδιον θεότητα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἀνθρωπότητα· καὶ ὅτι κατὰ πάντα ἡμῖν ἡ ληφθεῖσα φύσις ἐῴκει, μόνον δὲ ἀνόμοιος ἦν τῷ πάσης ἁμαρτίας ἀμύητος διαμεῖναι· ἐπειδήπερ οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως αὕτη φύεται. Εἶχε δὲ καὶ τοῦτο τὰ γράμματα, ὡς εἷς μὲν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ἀπαθὴς δὲ αὐτοῦ ἡ θεότης, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος, καθάπερ ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατὴρ, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· καὶ διὰ τοῦτο τὴν παθητὴν ἔλαβε

Cujus quidem rei cum alia multa in promptu sint argumenta, sufficit zelus vester adversus infames Manichæos, quem sanctitas vestra nuper exeruit, et quo rerum divinarum studio vester in Deum sit amor patefecit. Sufficiunt et quæ nunc a vobis scripta sunt, ut apostolicum characterem vestrum ostendant. Incidimus namque in illa, quæ de Dei Salvatorisque nostri incarnatione sanctitas vestra scripsit, et admirati sumus exactam operis diligentiam. Utraque enim eadem opera declarabat, et æternam ex æterno Patre Unigeniti divinitatem, et ejusdem ex Abrahæ et Davidis semine humanitatem : ac similem per omnia nobis fuisse assumptam naturam, hoc uno dissimilem, quod peccati expers **1189** manserit, quippe quæ non ex natura, sed ex libera voluntate nascitur. Et hoc præterea litteræ continebant unum esse unigenitum Dei Filium, et impatibilem ejus divinitatem, quæ nec verti queat, nec mutari, sicut et qui ipsum genuit Pater, et Spiritus sanctus : ideoque patibilem naturam sumpsisse, •

[18] Rom. I, 8.

edit. Balleriniorum tom. I, p. 941 seq. ex ipsa hac Sirmondi editione, Latine ab Herveto ante interpretationem commentariorum Theodoreti in Epistolas Pauli apostoli, apud Baronium quoque ad a. C. 449, t. VI, p. 103 seq. et alibi.

(73) Τούτων δὲ ἐστερ. Baller.

(74) περιφανέστερον. Neap.

Digitized by Google

quia divina natura passionem non recipiebat : ut per carnis propriæ passionem impassibilitatem iis qui in ipsum crederent largiretur. Hæc et alia his cognata litteris continebantur. Nos vero spiritualem sapientiam tuam admirati, Spiritus sancti gratiam, quæ per vos locuta est, laudibus extulimus, rogamusque, et obsecramus, et precamur, et supplices oramus sanctitatem tuam, ut tempestate jactatis Dei Ecclesiis opem ferat.

Cum enim per eos quos sanctitas tua Ephesum misit, tempestatis exitum speraremus, in graviorem procellam delapsi sumus. Alexandrinorum quippe justissimus antistes haudquaquam contentus fuit iniqua hac et injustissima depositione sanctissimi Deoque charissimi Constantinopolitanorum episcopi domini Flaviani, neque ipsius animam explevit consimilis strages aliorum episcoporum, sed me quoque absentem calamo similiter jugulavit, nec in jus vocatum, nec præsentem judicatum, nec interrogatum, de Dei ac Salvatoris nostri Incarnatione quid sentiam. Et homicidas quidem, ac sepulcrorum effractores, alienarumque nuptiarum invasores, non prius condemnant judices, quam vel ipsi objecta crimina confessione sua firmarint, vel ab aliis aperte fuerint convicti. Nos autem hic in **1190** divinis legibus enutritus triginta quinque mansionibus distantes condemnavit ut voluit. Neque nunc tantum hoc fecit, sed anno etiam superiore, cum eo profecti essent duo viri Apollinaris morbo infecti, et calumnias in nos texuissent, consurgens in ecclesia nos anathemate confixit : idque cum ad eum scripsissem, et quæ sentirem per litteras exposuissem

Ego vero Ecclesiæ sane tempestatem defleo, cæterum quieti studeo. Sex enim et viginti annis commissam mihi ab universorum Deo Ecclesiam, precum vestrarum auxilio cum rexerim, neque sub beatissimo Theodoto antistite Orientis, neque sub iis qui illi in Antiochenorum sede successerunt, vel minimam reprehensionem sustinui, sed divina mihi cooperante gratia, supra mille animas Marcionis morbo liberavi, multasque alias ex Arii et Eunomii partibus ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum Ecclesiarum pastoralem curam sortitus sum ; tot enim Cyrus habet parœcias, in quibus precum vestrarum auxilio lolium nullum relictum est, sed omnibus hæreticis erroribus grex noster creptus est. Novit qui omnia conspicit, quot lapides ab infandis hæreticis in me conjectos exceperim : quot mihi multis in urbibus Orientis certamina fuerint adversus gentiles, adversus Judæos, et adversus errorem omnem hæreticum. Et post tantos sudores ac labores indicta causa condemnatus sum.

At ego apostolicæ vestræ sedis exspecto sententiam, et oro atque obtestor **1191** sanctitatem tuam, ut mihi ad rectum ac justum tribunal vestrum provocanti opem ferat, jubeatque ad vos venire, et

φύσιν, ἐπειδήπερ ἡ θεία φύσις οὐκ ἐδέχετο πάθος· ἵνα τῷ πάθει τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν ἀπάθειαν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίσηται. Ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ συγγενῆ, περιεῖχε τὰ γράμματα. Ἡμεῖς δὲ τὴν πνευματικήν σου σοφίαν θαυμάσαντες, τὴν δι' ὑμῶν φθεγξαμένην τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνυμνήσαμεν χάριν· καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ ἀντιβολοῦμεν, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομέν σου τὴν ἁγιωσύνην, ἐπαμῦναι ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις χειμαζομέναις.

Λύσιν γὰρ ἔσεσθαι τοῦ κλύδωνος προσδοκήσαντες διὰ τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης εἰς τὴν Ἔφεσον ἀποσταλέντων, χαλεπωτέρᾳ περιπεπτώκαμεν ζάλῃ. Ὁ γὰρ τῆς Ἀλεξανδρείας δικαιότατος πρόεδρος οὐκ ἠρκέσθη τῇ ἀνόμῳ ταύτῃ καὶ ἀδικωτάτῃ καθαιρέσει τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπισκόπου τοῦ κυρίου Φλαβιανοῦ, οὐδὲ ἐνέπλησεν αὐτοῦ τὸν θυμὸν τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ἡ παραπλησία σφαγή· ἀλλὰ κἀμὲ τὸν ἀπόντα ὁμοίως καλάμῳ κατέσφαξεν, οὔτε καλέσας εἰς κριτήριον, οὔτε παρόντα κρίνας, οὐκ ἐρωτήσας τίνα φρονῶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως. Καὶ τοὺς μὲν ἀνδροφόνους, καὶ τυμβωρύχους, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας συλήσαντας εὐνὰς, οὐ πρότερον κατακρίνουσιν οἱ δικάζοντες, ἕως ἂν ἢ αὐτοὶ τὰς κατηγορίας ταῖς ὁμολογίαις κυρώσωσιν, ἢ παρ' ἑτέρων ἐναργῶς ἐλεγχθῶσιν. Ἡμᾶς δὲ ὁ τοῖς θείοις νόμοις ἐντεθραμμένος πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότας κατέκρινεν ὡς ἠθέλησε. Καὶ τοῦτο οὐ νῦν μόνον πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ πέρυσι μετὰ δύο ἄνδρας τῶν τὴν Ἀπολιναρίου νόσον εἰσδεξαμένων ἐκεῖσε δραμόντας, καὶ συκοφαντίας καθ' ἡμῶν ὑφήναντας, ἀναστὰς ἐπ' ἐκκλησίας ἡμᾶς ἀνεθεμάτισε· καὶ ταῦτα ἐμοῦ γράψαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ ἃ φρονῶ διὰ γραμμάτων δηλώσαντος.

Ἐγὼ δὲ ὀδύρομαι μὲν τῆς Ἐκκλησίας τὸν κλύδωνα, τὴν δὲ ἡσυχίαν ἀσπάζομαι. Ἐξ γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη τὴν ἐγχειρισθεῖσάν μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων Ἐκκλησίαν ἰθύνας διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, οὐκ ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου Θεοδότου τοῦ τῆς Ἀνατολῆς προέδρου, οὐκ ἐπὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον, τῶν τὸν Ἀντιοχέων διαδεξαμένων θρόνον, τὴν τυχοῦσαν μέμψιν ὑπέμεινα, ἀλλὰ τῆς θείας μοι χάριτος συνεργησάσης, πλείους μὲν ἢ χιλίας ψυχὰς ἠλευθέρωσα τῆς Μαρκίωνος νόσου, πολλοὺς δὲ ἄλλους ἐκ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου συμμορίας προσήγαγον τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· καὶ ἐν ὀκτακοσίαις Ἐκκλησίαις ἔλαχον ποιμαίνειν· τοσαύτας γὰρ ἡ Κύρρος παροικίας ἔχει, ἐν αἷς οὐδὲ ἓν διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς μεμένηκε ζιζάνιον· ἀλλὰ πάσης αἱρετικῆς ἠλευθέρωται πλάνης τὸ ἡμέτερον ποίμνιον. Οἶδεν ὁ πάντα ἐφορῶν πόσους ἐδεξάμην λίθους ὑπὸ τῶν δυσωνύμων κατ' ἐμοῦ πεμφθέντας αἱρετικῶν, πόσους ἐν ταῖς πλείοσι τῆς Ἀνατολῆς πόλεσιν ἔσχον ἀγῶνας πρὸς Ἕλληνας, πρὸς Ἰουδαίους, πρὸς πᾶσαν πλάνην αἱρετικήν. Καὶ μετὰ τοσούτους ἱδρῶτας καὶ πόνους μὴ δικασάμενος κατεκρίθην.

Ἐγὼ δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου περιμένω τὴν ψῆφον· καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἁγιότητα, ἐπαμῦναί μοι τὸ ὀρθὸν ὑμῶν καὶ δίκαιον ἐπικαλουμένῳ κριτήριον, καὶ κελεῦσαι δραμεῖν πρὸς

Digitized by Google

ὑμᾶς (75), καὶ ἐπιδεῖξαί μου τὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἑπομένην. Ἔστι γάρ μοι τὰ μὲν πρὸ εἴκοσι ἐτῶν συγγεγραμμένα, τὰ δὲ πρὸ ὀκτωκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ πεντεκαίδεκα, τὰ δὲ πρὸ δυοκαίδεκα, τὰ μὲν πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ Εὐνομιανούς, τὰ δὲ πρὸς Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ἐν Περσίδι μάγους, ἄλλα περὶ τῆς καθόλου Προνοίας, ἕτερα δὲ περὶ θεολογίας, καὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. Ἡρμήνευταί μοι διὰ τὴν θείαν χάριν, καὶ τὰ ἀποστολικὰ συγγράμματα, καὶ τὰ προφητικὰ θεσπίσματα. Καὶ ῥᾴδιον ἐκ τούτων καταμαθεῖν, εἴτε ἀκλινῆ τὸν κανόνα τῆς πίστεως διετήρησα, εἴτε τὴν τούτου παρέδην εὐθύτητα. Ἀλλὰ μὴ διαπτύσητέ μου τὴν ἱκετείαν, παρακαλῶ, μηδὲ τὴν ἀθλίαν μου παρίδητε πολιὰν μετὰ πολλοὺς ὑβρισμένην καμάτους.

A doctrinam meam apostolicis vestigiis inhærentem ostendere. Sunt enim mihi, quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi, quædam contra Arianos et Eunomianos, quædam contra Judæos et gentiles, quædam contra magos qui sunt in Perside, alia de universali Providentia, et alia rursus de theologia, deque divina incarnatione. Exposita etiam sunt a me per divinam gratiam tum apostolica scripta, tum prophetica oracula. Et facile est ex his cognoscere, an stabilem fidei regulam servarim, an ab ejus rectitudine deflexerim. Sed nolite, obsecro, supplices meas preces respuere, nec miseram meam canitiem post multos labores contumeliose tractatam despicere.

Πρὸ δὲ πάντων, μαθεῖν ἀντιβολῶ παρ' ὑμῶν, εἴτε χρή με στέρξαι τὴν ἄδικον ταύτην καθαίρεσιν, εἴτε μή· τὴν γὰρ ὑμετέραν προσμένω ψῆφον. Κἂν κελεύσητέ τοῖς καταψηφισαμένοις ἐμμεῖναι, ἐμμενῶ, καὶ οὐδενὶ ἀνθρώπων ἐνοχλήσω λοιπόν, ἀλλὰ μενῶ τὸ ἀκλινὲς τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν κριτήριον. Ἐμοὶ δὲ, ὡς ὁ Δεσπότης μαρτυρεῖ Θεὸς, οὐ τιμῆς μέλει καὶ δόξης, ἀλλὰ μόνον τοῦ γεγενημένου σκανδάλου· ὅτι πολλοὶ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μάλιστα οἱ ἐκ διαφόρων αἱρέσεων παρ' ἡμῶν ζωγρηθέντες, τῷ θρόνῳ τῶν κατακρινάντων προσέχοντες, αἱρετικοὺς ἴσως ἡμᾶς ὑπολήψονται, τὴν τοῦ δόγματος ἀκρίβειαν κατιδεῖν οὐ δυνάμενοι. Ὅτι δὲ (76) τοσοῦτον χρόνον ἐπισκοπεύσας, οὐκ οἰκίαν ἐκτησάμην, οὐκ ἀγρὸν, οὐκ ὀβολὸν,, οὐ τάφον, ἀλλὰ τὴν αὐθαίρετον (77) ἠσπασάμην πενίαν, καὶ τὰ παρὰ τῶν πατέρων εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα μετὰ τὴν ἐκείνων τελευτὴν εὐθὺς διανείμας, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τὴν Ἑῴαν οἰκοῦντες.

Ante omnia ut a vobis docear oro, an me oporteat in hac injusta depositione acquiescere, an non: vestram enim sententiam exspecto. Quod si in judicatis manere me jusseritis, manebo, neque ulli hominum deinceps molestus ero, sed rectum Dei Salvatorisque nostri judicium exspectabo. Me quidem, testis est Dominus Deus, honoris et gloriæ cura non tangit, sed scandali quod injectum est: quia multi e simplicioribus, atque ii maxime, qui ex diversis hæresibus opera nostra emerserunt, sedem illorum qui condemnarunt attendentes, hæreticos nos fortasse existimabunt, cum dogmatis perfectionem perspicere non possint. **1192** Quodque episcopatu tot annis gesto, non domum acquisierim, non agrum, non obolum, non sepulcrum, sed spontaneam * paupertatem amplexus sim, et ea quæ a parentibus ad nos pervenerant, post illorum mortem statim distribuerim, sciunt omnes qui habitant in Oriente.

Πρὸ δὲ πάντων, ἱκετεύω τὴν ἱερὰν ὑμῶν καὶ τῷ Θεῷ φίλην κεφαλὴν, παρασχεῖν μοι τῶν προσευχῶν τὴν βοήθειαν. Ταῦτα διὰ τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων πρεσβυτέρων Ὑπατίου καὶ Ἀβραμίου τῶν χωρεπισκόπων, καὶ Ἀλυπίου τοῦ ἐξάρχου τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὴν ὑμετέραν ἀγιωσύνην ἐδίδαξα· ἐπειδήπερ ἐμὲ δραμεῖν πρὸς ὑμᾶς τὰ τῶν βασιλικῶν γραμμάτων ἐπέσχε δεσμά, ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς ἄλλους. Καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, καὶ ἰδεῖν αὐτοὺς πατρικῶς, καὶ τὰς ἀκλινεῖς ὑμῶν ἀκοὰς εὐμενεῖς αὐτοῖς παρασχεῖν, καὶ τὸ συκοφαντούμενον καὶ μάτην πολεμούμενόν μου γῆρας τῆς ὑμετέρας ἀξιῶσαι κηδεμονίας, καὶ πρὸ πάντων τῆς ἐπιβεβουλευμένης πίστεως παντὶ σθένει φροντίσαι, καὶ φυλάξαι ταῖς Ἐκκλησίαις τὸν πατρῷον κλῆρον ἀκήρατον· ἵνα καὶ τὰς ἀντὶ τούτων ἀντιδόσεις δέξηται ὑμῶν ἡ ἁγιότης παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Δεσπότου.

Præ omnibus autem sacrum Deoque charum caput vestrum obsecro, ut precibus mihi opem et auxilium ferat. Hæc per reverendissimos Deoque charissimos presbyteros, Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum qui apud nos sunt exarchum sanctitati vestræ suggessi: quandoquidem ne ad vos contenderem regiarum litterarum vincula retinuerunt, quemadmodum et alios. Et sanctitatem vestram oro, ut et paterno affectu illos videat, et sinceras aures vestras illis benignas præbeat, et calumniis vexatam ac sine causa impugnatam senectutem meam studio et providentia vestra dignetur, tum ante omnia fidei insidiis appetitæ quam maximam potest curam gerat, paternamque hæreditatem Ecclesiis integram custodiat, ut pro his etiam paratas remunerationes a munifico et liberali Domino sanctitas vestra recipiat.

(75) παρ' ὑμ. Neap.

(76) δέ post ὅτι aberat a Sirm. qui paulo post habebat ὡς ἴσασιν. Lectionem Neap. et Vatican. apud Hervetum et Baron. ipse sensus postulat.

(77) Cum vitio typothetarum excidisset extremum verbi αὐθαίρετον et initium sequentis ἠσπασ., quæ facile sarciri conjectando poterant, si vel caruissemus beneficio codicis Vindobonensis; Ballerinii male rescripserant ἀλλὰ τὴν αὐτομάτην πενίαν

Digitized by Google

CXIII *bis*. — (78) S. LEONIS PAPÆ AD THEODORETUM.

1193 Dilectissimo fratri Theodorito episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutychianæ vesaniæ, exstitisse victricem. Unde gloriamur in Domino, cum Propheta canentes : « Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram [19], » qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio definierat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut vere a se prodiisse ostenderet, quod prius a prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis judicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent : in quo amplior nobis accrescit gaudendi materia, dum tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sævius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ad eam, quam cæteris omnium Dominus statuit præsidere, consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset adversa suspicio, inventi prius sunt qui de judiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli, a dissensionis incitati auctore, ad contradictionum bella prosiliunt, ad majus bonum, malo ejus auctore totius bonitatis dispensante, perventum est. Dulcius siquidem munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur : et minus bonum videri solet pax continuata per otium, quam reddita per laborem. Ipsa quoque veritas et clarius renitescit, et fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerat, hæc postea examinatio confirmarit. Multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum potetur imminuta libertas : et ad majorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit exerendi fiducia, ut vincatur adversitas, ne quod per se probatur reprobum, silentii præjudicio videatur oppressum.

Exsulta igitur, charissime frater, et in unico Dei Filio victor exsulta. Vicit per nos ille pro se, cujus carnis veritas negabatur : vicit per nos et pro nobis ille, cui vicimus. Secunda est post adventum Domini hæc orbi festivitas. Redditum sæculo est, prædone prostrato, incarnationis divinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa Veritate suis dicente discipulis : « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit : qui autem non crediderit, condemnabitur [20]. » Solis justitiæ jubar, densis per Orientem Nestorii et Eutychis nebulis impeditum, pure ab Occidente resplenduit, ubi culmen summum in apostolis et doctoribus principaliter collocavit. Quamvis nec illic unquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reservavit : ita ut, dum denuo conaretur hostis antiquus, per secundi Pharaonis impœnitens cor fidei Abrahæ semen et filios repromissionis exstinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi, nocere nihil posset. De quo et illud omnipotens mirabilius egit, quia et quos sibi socios ad Israelitici populi cædes asciverat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregavit, et, sicut revera se dignum, et soli sibi possibile fons misericordiæ noverat, victos a nobis nobiscum fecit esse victores. Nam dum solus vere sit humani generis hostis spiritus **1194** falsitatis, omnes de illo jam triumphare non dubium est, quos sibi veritas vindicavit. Nunc prorsus illa Redemptoris nostri dicta, quam sint divinæ auctoritatis, apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dictum esse dubitare non liceat. « Vos, inquit, ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex suis loquitur, quia mendax est, et pater ejus [21].

Nihil ergo mirandum est quod hi, qui in veritate Dei nostræ naturæ mendacium crediderunt, patri suo et circa ista concordant, quidquid visum, quidquid auditum, quidquid denique teste Evangelio tactum est atque palpatum in unico Dei Filio, non ejus cujus probatum est asserentes, sed coæternæ et coessentialis Patri fuisse substantiæ : quasi aut divinitatis natura crucis ligno transfixa sit, aut inconvertibilis crescere per ætates, et in sapientia proficere sapientia sempiterna, vel Spiritu Deus, qui spiritus est, subinde repleri potuerit. In hoc quoque se acerba vesania ex quo auctore accesserit prodit, quod quantum in se est, universis nocere molita est. Nam qui vos persequendo afflixit, cæteros ad consensum sceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt, vulnerasset, a speciali dolore fecit exceptos, quibus nova et inaudita prius, atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus injuriam. Sed utinam vel post tot pessima resipiscens, non nos etiam de suo æternæ damnationis interitu contristasset. Quam mensuram sceleris prætermisit, cui ne hoc sufficere potuit, quod nec ' vivis parcendo, nec mortuis, etiam in sanguine innocentis et catholici sacerdotis pollutas jampridem, abdicata

[19] Psal. CXXIII, 8. [20] Marc. XVI, 16. [21] Joan. VIII, 44.

(78) Cum Sirmondus hanc S. Leonis P. M. responsionem subjecisset tomo IV Opp. Theodoreti, ne quid ab eo editum nostræ editioni deesset, visum est eam cum Theodoreti litteris conjungere, e recensione tamen FF. Balleriniorum, qui eam tanquam epistolam 120 ediderunt inter Opera Leonis M. T. I p. 1218 seq.

Digitized by Google

veritate atque approbata falsitate, manus intinxit? Et cum scriptum sit : « Qui odit fratrem suum, homicida est [22], » ille quod odio jam fecisse addictus est, implevit operibus, quasi nec hæc audisset, nec illud quod Dominus ait : « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum, leve [23]. » Dignus diabolici prædicator erroris Ægyptius vastator inventus est, qui, tanquam sævissimus tyrannus Ecclesiæ, nefandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, et per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce Redemptoris nostri [24] firmatum sit, unum eumdemque homicidii esse et falsitatis auctorem, ille pariter utrumque complevit, quasi non ut caveantur, sed, ut perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens, quæ Dei Filius monuit ad salutem; illud quoque surda nimis aure præteriens, quod ab eodem Domino dictum est : « Ego quod vidi apud Patrem meum loquor, et vos quod vidistis apud patrem vestrum facitis [25]. »

Igitur dum sanctæ memoriæ Flaviano vitam præsentis sæculi moliretur auferre, se veræ vitæ luce privavit. Dum vos ab Ecclesiis vestris conaretur expellere, se a Christianorum collegio segregavit. Dum trahit plurimos et impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciavit : solus ultra omnes, et per omnes, ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas, solido cibo firmata, indigere minime videatur, tamen ut quod nostri loci est impleamus, circa vocem dicentis Apostoli : « Præter ea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum : quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror [26]? » hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater charissime, ut quotiescunque, divina gratia administrante, illos qui foris sunt fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab **1195** illis, quas Spiritus sancti divinitas in Chalcedonensi concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem novellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non jam (quod absit!) tanquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate summa quæ bene definita sunt astruentes : cum et in apostolicæ sedis epistola, universalis sanctæ synodi assensu firmata, tanta divinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit; et synodalia gesta, vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ litteræ apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, et maxime ad piissimos principes totius concilii allocutio, tot sit præcedentium Patrum testimoniis roborata, ut cuivis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non jam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

Unde hoc quoque nos contra hostes Ecclesiæ providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus, nec unquam contra Nestorianos, aut Eutychianos agentes, alteris eorum videamur terga vertisse, sed utrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus; ita ut eos, quoties audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque evidentissime feriamus, ne si hoc a nobis aut obscurius fieri videatur, aut tardius, putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat, jam tamen et experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum sedis apostolicæ judicium, demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, universalis Ecclesiæ defensioni servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cuncti agnoscimus, qui, postquam suæ sedis judicium in fidei definitione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri permisit; quia nec poterat, Spiritu sancto judicante, quisquam ex eis non victor exire, quorum jam vicerat fides.

Quod superest, exhortamur, ut, quia illic non nullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam sedi apostolicæ collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus noster suæ donavit Ecclesiæ, quandiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit, nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuæ vigilantiæ sollicitudine volumus adjuvari, ut, tua relatione currente, quid apud illas regiones doctrina Dominica proficiat, apostolicam sedem festines instruere : quatenus illius regionis sacerdotes, in quocunque usus exegerit, adjuvemus. De his vero, quæ in sæpe dicto concilio illicita contra venerabiles Nicænos canones præsumptione tentata sunt, ad fratrem et coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus, adjicientes et illud quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis vestræ verbo mandasti per vicarios nostros, et hoc specialiter statuentes, ut præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, sive ille sit laicus, qui cujuslibet scientiæ nomine gloriatur. Quas tamen litteras pro utilitate universalis Ecclesiæ, per prædictum fratrem et coepiscopum nostrum Maximum, ad omnium voluimus pervenire notitiam : et ob hoc his noluimus earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri et

[22] I Joan. III, 15. [23] Matth. XI, 29, 30. [24] Joan. VIII, 44. [25] ibid. 38. [26] II Cor. XI 28, 29.

Digitized by Google

coepiscopo nostro injunximus, non dubitamus implenda. *Et alia manu :* Deus te incolumem custo- A diat, frater charissime. Data tertio Idus Junii, Opilione viro clarissimo consule.

1196 CXIV. — *Andiberi.*

Religiosissimus presbyter Petrus sacerdotii quidem ornatur dignitate, ornatur vero et prudenti corporum curatione. Longo autem apud nos tempore versatus, morum elegantia sibi omnes devinxit. Is nunc cognito discessu meo Cyrum relinquere statuit. Quocirca commendo illum magnificentiæ tuæ, et oro ut vestra illum providentia foveatis, ut qui utilis civitati esse queat : quippe qui Alexandriæ habitans huic arti operam dedit.

ΡΙΔ'. — *Ἀνδίβερι.*

Ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Πέτρος κοσμεῖται. μὲν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἀξίᾳ, κοσμεῖται δὲ καὶ τῇ τῶν σωμάτων λογικῇ θεραπείᾳ. Συχνὸν δὲ παρ' ἡμῖν οἰκήσας χρόνον, εἶλεν ἅπαντας τῇ τῶν ἠθῶν εὐαρμοστίᾳ. Οὗτος νῦν τὴν Κύρρον καταλιπεῖν ἐδοκίμασε, τὴν ἐμὴν ἐκδημίαν μεμαθηκώς. Οὗ δὴ χάριν αὐτὸν τῇ ὑμετέρᾳ μεγαλοπρεπείᾳ συνίστημι, καὶ παρακαλῶ τῆς ὑμετέρας αὐτὸν προμηθείας τυχεῖν, χρήσιμον αὐτὸν τῇ πόλει γενέσθαι δυνάμενον. Τὴν γὰρ Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας τὴν τοιαύτην ἤσκησε τέχνην.

CXV. — *Apellæ.*

Cyri gubernatione suscepta, necessarias illi artes undequaque comparavi : tum autem et medicinæ peritos, ut eam incolerent, hortatus sum. Horum unus est religiosissimus presbyter Petrus, qui et artem prudenter tractat, et hanc moribus exornat. Nunc autem abeuntibus nobis alii quoque multi hanc relinquunt : abire autem et ipse instituit. Quare magnificentiam tuam oro, ut illius curam gerat. Idoneus enim est qui et ægris opem ferat, et morbos oppugnet.

B

ΡΙΕ'. — *Ἀπελλῇ* (79).

Τὴν Κύρρον ἰθύνειν λαχὼν τὰς ἀναγκαίας αὐτῇ πάντοθεν ἐπόρισα τέχνας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμονας οἰκῆσαι ταύτην προέτρεψα. Εἷς τούτων ἐστὶν ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Πέτρος, λογικῶς μὲν μεταχειρίζων τὴν τέχνην, κοσμῶν δὲ ταύτην τοῖς ἤθεσιν. Ἀλλὰ νῦν ἐκδημούντων ἡμῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ταύτην ἀπέλιπον, ἐκδημῆσαι δὲ καὶ αὐτὸς ἐδοκίμασε. Διά τοι τοῦτο τὴν σὴν παρακαλῶ μεγαλοπρέπειαν κηδεμονίας αὐτὸν ἀξιῶσαι. Ἱκανὸς γάρ ἐστιν ἐπικουρῆσαι τοῖς κάμνουσι, καὶ πολεμῆσαι ταῖς νόσοις.

CXVI. — *Renato presbytero.*

Cognovimus ardentem justumque zelum pietatis tuæ, et justissimam ac legitimam libertatem, qua usus es, cum ea quæ apud Ephesum temere licenterque acta sunt reprehenderes. Nec soli nos **1197** ista didicimus : sed in omnem terram rectæ mentis tuæ sonus exivit, et omnes justitiam, zelum, libertatem, et adversus iniquitatem injectas a te minas decantant. Et hæc quidem egit pietas tua, cum unicam cædem conspexisset. Quod si cæteras etiam vidisses quæ post discessum tuum patratæ sunt, Phineem illum fortasse imitatus esses. Ex iis autem, qui post hæc damnati fuere, unus ego sum, ne illuc irem regiis litteris prohibitus, et tamen absens condemnatus. Post sex enim et viginti episcopatus annos, post infinitos labores, post suscepta pro pietate certamina, post oblatas omnium Salvatori multas hæreticorum a pristino abductas errore myriadas, sacerdotio me spoliarunt, ejiciuntque ex civitate, nec senectutem reveriti, nec canitiem in pietate nutritam. Quam ob causam oro sanctitatem tuam, sanctissimo et beatissimo archiepiscopo persuadeat ut apostolica potestate utatur et ad concilium vestrum advolare præcipiat. Habet enim sanctissima illa sedes Ecclesiarum quæ in toto sunt orbe principatum multis nominibus, atque hoc ante omnia, quod ab hæretica tabe immunis mansit, nec ullus contraria sentiens in illa sedit,

C

D

ΡΙΣ'. — *Ῥενάτῳ πρεσβυτέρῳ* (80).

Ἔγνωμεν τὸν θερμὸν καὶ δίκαιον τῆς σῆς ὁσιότητος ζῆλον, καὶ τὴν δικαιοτάτην καὶ ἔννομον παῤῥησίαν, ᾗ χρησάμενος, δέσποτα, τὰ ἐν Ἐφέσῳ τολμηθέντα ἤλεγξας. Οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνοι μεμαθήκαμεν ταῦτα, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τῆς σῆς ὀρθότητος ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ πάντες ᾄδουσι τὴν δικαιοσύνην, τὸν ζῆλον, τὴν παῤῥησίαν, τὰς κατὰ τῆς παρανομίας παῤ' ὑμῶν γεγενημένας ἀπειλάς. Καὶ ταῦτα ἔδρασέ σου ἡ ὁσιότης, τὴν μίαν θεασαμένη σφαγήν. Εἰ δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἑωράκεις τὰς μετὰ τὴν σὴν ἐκδημίαν γεγενημένας, τάχα ἂν τὸν Φινεὲς ἐκεῖνον ἐζήλωσας. Εἷς δὲ τῶν μετὰ ταῦτα κατακριθέντων ἐγὼ, δραμεῖν μὲν αὐτόθι κωλυθεὶς διὰ γραμμάτων βασιλικῶν· ἀπὼν δὲ κατακριθείς. Μετὰ γὰρ ἓξ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῆς ἐπισκοπῆς, μετὰ τοὺς πολλοὺς καὶ μυρίους πόνους, μετὰ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, μετὰ τὸ προσενέγκαι τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων πολλὰς αἱρετικῶν μυριάδας τῆς προτέρας πλάνης ἀπηλλαγμένας, ἐγύμνωσαν μὲν ἱερωσύνης, ἐξελαύνουσι δὲ καὶ πόλεως, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰδεσθέντες, οὐδὲ τὴν πολιὰν τὴν ἐν εὐσεβείᾳ τραφεῖσαν. Διά τοι τοῦτο τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην παρακαλῶ, πεῖσαι τὸν ἁγιώτατον καὶ ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῇ ἀποστολικῇ χρήσασθαι ἐξουσίᾳ, καὶ εἰς τὸ ὑμέτερον ἀναδραμεῖν κελεῦσαι συνέδριον. Ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν διὰ πολλὰ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅτι αἱρετικῆς

(79) Est et apud Baron. tom. VI, p. 28, ad a. C. 411, extr.

(80) Exstat ibid. tom. VI, p 105 seq. ad a. C. 449.

Digitized by Google

μεμένηκε δυσωδίας ἀμύητος, καὶ οὐδεὶς τἀναντία φρονῶν εἰς ἐκεῖνον ἐκάθισεν, ἀλλὰ τὴν ἀποστολικὴν χάριν ἀκήρατον διεφύλαξε. Τὰ γὰρ παρ' ὑμῶν κριθησόμενα στέρξομεν, ὁποῖα ἂν ᾖ, τῇ ὑμετέρᾳ δικαιοκρισίᾳ θαῤῥοῦντες· καὶ ἀξιοῦμεν ἀπὸ τῶν ἐγγράφων κριθῆναι. Πλείους γὰρ ἢ τριάκοντα συνέγραψα βίβλους, κατὰ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου, κατὰ Μαρκίωνος, κατὰ Μακεδονίου, κατὰ Ἑλλήνων, κατὰ Ἰουδαίων· ἡρμήνευσα δὲ καὶ τὴν θείαν Γραφήν· καὶ ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς ἴχνεσιν ἠκολούθησα, ἕνα κηρύττων Υἱὸν, ὡς ἕνα Πατέρα, καὶ ἓν ἅγιον Πνεῦμα· μίαν τῆς Τριάδος θεότητα, μίαν βασιλείαν, μίαν ἐξουσίαν, ἀϊδιότητα, ἀτρεπτότητα, ἀπάθειαν, ἓν θέλημα, τελείαν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν θεότητα, τελείαν τὴν ἀνθρωπότητα, τὴν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ληφθεῖσαν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ παραδοθεῖσαν. Οὐκ ἄλλον οἶδα τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἄλλον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὸν αὐτὸν, Υἱὸν μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ γεγεννημένον· Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου, διὰ τὴν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ληφθεῖσαν τοῦ δούλου μορφήν. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια διατελῶ διδάσκων. Ταῦτα καὶ ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου δεσπότου μου Λέοντος εὗρον ἐγκείμενα, καὶ τὸν τῶν ὅλων ὕμνησα Δεσπότην, ὅτι τοῖς ἀποστολικοῖς αὐτοῦ δόγμασι συμφωνῶ. Δέξασθέ μου τοίνυν, παρακαλῶ, τὴν ἱκεσίαν, καὶ μὴ παρίδητε ἠδικημένον. Τούτου γὰρ δὴ χάριν καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους Ὑπάτιον καὶ Ἀβράμιον τοὺς χωρεπισκόπους, καὶ Ἀλύπιον τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὸν ἔξαρχον, πρὸς τὴν ὑμετέραν φιλοθεΐαν ἀπέστειλα, βίῳ μὲν λαμπρῷ κοσμουμένους, δυναμένους δὲ καὶ διὰ τῆς γλώττης ἀκριβῶς ὑμᾶς διδάξαι τὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν.

A sed apostolicam gratiam integram conservavit. Quæ a vobis fuerint judicata, in his, qualiacunque ea erunt, judicii vestri æquitati confidentes acquiescemus : et rogamus ut judicium ex scriptis constituatur. Libros enim scripsi amplius triginta, adversus Arium et Eunomium, adversus Marcionem, adversus Macedonium, adversus gentiles, adversus Judæos. Interpretatus sum quoque **1198** divinam Scripturam : et facile est, si quis velit, deprehendere me per apostolica vestigia incessisse, unum prædicando Filium, sicut unum Patrem, et unum Spiritum sanctum, unam Trinitatis divinitatem, unum regnum, unam potentiam, æternitatem, immutabilitatem, impassibilitatem, unam voluntatem, perfectam Domini nostri Jesu Christi divinitatem, perfectam humanitatem, quæ propter nostram salutem assumpta B est, et propter nos morti tradita. Non alium novi Filium hominis, et alium Filium Dei : sed eumdem, Filium quidem Dei, et Deum ex Deo genitum ; Filium vero hominis, propter sumptam ex semine Abrahæ et Davidis servi formam. Hæc et alia his similia docere non cesso. Hæc ipsa in litteris sanctissimi ac beatissimi domini mei Leonis posita reperi, Deumque universorum laudavi, quod apostolicis ejus placitis consentiam. Suscipite igitur, quæso, preces meas, et injuria oppressum ne despicite. Propterea enim Deo charissimos presbyteros Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum qui apud nos sunt exarchum ad pietatem vestram misi, et vitæ claritate conspi- C cuos, et qui verbis possint de rerum nostrarum statu accurate vos edocere.

ΡΙΖ'. — *Φλωρεντίῳ ἐπισκόπῳ.*

Οὐ παντελῶς ἄρα τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλέλοιπε χάρις· ἀλλ' ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ἵνα μὴ ὡς Σόδομα γενηθῶμεν καὶ Γομόῤῥοις ὁμοιωθῶμεν. Τοῦτο ἡμᾶς ἀπαγορεύει παντάπασιν οὐκ ἐᾷ· ἀλλὰ τοῦ χαλεποῦ χειμῶνος προσμένειν τὴν λύσιν παρεγγυᾷ· τοῦτο ἡμᾶς εὐέλπιδας ἀπεργάζεται. Διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους Ὑπάτιον καὶ Ἀβράμιον τοὺς χωρεπισκόπους, καὶ Ἀλύπιον τῶν παρ' ἡμῖν μοναζόντων τὸν ἔξαρχον, πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀπεστείλαμεν ἁγιότητα, ἵνα τὴν ἐπισκήψασαν ταῖς τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίαις διαλύσητε συμφοράν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἄνωθεν παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραδοθεῖσαν ἡμῖν κρατύνητε πίστιν, καὶ τὴν ἐπαναστᾶσαν αἵρεσιν στηλιτεύσητε, καὶ τοὺς παραχαράττειν τολμῶντας τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα προφανῶς ἐξελέγξητε, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πολεμουμένων ὑπερμαχήσητε. Ὑπὲρ γὰρ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ἁγιώτατοι, τὴν ἄδικον ταύτην σφαγὴν ὑπεμείναμεν, ὡς τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων οὐ προϊέμενοι τὴν ἀλήθειαν. Πρέπει δὲ ὑμῶν τῇ ὁσιότητι μὴ παριδεῖν τοὺς ὁμόφρονας ἀδίκως ἐλαυνομένους, ἀλλὰ παῦσαι τῇ δικαίᾳ βοηθείᾳ

CXVII. — *Florentio episcopo.*

Utique humanum genus Dei et Salvatoris nostri gratia omni ex parte non destituit, sed reliquit nobis semen sanctitatem tuam, ne fiamus sicut Sodoma, et **1199** Gomorrhæ similes ne simus. Hoc nos animo penitus dedicere non sinit, sed molestæ tempestatis exitum opperiri jubet : hoc nos in bonam spem erigit. Propterea etiam religiosissimos presbyteros Hypatium et Abramium chorepiscopos, et Alypium monachorum apud nos exarchum, ad sanctitatem vestram misimus, ut calamitatem depellatis, quæ Orientis Ecclesias occupavit. D Ac primum quidem traditam nobis olim a sacris apostolis fidem confirmetis, exortamque hæresin proscribatis, et eos qui incarnationis doctrinam adulterare ausi sunt aperte redarguatis : tum illorum deinde, qui pietatis causa vexantur, patrocinium et defensionem suscipiatis. Pro apostolica enim fide, vir sanctissime, injustam istam cladem perpessi sumus, quod apostolicorum dogmatum veritatem abjicere nolimus. Decet porro sanctitatem vestram, eadem vobiscum sentientes per injuriam pulsos non despicere, sed justo subsidio injuriam reprimere, ac veritatem præfracte impu-

Digitized by Google

guantes docere, non omnia exsequi eos posse, qui licenter quidlibet aggredi conantur.

CXVIII. — *Archidiacono Romæ.*

Sæva omnino tempestas nostras Ecclesias invasit: qui vero fidei adhærent apostolicæ, in sanctitate tua commodum habent portum et tranquillum. Non enim pro evangelicis dogmatibus pugnatis duntaxat, sed factam in nos **1200** injuriam penitus detestamini. Procul enim agentes nos, et triginta quinque mansionum remotos intervallo condemnarunt ut libuit, judices æquissimi, abjectaque doctrina, quæ a Dei et Salvatoris nostri adventu in hanc usque diem in Ecclesiis obtinuit, novam quamdam ac spuriam, et apostolicæ traditioni prorsus contrariam induxerunt, et iis qui antiqua documenta retinent aperte bellum indicunt. Dignare igitur, Deo dilectissime, sanctissimi omni ex parte beatissimique archiepiscopi zelum accendere, ut Orientis etiam Ecclesiæ sollicitudine vestra fruantur; ac præcipue traditam ab initio a sanctis apostolis fidem defendere, et intactam paternam hæreditatem conservare, et incumbentem nebulam discutere, et pro nocte obscura liquidam serenitatem efficere, et injuste in nos patratam cædem redarguere. Decet enim sanctitatem tuam ad cætera egregia facinora sua hunc etiam zelum adjungere.

CXIX. — *Anatolio patricio.*

Magnitudini vestræ prorsus nota sunt illa quæ justissimi apud Ephesum judices egerunt. In omnem quippe terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ rectissima sententia eorum [27]. Quæ enim Ecclesia commotam inde tempestatem non sensit? Nam injuriam alii intulerunt, alii acceperunt; qui vero nec læsi sunt ipsi, nec læserunt, et condolent iis quibus injuria facta est, et eos lugent qui fecerunt, ut qui crudelissime et contra leges omnes, **1201** tum divinas, tum humanas, propria membra jugularunt. Enimvero effractores in scelere deprehensos judicant primum, tum deinde puniunt judices: eodemque modo et homicidas, et sepulcrorum effossores, et aliena conjugia violantes, agunt prius in judicium et accusatores actionem intendere jubent: et testium mentem explorant an testimonium in accusatorum gratiam dicant, an infenso in reos sint animo; et post hæc responderi accusatoribus jubent. Atque hoc bis terve, interdum etiam quater faciunt: ac tum demum indagata ex utrorumque verbis veritate sententiam promunt. Isti vero quemadmodum de aliis judicarint non dicam, ne nimis diligens et curiosus videar in alienis: de me uno injusta impellente vexatione dicere cogor. Nam cum me domi lex regia coer-

[27] Psal. xviii, 5; Rom. x, 18.

τὴν ἀδικίαν, καὶ διδάξαι τοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας θρασυνομένους, ὡς οὐ πάντα ἁρπᾶν ἔξεστι τοῖς πᾶν ὁτιοῦν ἀδεῶς ποιεῖν πειρωμένοις.

ΡΙΗ'. — *Τῷ ἀρχιδιακόνῳ Ῥώμης* (81).

Παγχάλεπος χειμὼν ταῖς παρ' ἡμῖν Ἐκκλησίαις ἐπέσκηψεν· οἱ δὲ τῆς ἀποστολικῆς ἀντεχόμενοι πίστεως τὴν ὑμετέραν ἀγιωσύνην εὔστολον (82) ἔχουσι λιμένα καὶ εὔδιον. Οὐ γὰρ τῶν εὐαγγελικῶν ὑπερμαχεῖτε δογμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καθ' ἡμῶν γεγενημένην ἀδικίαν πάντως μυαάττεσθε. Πόρρω γὰρ ἡμᾶς διάγοντας, καὶ πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότας, κατέκριναν ὡς ἠθέλησαν οἱ δικαιότατοι δικασταὶ, καὶ τὴν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ Σωτῆρος παρουσίας μέχρι καὶ τήμερον ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις κρατήσασαν διδασκαλίαν παραλιπόντες, καινήν τινα, καὶ νόθον, καὶ ἄντικρυς ἐναντίαν τῇ παραδόσει τῶν ἀποστόλων εἰσήγαγον, καὶ τοῖς τὰ παλαιὰ κρατοῦσι κηρύγματα προφανῶς πολεμοῦσι. Καταξίωσον τοίνυν, θεοφιλέστατε, πυρσεῦσαι τὸν ζῆλον τοῦ τὰ πάντα ἀγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, ὥστε καὶ τὰς τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίας τῆς ὑμετέρας ἀπολαῦσαι κηδεμονίας· καὶ διαφερόντως τῆς ἄνωθεν παρὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραδοθείσης ὑπερμαχῆσαι πίστεως, καὶ ἄσυλον τὸν πατρῷον κλῆρον διαφυλάξαι, καὶ τὴν ἐπικειμένην ὁμίχλην ἀποσκεδάσαι καὶ ἀντὶ τῆς σκοτομήνης καθαρὰν αἰθρίαν ἐργάσασθαι, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδίκως γεγενημένην ἐξελέξαι σφαγήν. Πρέπει γάρ σου τῇ ὁσιότητι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς κατορθώμασι καὶ τοῦτον προσθεῖναι τὸν ζῆλον.

ΡΙΘ'. — *Ἀνατολίῳ πατρικίῳ.*

Ἔγνω πάντως τὸ ὑμέτερον μέγεθος τὰ παρὰ τῶν δικαιοτάτων ἐν Ἐφέσῳ γενόμενα δικαστῶν. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἡ ὀρθοτάτη ψῆφος αὐτῶν. Ποία γὰρ Ἐκκλησία τὴν ἐντεῦθεν ἐπαναστᾶσαν οὐκ ἐδέξατο ζάλην; Οἱ μὲν γὰρ ἠδίκησαν, οἱ δὲ ἠδικήθησαν· οἱ δὲ τοῦτο μήτε ὑπομείναντες, μήτε δράσαντες, τοῖς μὲν ἠδικημένοις συναλγοῦσι, τοὺς δὲ ἠδικηκότας θρηνοῦσιν, ὡς ὠμῶς ἄγαν καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους, τούς τε θείους, τούς τε ἀνθρωπίνους, τὰ οἰκεῖα κατασφάξαντας μέλη. Τοὺς μὲν γὰρ τοιχωρύχους ἁλισκομένους ἐπ' αὐτοφώρῳ κρίνουσι πρῶτον, εἶθ' οὕτω κολάζουσιν οἱ δικάζοντες· καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, καὶ τοὺς τυμβωρύχους, καὶ τοὺς τὰς ἀλλοτρίας ἀποσυλῶντας εὐνάς, εἰσάγουσι πρότερον εἰς τὸ κριτήριον, καὶ τοῖς κατηγόροις ποιεῖσθαι κελεύουσι τὰς γραφὰς, καὶ τὸν τῶν μαρτύρων σκοπὸν ἐξετάζουσιν, εἰ μὴ πρὸς χάριν μαρτυροῦσι τῶν διωκόντων, εἰ μὴ τῶν φευγόντων εἰσὶ δυσμενεῖς, καὶ πρὸς τούτοις ἀπολογεῖσθαι τοῖς κατηγόροις κελεύουσι. Καὶ τοῦτο δὶς γίνεται καὶ τρὶς, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τετράκις· καὶ τότε λοιπὸν ἐν τοῖς τούτων κἀκείνων λόγοις ζητήσαντες τὴν ἀλήθειαν, τὴν ψῆφον ἐκφέρουσι. Οὗτοι δὲ ὅπως μὲν τοῖς ἄλλοις ἐδίκασαν, οὐδὲν ἐρῶ, ἵνα μὴ δόξω περιττός τις εἶναι καὶ πολυπραγ-

(81) Eadem epistola Latine est apud Baron. tom. VI, p. 105 seq. ad a. C. 449.
(82) εὔστομον. Neap.

Digitized by Google

μονεῖν τὰ ἀλλότρια· ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δὲ λέγειν μόνου βιάζομαι, τῆς ἀδίκου με καταναγκαζούσης σφαγῆς. Οἶκοι γάρ με τοῦ βασιλικοῦ καθείργοντος νόμου, καὶ περαιτέρω τῶν ὅρων τῆς ὑπ' ἐμοῦ ποιμαινομένης πόλεως προβαίνειν κωλύοντος, ἐκάθισαν κατ' ἐμοῦ τὸ συνέδριον, τὸν δὲ πέντε καὶ τριάκοντα σταθμοῖς ἀφεστηκότα κατέκριναν. Καὶ ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ περὶ Σοδόμων ἔφη καὶ Γομόρρων· « Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρων πεπλήθυνται πρός με, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην ταύτην πρός με συντελοῦνται. Εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ. » Καίτοι σαφῶς ᾔδει τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων τὴν πονηρίαν· ἀλλ' ὅμως ἔφη· « Καταβὰς ὄψομαι, » διδάσκων ἡμᾶς ἀναμένειν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν. Οὗτοι δὲ οὐκ εἰς δικαστήριον ἡμᾶς καλέσαντες, οὐ φωνῆς ἡμῶν ἐπακούσαντες, οὐ τί φρονοῦμεν μαθεῖν παρ' ἡμῶν ἐθελήσαντες, τῷ θυμῷ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν τὴν ἡμετέραν σφαγὴν ἐχαρίσαντο.

ceret, atque extra commissæ mihi civitatis fines egredi vetaret, judicium adversum me constituerunt, et triginta quinque mansionibus dissitum condemnarunt. Et Deus quidem universorum, ad patriarcham Abrahamum de Sodomis et Gomorrha loquens, « Clamor, ait, Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est ad me, et peccata eorum magna valde. Descendam igitur, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleant. Sin minus, ut sciam [26]. » Etsi perspectam habebat hominum illorum nequitiam, attamen « Descendam, inquit, et videbo, » docens nos rerum experientiam **1202** opperiri. At isti nos nec in judicium vocantes, nec vocem nostram audientes, nec ex nobis quid sentiamus cognoscere laborantes, veritatis hostium furori jugulandos nos prodiderunt.

Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἡσυχίαν ἀσπάζομαι, καὶ διαφερόντως ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, τῶν ἀποστολικῶν παρὰ πόλλοις διαφθαρέντων δογμάτων, καὶ τῆς καινῆς κρατυνθείσης αἱρέσεως. Ἵνα δὲ μή τις τῶν ἀγνοούντων ἡμᾶς ἀληθὲς εἶναι πιστεύσῃ τὰς καθ' ἡμῶν γεγενημένας διαβολὰς, καὶ σκανδαλισθῇ νομίσας ἕτερα παρὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν φρονεῖν, ἀντιβολῶ (83) τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, ταύτην αἰτῆσαι τὴν χάριν τὴν καλλίνικον κορυφὴν, ὥστε με τὴν Ἑσπέραν καταλαβεῖν, καὶ παρὰ τοῖς ἐν ἐκείνῃ θεοφιλεστάτοις καὶ ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις δικάσασθαι· καὶ εἰ ὀφθείην βραχὺ γοῦν τι παρεκβαίνων τοῦ κανόνος τῆς πίστεως, αὐτῷ με παραδοθῆναι τῷ μεσαιτάτῳ τῆς θαλάττης βυθῷ. Εἰ δὲ οὐδὲ ταύτην ὑμῶν τὴν δέησιν δέχεται, οἰκῆσαι γοῦν με κελευσάτω τὸ ἡμέτερον μοναστήριον, ὃ τῆς μὲν Κυρρεστῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μιλίοις ἀφέστηκε, τῆς δὲ Ἀντιόχου πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, ἀπὸ δὲ τριῶν μιλίων τῆς Ἀπαμέων διάκειται πόλεως. Τούτων, εἰ μὲν δυνατὸν, τὸ πρότερον· εἰ δὲ μὴ, τὸ γοῦν δεύτερον παρασχεθῆναί μοι διὰ τοῦ ὑμετέρου μεγέθους παρακαλῶ. Οὗ τὴν μνήμην κἀν τῇ διανοίᾳ, κἀν τῇ γλώττῃ, διηνεκῶς περιφέρομεν, ἱκετεύοντες τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, ἀμείψασθαι τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τοῖς παροῦσι, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς. Ταῦτα δὲ γράψαι νῦν ἠναγκάσθην, μαθὼν ὥς τινες καὶ τὴν ἐντεῦθεν μοι καττύουσι μετάστασιν (84).

Καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον, καὶ τὴν περὶ τὸν πέλας ἀγάπην ἔδειξεν ὑμῶν ἡ θεοσέβεια. Ἀμφότερα γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος συνέζευκται. Ὑπὲρ γὰρ τῶν ἀποστολικῶν πολεμούμεθα δογμάτων, ἐπειδὴ τὸν πατρῷον οὐ προϊέμεθα κλῆρον, ἀλλὰ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν αἱρούμεθα μᾶλλον, ἢ μίαν κεραίαν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως παριδεῖν συλουμένην. Κεκοινωνήκατε τοίνυν ἡμῖν τῶν παθημάτων, καὶ διὰ γραμμάτων ψυχαγωγήσαντες, καὶ πέμψαντες πρὸς ἡμᾶς τοὺς τιμιωτάτους καὶ εὐλαβεστάτους Ματθαῖον καὶ Ἰσαάκην τοὺς διακόνους· καὶ, εὖ οἶδα, ἀκούσεσθε παρὰ τοῦ δικαίου Κριτοῦ· « Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. » Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς εὐτελεῖς

[51] Act. VIII, 2. [52] Joan. VI, 52. [53] Luc. XXII, 19. [54] I Cor. XI, 24. [55] Matth. XXV, 36.

Digitized by Google

καὶ σμικροὶ, καὶ πολὺν ἁμαρτημάτων φόρτον περικείμενοι, ἀλλ' ὁ Δεσπότης φιλότιμός τε καὶ μεγαλόδωρος. Διά τοι τοῦτο οὐ τῶν μεγάλων, ἀλλὰ τῶν σμικρῶν μέμνηται, καί φησιν· « Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν σμικρῶν τῶν ἐλαχίστων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἐν τοῖς ὀρθοῖς διαπρέπετε δόγμασι, καὶ τῷ ἀξιεπαίνῳ λάμπετε βίῳ, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν πρὸς τὸν Θεὸν ἔχετε παῤῥησίαν, ἐπαμύνατέ μοι ταῖς προσευχαῖς, ἵνα ἀντισχεῖν δυνηθῶ, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, πρὸς τὰ: μεθοδείας τῆς πλάνης, καὶ διαφύγω τὰς τοῦ ἀλάστορος πάγας, καὶ μετὰ σμικρᾶς παῤῥησίας ἐν τῇ Κριτῇ.

A Dominus. Propterea **1220** non magnorum, sed parvorum mentionem facit, dicens : « Quantum fecistis uni ex parvis istis minimis, qui in me credunt, mihi fecistis [88]. » Quoniam ergo et rectis dogmatibus excellitis, et laudabili vita relucetis, et magnam proinde apud Deum fiduciam obtinetis, adjuvate me precibus, ut resistere possim, juxta vocem Apostoli [89], adversus insidias erroris, et pessimi dæmonis tendiculas effugiam, et vel cum exigua fiducia, in die apparitionis me sistam coram justo Judice.

ΡΛΒ'. — *Ἴβᾳ ἐπισκόπῳ Ἐδέσης* (93).

CXXXII. — *Ibæ episcopo Edesæ.*

B Τοὺς ἀδικουμένους οὐκ ἀθυμεῖν, ἀλλὰ χαίρειν ὁ Δεσπότης προσέταξεν, καὶ ἐκ τῶν παλαιῶν ἕλκειν παραδειγμάτων τῆς ψυχαγωγίας τὰς ἀφορμάς. Ἐκ γὰρ τῶν πρώτων φύντων ἀνθρώπων μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ, τοὺς τὸν ὅλων ἐσπουδακότας σέβειν Θεὸν ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῶν συμβεβιωκότων ἀνθρώπων ἠδικημένους, καὶ πλείστοις ἄγαν περιπεπτωκότας ἀνιαροῖς. Καὶ τούτων ἂν τὸν κατάλογον ἅπαντα διεξῆλθον, εἴπερ ἐπέστελλον ἀνδρὶ τὴν θείαν ἀκριβῶς οὐκ ἐπισταμένῳ Γραφήν. Ἐπειδὴ δὲ παιδόθεν τοῖς θείοις ἐνετράφης λογίοις, θεοφιλέστατε, παρέλκον οἶμαι τοῦτο ποιεῖν. Εἰς ἐκείνους δὲ μόνον ἀφορᾷν ἀξιῶ, καὶ τῶν φιλανθρωποτάτων ἱερέων τοὺς μὲν ἠδικηκότας θρηνεῖν, τοὺς δὲ παροῤῥῶντας ἐλεεῖν, καὶ τὸν μὲν τῆς Ἐκκλησίας ὀδύρεσθαι κλύδωνα· ὅτι δὲ C τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παθημάτων μετέσχομεν, χαίρειν καὶ γάννυσθαι, καὶ τὸν ταύτης ἡμᾶς τῆς μερίδος πεποιηκότα διηνεκῶς ἀνυμνεῖν. Παραχωρήσωμεν τοῖς ἀπεκτονόσι καὶ τιμῆς, καὶ τρυφῆς, καὶ προεδρίας, καὶ τῆς δυστήνου δόξης. Μόνον δὲ ἡμεῖς τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἐχώμεθα, καὶ μετ' ἐκείνων ἂν δέῃ πᾶν ὁτιοῦν ἀλγεινὸν ὑπομένωμεν, καὶ τὴν ἀξιόκτητον πενίαν τοῦ πολυφρόντιδος προτιμήσωμεν πλούτου. Ταῦτα δὲ γράφω, οὐ παραίνεσιν εἰσφέρων (ἔγνων γάρ σου τῆς ὁσιότητος τὴν ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς παῤῥησίαν), ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην δήλην τῇ σῇ φιλοθείᾳ ποιῶν, καὶ διδάσκων ὡς ἔχεις, δέσποτα, συναγωνιστὰς ἀσμένως τῆς ἀληθείας προκινδυνεύοντας. Τοῦτο πάλαι βουληθεὶς ἐπιστεῖλαι, οὐχ εὗρον τὸν κομιοῦντα τὰ γράμματα. Ἐπιτυχὼν δὲ νῦν τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Ὀζέου, ἀνδρὸς καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχοῦντος, καὶ τῆς σῆς ἐξηρτημένου εὐσεβείας, καὶ γράφω, καὶ περιπτύσσομαί σου τὴν ὁσιότητα, καὶ παρακαλῶ ταῖς προσευχαῖς ἡμᾶς ὑπερείδειν, καὶ στηρίζειν τοῖς γράμμασιν.

Eos qui injuriam patiuntur animo non dejici, sed gaudere Dominus jussit, et consolationis invitamenta ex antiquis exemplis ducere. Post primos enim homines natos ad hoc usque tempus observare est, studiosos Dei universorum cultores ab iis quibuscum vivebant injuriis vexatos semper fuisse, plurimasque et graves in molestias incidisse. Quorum ego integrum catalogum recenserem, si ad hominem scriberem, cui divina Scriptura penitus percepta non esset. Sed cum in divinis eloquiis a puero, Dei amantissime, sis educatus, supervacaneum hoc esse arbitror. Solum rogo ut illos intueare, atque ex humanissimis istis sacerdotibus eos lugeas qui injuriam faciunt, eorum misereare qui despiciunt : tum Ecclesiæ quidem procellam deplores; quod vero ærumnarum pro pietate participes fuerimus, gaudeas **1221** et læteris, et illum qui in hanc sortem nos allegit laudare ne cesses. Cedamus interfectoribus honorem et delicias, et sedis prærogativam, et gloriam infelicem. Tantum evangelicis nos dogmatibus inhæreamus, et cum illis, si opus est, quidvis asperum perferamus, laudabilemque paupertatem plenis curarum divitiis anteponamus. Hæc autem scribo, non ut cohortatione utar; novi enim sanctitatis tuæ in rebus asperis constantiam : sed ut religioni tuæ sensum meum aperiam, doceamque habere te, domine, commilitones, qui se periculis pro pietate libenter objiciant. Quod quidem ad te jam pridem D scribere cum in animo esset, non inveni qui litteras perferret. Nunc vero reverendissimum religiosissimumque presbyterum Ozeam nactus, virum qui et pietatem tuetur, et tibi deditissimus est, scribo, et saluto sanctitatem tuam, et oro ut et precibus me fulcias, et litteris confirmes.

ΡΛΓ'. — *Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Γερμανικείας.*

CXXXIII. — *Joanni episcopo Germaniciæ.*

Ὅτι μὲν οὐκ ἀμνημονεῖς, δέσποτα, τῆς ἡμετέρας φιλίας, καὶ ᾔδειν, καὶ οἶδα σαφῶς. Ἐβουλόμην δὲ ὅμως καὶ ηὐχόμην, τὴν μὲν (94) σὴν θεοσέβειαν τῆς

Immemorem te, domine, amicitiæ nostræ non esse sciebam equidem, et liquido novi. Sed ego religionem tuam volebam et optabam rem per-

[88] Matth. xxv, 40. [89] Ephes. iv, 14.

(92) Ita recte Neap. Sirm. habebat : παρά.
(93) Baron., tom. VI, p. 101 seq. ad a. C. 449, eamdem habet epistolam.
(94) μὲν addidi e Neap.

Digitized by Google

fectam præstare, communionemque illorum fugere qui pietatem prodiderunt, et universorum curatori susceptam de nobis curam ascribere. Silentibus quippe nobis, quietemque retinentibus, et acerbissimas crudelissimasque pœnas sustulit, et pro sæva tempestate candidam tranquillitatem istam **1222** præbuit. Hac porro nobis a benigno Domino concessa, longe amabilissimam silentii quietem ducimus. Docere quidem eos qui jactatis in nos calumniis abducti sunt, necessarium arbitramur evangelicorumque dogmatum veritatem ostendere, et armatum contra illam mendacium redarguere. Cæterum confutatis mendaciis, et dominante veritate, rerum publicarum curam declinare nobis propositum est, et ad optatissimam nobis quietem recurrere. De veritatis sane hostibus cum Propheta clamamus : « Periit memoria eorum cum sonitu, et Dominus in æternum permanet [57]. » De nobis autem ipsis illud canimus : « Misit de summo, et accepit me : assumpsit me de aquis multis, et eripuit me de inimicis meis fortissimis [58]. » Hæc autem nunc scribo post redditas mihi religionis tuæ epistolas duas, alteram per Anastasium Beroensem presbyterum, alteram per Theodotum draconarium. Aliam enim nullus nobis reddidit, de qua in postremis litteris indicasti. De nostra vero istuc profectione scribere nihil possum, priusquam cognoscam quid de nobis præceperit piissimus imperator. Nondum enim advenerunt hæ litteræ.

ἀκριβείας φροντίσαι, καὶ φυγεῖν τῶν τὴν εὐσέβειαν προδεδωκότων τὴν κοινωνίαν, ἀναθεῖναι δὲ τῷ Κηδεμόνι τῶν ὅλων τὴν ὑπὲρ ἡμῶν (95) φροντίδα. Καὶ γὰρ σιγώντων ἡμῶν καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων, τάς τε πικροτάτας καὶ ὠμοτάτας διέλυσεν τιμωρίας, καὶ ἀντὶ τοῦ χαλεποῦ κλύδωνος τὴν λευκὴν ταύτην παρέσχεν γαλήνην. Καὶ ταύτης δὲ ἡμῖν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου παρασχεθείσης Δεσπότου, τὴν ἡσυχίαν ἀξιεραστοτάτην νομίζομεν. Πεῖσαι μὲν γὰρ τοὺς ταῖς καθ' ἡμῶν ὑπαχθέντας συκοφαντίαις ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνομεν, καὶ δεῖξαι μὲν τὴν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἀλήθειαν, διελέγξαι δὲ τὸ κατ' αὐτῶν στρατευσάμενον ψεῦδος. Μετὰ μέντοι τοὺς ἐλέγχους, καὶ τῆς ἀληθείας τὸ κράτος, φυγεῖν ἡμῖν πρόκειται τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, καὶ πρὸς τὴν τριπόθητον ἡμῖν ἡσυχίαν παλινδρομῆσαι. Περὶ δέ γε τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν μετὰ τοῦ Προφήτου βοῶμεν· « Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου, καὶ ὁ Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει. » Περὶ δέ γε ἡμῶν αὐτῶν ἐκεῖνο ψάλλομεν· « Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με· προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, καὶ ἐρρύσατό με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν. » Ταῦτα δὲ νῦν γράφω δύο τῆς σῆς θεοσεβείας δεξάμενος ἐπιστολάς· τὴν μὲν δι' Ἀναστασίου τοῦ Βεροιαίου πρεσβυτέρου, τὴν δὲ διὰ Θεοδότου τοῦ δρακωναρίου. Τὴν γὰρ ἄλλην οὐδείς ἡμῖν ἀπέδωκε, περὶ ἧς ἐν τοῖς τελευταίοις δεδήλωκας γράμμασι. Περὶ δὲ τῆς αὐτόσε πορείας οὐδὲν γράψαι δύναμαι, πρὶν ἂν γνῶ τί περὶ ἡμῶν προσέταξεν ὁ εὐσεβέστατος βασιλεύς. Οὐδέπω γὰρ ἦλθε ταῦτα τὰ γράμματα (96).

CXXXIV. — *Theoctisto episcopo Beroææ.*

Interrogavit quispiam Salvatorem, et Legislatorem, et Dominum, quodnam maximum sit mandatum. Et ille respondit : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua [59]; » et adjecit : « Hoc est **1223** primum mandatum; secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum [60]; » et subjunxit : « In his duobus mandatis universa lex pendet, et prophetæ [61]. » Qui igitur hæc servat, haud dubie totam legem implet, juxta definitionem Dominicam; qui vero transgreditur, totius legis transgressor probatur. Consideremus ergo, recte ac juste judicante conscientia, an divina impleverimus mandata. Implet autem primum quidem, is qui a Deo datam fidem illæsam conservat, eique adversantes ut veritatis hostes detestatur, et odio habet omnes qui oderunt delictum; secundum vero, is qui proximi curam plurimi facit, nec in prosperis rebus duntaxat, sed in iis etiam quæ adversæ videntur amicitiæ leges observat. Qui autem propriæ securitati, ut existimant, consulentes, amicitiæ jura propter illam parvi faciunt, afflictosque amicos despiciunt, hi vel apud profanos improborum numero censentur. Dominus porro universorum a discipulis suis

ΡΛΔ'. — *Θεοκτίστῳ ἐπισκόπῳ Βεροίας.*

Ἤρετό τις τὸν Σωτῆρα, καὶ Νομοθέτην, καὶ Κύριον, ποία ἐντολὴ πρώτη. Ὁ δὲ ἔφησεν· « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· » καὶ ἐπήγαγεν· « Αὐτή ἐστιν ἐντολὴ πρώτη· δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. » Καὶ προσέθηκεν· « Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. » Ὁ τοίνυν ταύτας φυλάττων, δῆλον ὅτι πάντα πληροῖ τὸν νόμον κατὰ τὸν Δεσποτικὸν ὅρον· ὁ δ' αὖ παραβαίνων, παντὸς τοῦ νόμου παραβάτης ἀλίσκεται. Σκοπήσωμεν τοίνυν, τοῦ συνειδότος ὀρθῶς καὶ δικαίως δικάζοντος, εἰ τὰς θείας πεπληρώκαμεν ἐντολάς. Πληροῖ δὲ τὴν μὲν πρώτην ὁ τὴν θεόσδοτον πίστιν φυλάττων ἀκήρατον, καὶ τοὺς ταύτῃ πολεμοῦντας ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς μυσαττόμενος, καὶ μισῶν ἐκθύμως τοὺς μισοῦντας τὸν ἀγαπώμενον· τὴν δὲ δευτέραν, ὁ τὴν τοῦ πέλας θεραπείαν περὶ πλείστου ποιούμενος, καὶ μὴ μόνον ἐν ταῖς εὐπραξίαις, ἀλλὰ κἀν ταῖς δοκούσαις δυσημερίαις διατηρῶν τῆς φιλίας τοὺς ὅρους. Οἱ δὲ τῆς μὲν οἰκείας, ὡς νομίζουσιν, ἀσφαλείας φροντίζοντες, τῶν δὲ τῆς φιλίας νόμων διὰ ταύτην ὀλιγωροῦντες, καὶ πολεμουμένους παρορῶντες τοὺς φίλους, τῆς τῶν φαύλων

[57] Psal. IX, 6, 7. [58] Psal. XVII, 17, 18. [59] Matth. XXII, 37. [60] ibid. 38, 39. [61] ibid. 40.

(95) καὶ ὑμῶν addit Neap.

(96) ὁ ταῦτα κομίζων τὰ γρ. Neap.

Digitized by Google

εἰσὶ, καὶ παρὰ τοῖς ἔξω μερίδος. Ὁ δὲ τῶν ὅλων Δεσπότης τὰ τελεώτερα παρὰ τῶν οἰκείων ἀπαιτεῖ μαθητῶν. « Ἀγαπᾶτε γάρ, φησὶ, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. Εἰ γὰρ τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς ἀγαπᾶτε, τί πλέον ποιεῖτε; Ἰδοὺ καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ οἱ τελῶναι τοῦτο ποιοῦσιν. » Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τῆς τελωνικῆς ἀπελαύσαμεν ἀγάπης. Καὶ τί λέγω τελωνικῆς; Οὐδὲ ἧς τυγχάνουσιν οἱ ἀνδροφόνοι καὶ γόητες ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις παραψυχῆς ἀπελαύσαμεν. Εἰ δὲ πάντες ταύτην ἐζήλωσαν τὴν ὠμότητα, οὐδὲν ἕτερον ὑπελείπετο, ἢ ζῶντας μὲν ὑπ' ἐνδείας ἀναλωθῆναι, τελευτήσαντας δὲ μὴ (97) τάφῳ παραδοθῆναι, ἀλλὰ κυνῶν καὶ θηρῶν γενέσθαι βοράν. Ἀλλ' ἦρκεσαν ἡμῖν οἱ τοῦδε τοῦ βίου καταφρονοῦντες, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προσδεχόμενοι τὴν ἀπόλαυσιν, οἱ παντοδαπῆς ἡμᾶς ψυχαγωγίας ἠξίωσαν. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισε κρίσιν. Ἡ δὲ γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεόν. » -- « Οἱ δὲ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον. » Ἐστηλίτευται δὲ τὸ τῆς καινῆς αἱρέσεως ψεῦδος, κηρύττεται δὲ προφανῶς ἡ τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀλήθεια. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τοῦ μακαρίου βοῶμεν Δαβίδ· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος, καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Γένοιτο, γένοιτο. »

perfectiora exigit. « Diligite, inquit, inimicos vestros. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quid amplius facitis? Ecce peccatores et publicani hoc faciunt [62]. » At nos ne publicanorum quidem charitatem experti sumus. Et quid dico publicanorum? Ne illam quidem, qua homicidæ et venefici in carceribus fruuntur, consolationem accepimus. Quod si crudelitatem istam secuti omnes essent, reliquum aliud non erat, quam ut vel superstites inopia conficeremur, **1224** vel mortui sepultura careremus, et canibus ferisque prædæ essemus. Sed adfuerunt nobis qui hanc vitam aspernantur, et æternorum bonorum fructum exspectant, omnique nos consolationis genere sublevarunt. Benignus autem « Dominus de cœlo auditum fecit judicium; terra tremuit et quievit, eum exsurgeret in judicium Deus [62a]. » — « Inimici vero ejus mox ut honorificati fuerunt et exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt [63]. » Proscriptum est hæresis novæ mendacium, et divinorum Evangeliorum veritas palam prædicatur. Nos vero cum beato Davide exclamamus : « Benedictus Deus qui facit mirabilia magna solus, et benedictum nomen majestatis ejus, et replebitur majestate ejus omnis terra. Fiat, fiat [63a]. »

ΡΛΕ'. — Ῥωμύλῳ ἐπισκόπῳ.

Ἐπειδὴ τῆς παλαιᾶς ἡμᾶς ἀνέμνησας ἱστορίας, καὶ τῶν Σύρων ἔφης τὸν βασιλέα, τῶν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέων τὸ φιλάνθρωπον λογισάμενον, ἱκέτου σχῆμα λαβεῖν, καὶ μὴ διαμαρτεῖν τῆς αἰτήσεως· ἀναμνήσθητι, δέσποτα, καὶ τῆς θείας ὀργῆς. Τὸν γὰρ Ἀχαὰβ τῷ ἐλέῳ χρησάμενον πανωλεθρίᾳ παρέδωκε, καὶ διὰ τοῦ Προφήτου τὴν ψῆφον ἐξήνεγκεν. « Ἔσται γάρ, φησὶν, ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Ἡμεῖς δὲ κελευόμεθα διὰ τούτων κρίσει κεραννύναι τὸν ἔλεον, ὡς οὐ παντὸς ἐλέου ἀρέσκοντος τὸν τῶν ὅλων Κύριον. Διαφερόντως δὲ λογισμοῦ δεῖται σώφρονος ἡ παροῦσα ὑπόθεσις. Περὶ γὰρ θείων ἀγωνιζόμεθα δογμάτων, ἐν οἷς ἔχομεν τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. Πολλὴν δὲ ὅμως ἔστιν ἰδεῖν κἀν τούτοις ἀνθρώπων διαφοράν. Οἱ μὲν γὰρ ἀληθῶς τὴν κοινὴν νοσοῦσιν ἀσέβειαν, οἱ δὲ ἀδιαφόρως καὶ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἐναντία προσφέρουσιν. Ἕτεροι δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστάμενοι, ταύτην μὲν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς κατακρύπτουσι ταμείοις, τὰ δὲ δυσσεβῆ μετὰ τῶν ἄλλων κηρύττουσιν. Ἄλλοι δὲ τοῦ φθόνου τὸ πάθος δεξάμενοι, τὸ οἰκεῖον ἔχθος ἀφορμὴν τοῦ κατὰ τῆς ἀληθείας πολέμου πεποίηνται, καὶ πᾶσαν κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας κηρύκων εἰσφέρουσι κακοήθειαν. Εἰσὶ δὲ οἳ τῶν μὲν ἀποστολικῶν δόγμάτων ἁσπάζονται τὴν ἀλήθειαν, τὴν δὲ τῶν κρατούντων δείσαντες δυναστείαν, δημοσιεῦσαι ταύτην πεφρίκασι· καὶ στένουσι μὲν καὶ ὀδύ-

CXXXV. — *Romulo episcopo.*

Quandoquidem veterem nobis historiam commemorasti, Syrorumque regem ais, cum regis Israelis humanitatem animo reputaret, supplicis formam sumpsisse, et impetrasse quod petebat, recordare tu etiam, domine, iræ ac ultionis divinæ. Achabum enim, qui misericordia usus fuerat, supremo exitio multavit, et sententiam in eum per prophetam protulit. « Erit, inquit, anima tua pro anima ejus, et populus tuus pro populo ejus [64]. » Nos vero hinc jubemur misericordiam temperare judicio, cum universorum Deo quælibet misericordia non placeat. In primis autem consilio prudenti opus est in præsenti negotio. De divinis enim **1225** dogmatibus certamus, in quibus positam habemus spem salutis. Sed magnam in his etiam videre est hominum differentiam. Quidam enim communi revera laborant impietate; quidam nullo discrimine tum hæc tum illis contraria proferunt in medium. Alii cum perceptam habeant veritatem, hanc in arcano mentis penu recondunt, et impia cum aliis profitentur. Alii rursus invidia tacti impugnandæ veritatis occasionem ex simultatibus suis arripiunt, omnemque in veritatis præcones nequitiam exercent. Sunt etiam qui apostolicorum dogmatum veritatem amplectuntur quidem, sed dominantium potentiam veriti hanc proferre in publicum reformidant : et ingemiscunt quidem, dolentque ob malorum frequen-

[62] Matth. v, 44, 46. [62a] Psal. LXXV, 8, 9. [63] Psal. XXXVI, 20. [63a] Psal. LXXI, 18, 19. [64] III Reg. XX, 42.

(97) μηδέ Neap.

Digitized by Google

tiam, ipsi tamen cum iis versantur qui ingentes fluctus concitant. Quo ex numero tuam esse pietatem censemus. Nam et sanam in divinis dogmatibus ipsam esse credimus, et charitatem erga nos retinere arbitramur, sed ob solam timiditatem tempori servire. Hac de causa, licet aliorum nemini scribamus, et ad pietatem tuam scribimus, et ab ea litteras accipimus, cognitam ejus mentem habentes, timorique aliquo modo ignoscentes. Benignus autem Dominus timoris quoque occasiones nunc penitus amputavit, nuper excitatam retegens impietatem, Evangeliorumque manifestam ostendens veritatem. Nos vero, quamvis ora nobis tot essent, quot capilli, benignum * Dominum pro dignitate laudare non possumus, quod, quæ a nobis prædicantur, ad eadem **1226** palam prædicanda vel repugnantissimos adegit. Audivimus enim ipsum etiam pietatis tuæ contubernalem, cum anathematismos in magnis urbibus editos cognosset, ab aliquo cancrorum incessu destitisse, rectaque ingressum esse, cum de dogmatibus in conventu quodam dissereret. Oportet autem non tempori accommodare sermones, sed rectam semper et nusquam inflexam veritatis normam conservare.

A

B

CXXXVI. — *Cyro magistriano.*

Dolui vehementer, cum tristitiam cognovi qua conflictaris. Qui enim poteram non dolere, qui tua omnia mea facio, et apostolici memor sum præcepti [65], quod non solum gaudere cum gaudentibus, verum etiam flere jubet cum flentibus? Sed et ipsa ærumnæ gravitas potis est ad participationem mœroris vel infensissimos commovere. Quid enim æque molestum queat esse, ut conjuge privari, quæ et matrimonii jugum inculpate duxerit, et vitam marito jucundam reddiderit, et familiæ curas partita sit, ac domestica procurans, alia omnia cum eodem administrarit, et quæ utilia erant suggesserit, et viri monitis obsecuta sit? Quod vero simul cum illa is etiam qui ex ea natus fuerat, studioseque educatus ac litteris institutus, qui senectutis levamen futurus sperabatur, in vere ipso ætatis, prima succrescente lanugine, tumulo mandatus est, cujusnam doloris non excedit magnitudinem? Itaque si solam mali vim et naturam spectemus, nullam recipit consolationem. **1227** At si generis totius mortalitatem animo cogitemus, prolatamque in genus universum sententiam, communitatemque præterea mali, cum plena sit vita hujusmodi ærumnarum, feremus fortiter quod accidit, mœrorisque aculeos retundemus, atque admirandum illum laudis carmen concinemus: « Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, sic et factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula [66]. » Nobis vero ad consolationem causæ sunt etiam complures.

C

D

[65] Rom. XII, 15. [66] Job I, 21, 22.

ΡΛϚ'. — *Κύρῳ μαγιστριανῷ.*

Λίαν ἤλγησα τὴν συμβᾶσαν ὑμῖν ἀθυμίαν μεμαθηκώς. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον τοῦτο πείσεσθαι, τὰ ὑμέτερα οἰκειούμενος, καὶ τῆς ἀποστολικῆς μεμνημένος νομοθεσίας, ἣ οὐ μόνον χαίρειν μετὰ χαιρόντων, ἀλλὰ καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων παρεγγυᾷ; Καὶ αὐτὸ δέ γε τὸ πάθος ἱκανὸν εἰς συμπάθειαν καὶ τοὺς δυσμενεστάτους ἑλκύσαι. Τί γὰρ οὕτως ἀνιαρὸν, ὡς ὁμοζύγου στερηθῆναι, ἐννόμως μὲν ἑλκυσάσης τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, τῷ δὲ συνοίκῳ θυμήρη τὸν βίον ἐργασαμένης, καὶ τῆς οἰκίας τὰς φροντίδας μερισαμένης, καὶ τὸ μὲν ἔνδον οἰκουρησάσης, τὰ δ' ἄλλα πάντα συγκυβερνησάσης· καὶ τὸ συνοίσειν μέλλον εἰσηγησαμένης, καὶ ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ὑποθημοσύναις εἰξάσης; Τὸ δὲ καὶ σὺν ταύτῃ τὸν ἐξ αὐτῆς φύντα, καὶ ἐπιμελῶς ἐκτραφέντα, καὶ λόγοις ἐνασκηθέντα, καὶ γηρωκόμον ἐλπισθέντα γενήσεσθαι, ἐν αὐτῷ τῷ ἄρι τῆς ἡλικίας, ἰούλων λοιπὸν καθερπόντων, παραδοῦναι τῷ τάφῳ, ποίας ἀχθηδόνος ὑπερβολὴν καταλείπει; Εἰ μὲν οὖν εἰς αὐτὴν ἀποβλέψαιμεν μόνην τοῦ πάθους τὴν φύσιν, οὐδεμίαν ψυχαγωγίαν εἰσδέχεται. Εἰ δὲ τὸ θνητὸν τοῦ γένους εἰς νοῦν λάβοιμεν (98) καὶ τὴν θείαν ψῆφον τὴν κατὰ τοῦ γένους ἐξενεχθεῖσαν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ τοῦ πάθους κοινὸν (πλήρης γὰρ τῶν τοιούτων παθημάτων ὁ βίος)· οἴσομεν γενναίως τὸ γεγονὸς, καὶ τὰς τῆς ἀθυμίας ἀποκρουσόμεθα προσβολὰς, καὶ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ᾄσομεν ὑμνῳδίαν· « Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς

(98) Ita e Neap. rescripsimus. Sirm. βάλοιμεν.

Digitized by Google

τοὺς αἰῶνας. » Ἡμεῖς δὲ καὶ πλείους ἔχομεν εἰς παραψυχὴν ἀφορμάς. Τὰς γὰρ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδας ἐναργῶς ἐδεξάμεθα, καὶ τὴν τῶν τεθνεώτων προσμένομεν ἀναβίωσιν· καὶ πολλάκις ἀκηκόαμεν τοῦ Δεσπότου ὕπνον κεκληκότος τὸν θάνατον. Εἰ δὲ πιστεύομεν, ὥσπερ οὖν πιστεύομεν, ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς, οὐ δεῖ θρηνεῖν τοὺς κοιμηθέντας, κἂν μακρότερος ᾖ τοῦ εἰωθότος ὁ ὕπνος. Ἀλλὰ προσδέχεσθαι μὲν χρὴ τὴν ἀνάστασιν· εἰδέναι δὲ ὡς σοφὸς ὢν τῶν ὅλων ὁ Πρύτανις, καὶ οὐ τὰ παρόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα γινώσκων σαφῶς, πρὸς τὸ συμφέρον ἰθύνει τὰ πράγματα. Τοῦτο δὴ καὶ σοφός τις εἰδὼς, περὶ τοιούτων θανάτων φιλοσοφεῖ, καί φησιν· « Ἡρπάγη πρὶν ἡ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ. » Παραχωρήσωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τῷ σοφῷ τοῦ παντὸς Κυβερνήτῃ, καὶ στέρξωμεν τὰ οἰκονομούμενα, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, κἂν θυμήρη, κἂν λυπηρά. Σύμφορα γὰρ ταῦτα καὶ λυσιτελῆ, καὶ φιλοσοφίας πρόξενα, καὶ στεφάνων τοῖς καρτεροῦσι παρεκτικά.

A Spem namque resurrectionis manifestam accepimus, mortuorumque ad vitam reditum exspectamus, et Dominum sæpe audivimus cum mortem somnum appellaret. Quod si Salvatoris verbis credimus, ut revera credimus, lugere eos qui dormierunt non oportet, tametsi somnus solito sit prolixior : sed exspectanda est resurrectio, sciendumque Deum universorum, cum sapiens sit, et non præsentia tantum, sed futura etiam liquido cognoscat, ad id res omnes dirigere quod conducat. Quod nimirum sapiens quidam cum intelligeret, de hujusmodi mortibus philosophatur, et ait : « Raptus est priusquam malitia mutaret intellectum ejus [67]. » Cedamus igitur, obsecro, sapienti rerum omnium B Gubernatori, et amplectamur ejus decreta, qualiacunque sint, seu jucunda, seu tristia. Utilia enim sunt ista et conducibilia, quæ et virtutem exactam pariunt et coronas tolerantibus acquirunt.

ΡΛΖ'. — *Ἰωάννῃ ἀρχιμανδρίτῃ* (99).

Ὁ μὲν μακάριος Δαβὶδ ἕτερά τινα πεπλημμέληκεν, ἃ καὶ ἀνάγραπτα πεποίηκεν εἰς τὴν τῶν ἐσομένων ὠφέλειαν ὁ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων Θεός. Ἀβεσαλὼν δὲ ὁ πατραλοίας, καὶ μιαιφόνος, καὶ δυσσεβὴς, καὶ παμπόνηρος τύραννος, οὐκ ἐκείνων χάριν τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ἀνεδέξατο λύτταν· ἀλλὰ τῆς τυραννίδος ἐπιθυμήσας, τὸν ἀδικώτατον ἐκεῖνον προείλετο πόλεμον. Ὁ μέντοι θεῖος Δαβὶδ, καὶ τούτων οὕτω γιγνομένων, τῆς εἰργασμένης ἀνεμιμνήσκετο πλημμελείας. Κἀγὼ τοίνυν ἕτερα μέν τινα ἐμαυτῷ σύνοιδα πλημμελήματα, τὴν δέ γε δογματικὴν τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαν ἀκραιφνῆ διετήρησα. Οἱ δὲ καὶ τοὺς θείους καὶ τοὺς ἀνθρωπείους πατήσαντες νόμους, καὶ ἀπόντας ἡμᾶς κατακρίναντες, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἡμάρτομεν τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν· οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖ, δῆλα τὰ κεκρυμμένα· ἀλλὰ ψευδολογίαν καὶ συκοφαντίαν ὕφηναν καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασι προφανῶς πολεμοῦντες, τὸν ἐκείνοις ἑπόμενον ἀπεκήρυξαν. « Ἀλλ' ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, καὶ διήλεγξε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ ὄνειδος αἰώνιον ἔδωκεν αὐτοῖς. » Καὶ τὰ μὲν κίβδηλα καὶ νόθα διεσκέδασε δόγματα, ἃ δὲ παρέδωκεν ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις, σὺν παῤῥησίᾳ κηρύττεσθαι παρεσκεύασεν. Ἡμῖν δὲ ταῦτα εἰς τελείαν ἀρκεῖ θυμηδίαν. Οὐδὲ γὰρ πόλεως ἐπιθυμοῦμεν, ἐν ᾗ μοχθοῦντες τὸν ἅπαντα διατετελέκαμεν χρόνον· ἀλλὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἀλήθειαν ποθοῦμεν κρατυνομένην ὁρᾷν. Τοῦτον δὲ ἡμῶν τὸν πόθον ὁ Δεσπότης πεπλήρωκεν. Διὰ τοῦτο γαννύμεθα καὶ γεγήθαμεν, καὶ τὸν μεγαλόδωρον Κύριον ὑμνοῦμεν, καὶ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν τοῦτο σὺν ἡμῖν παρακαλοῦμεν ποιεῖν, καὶ ὑμνοῦντας ἱκετεῦσαι σπουδαίως, ἵνα καὶ τοὺς νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα λέγοντας, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς μεταβαλλομένους, καθάπερ οἱ χαμαιλέοντες τὴν τῶν φύλλων μεταμφιέσκοντα[ι] χρόαν, ὁ φιλάνθρωπος βεβαιώσῃ

1228 CXXXVII. — *Joanni archimandritæ.*

In aliis quidem nonnullis lapsus est beatus David, quæ ut ad posterorum utilitatem litteris mandarentur, fecit qui sapienter omnia moderatur Deus. Cæterum Absalon parricida, et sanguinarius, et impius, et improbissimus tyrannus, nullius illorum causa rabie in patrem exarsit : sed quia tyrannidem affectabat, idcirco iniquissimum illud bellum aggressus est. At tamen divinus David, cum hæc ita se haberent, admissi criminis recordabatur. Sic igitur et ego aliorum quidem delictorum mihi conscius sum : sed dogmaticam apostolorum doctrinam sinceram servavi. Qui vero divinas et humanas leges proculcarunt, absentesque nos condemnarunt, non de iis quæ peccavimus sententiam tulerunt (non enim manifesta illis erant quæ occulta), sed mendacium et calumniam contra nos texuerunt, aut potius apostolicis dogmatibus aperte bellum inferentes, eum qui illa sectabatur abdicarunt. « Sed excitatus est tanquam dormiens Dominus, et percussit inimicos suos, et opprobrium sempiternum dedit illis [68]. » Et adulterina quidem ac spuria dogmata dissipavit : quæ autem in sacris Evangeliis nobis tradidit, ea ut libere prædicentur effecit. Nobis vera ad perfectam animi lætitiam hæc sufficiunt. Neque enim civitatis desiderio tenemur, in qua laborantes tempus omne consumpsimus : sed evangelicam veritatem cupimus constabilitam videre : et hoc **1229** desiderium nostrum Dominus explevit, eamque ob causam gaudemus et lætamur, et munificum Dominum laudamus, et pietatem tuam ut idem nobiscum faciat hortamur, atque ut laudando impense oremus, ut eos qui nunc hæc nunc illa dicunt, et secundum tempora mutantur chamæleonum more, qui foliorum colorem induunt, clemens Dominus confirmet,

[67] Sap. IV, 11. [68] Psal. LXVII, 65, 66.

(99) Habet hanc epistolam Baron. ad a. C. 450, t. VI, p. 127.

Digitized by Google

stabiliatque in petra, et tribuat ut omnibus rebus veritatem anteponant.

CXXXVIII. — *Anatolio patricio.*

Nos quidem quam nacti sumus quietem libenter sumus amplexi, utilesque ac suavissimos ejus fructus percipimus. Christi autem amans imperator noster, pietatis fructum adeptus imperium, imperii primitias imperii largitori obtulit, Ecclesiarum quæ jactabantur tranquillitatem, oppugnatæ fidei triumphum, evangelicorum dogmatum victoriam. His vero præmisit illatæ nobis injuriæ curationem. Quis enim talem aut tantam iniquitatem audivit unquam? Quis absens homicida damnatus est? Quis nuptiarum insidiator non præsens condemnatus? Quis effractor, aut sepulcrorum effossor, aut veneficus, aut sacrorum expilator, aut qui aliud quidpiam legibus vetitum commiserat, et ad judicium venire cum vellet est prohibitus, et judicium sententia procul absens est confossus? Verum in illis quidem tale nihil factum est. Jubent enim leges, ut ante judicem **1230** actor et reus prope stent ex adverso, et apertas probationes exspectet judex, atque ita demum vel dimittat ut innocentem, vel puniat ut obnoxium. Erga nos vero contraria facta sunt omnia. Nam ne ad celeberrimam illam synodum veniremus, regiæ litteræ vetuerunt: æquissimi vero judices absentem condemnarunt, non æqualiter jus dicentes, sed oblatos ad accusationem nostram libellos magnopere laudantes. Et neque lex divina, neque hominum reverentia violentiam inhibuit. Sed imperabat quidem præses, veritatem respuens, brevi duraturæ serviens potentiæ: obtemperabant autem homines ejusdem nobiscum sententiæ, et communia habentes dogmata, quique res nostras plurimum laudarant. Sed tempus illud quorumdam proditionem, aliorum timiditatem patefecit. Nobis vero fiduciæ occasionem præbuerunt ea quæ pro veritate passi sumus. Donavit namque nobis Christus Dominus non solum ut in eum crederemus, sed etiam ut pro illo pateremur[69]. Maximum enim donum est pro Christo pati, quod divinus Apostolus magnis etiam miraculis anteponit.

In his et ego glorians, humilis ille ac pusillus, et aliam ostentationis causam nullam habens, magnificentiam vestram oro, ut pro tenuitate mea gratias singularibus verbis agatis Christi amanti imperatori, ac piissimæ Deoque dilectissimæ Augustæ, bonorum magistræ, quod talibus **1231** donis munificum Dominum remunerati sint, imperiique fundamentum et basin pietatis zelum constituerint. Ad hæc Deo delectam illorum sublimitatem obtestamini, ut recte institutis finem imponant, et synodum convocent, non turbulentorum iterum et

[69] Philipp. I, 29.

Κύριος, καὶ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐρεῖσῃ, καὶ δοίη πάντων προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

ΡΛΗ'. — *Ἀνατολίῳ πατρικίῳ* (1).

Ἡμεῖς μὲν ἣν ἐλάχομεν ἡσυχίαν ἀσπαστῶς ἐδεξάμεθα, καὶ τοὺς ὀνησιφόρους αὐτῆς καὶ ἡδίστους τρυγῶμεν καρπούς. Ὁ δὲ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς, τῆς εὐσεβείας καρπὸν τὴν βασιλείαν δρεψάμενος, ἀπαρχὰς τῆς βασιλείας τῷ δοτῆρι τῆς βασιλείας προσήνεγκεν, τῶν χειμαζομένων Ἐκκλησιῶν τὴν γαλήνην, τὸ τῆς πολεμηθείσης πίστεως κράτος, τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων τὴν νίκην. Προ[σ]τέθεικε δὲ τούτοις τῆς ἡμετέρας ἀδικίας τὴν ἴασιν. Τίς γὰρ τοιαύτην ἢ τοσαύτην ἀδικίαν ἀκήκοε πώποτε; Τίς ἀπὼν ἀνδροφόνος κατεδικάσθη; Τίς γάμων ἐπίβουλος μὴ παρὼν κατεκρίθη; Τίς τοιχωρύχος, ἢ τυμβωρύχος, ἢ γόης, ἢ ἱερόσυλος, ἢ ἄλλο τι τῶν τοῖς νόμοις ἀπειρημένων τολμήσας, δραμεῖν μὲν εἰς τὸ δικαστήριον ἐπειγόμενος ἐκωλύθη, ἀνῃρέθη δὲ πόῤῥωθεν ὢν τῇ τοῦ δικάζοντος ψήφῳ; Ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν γέγονε τοιοῦτον οὐδέν· οἱ γὰρ νόμοι κελεύουσι πλησίον ἀλλήλων πρὸ τοῦ δικάζοντος ἑστάναι καὶ τὸν διώκοντα καὶ τὸν φεύγοντα, καὶ τοὺς προφανεῖς ἐλέγχους ἀναμένειν τὸν δικαστὴν, καὶ τηνικαῦτα λοιπὸν ἢ ὡς ἀθῷον ἀφιέναι, ἢ κολάζειν ὡς ὑπεύθυνον ταῖς γραφαῖς. Ἐφ' ἡμῶν δὲ πᾶν τοὐναντίον συνέβη. Τὰ βασιλικὰ μὲν γὰρ ἡμᾶς γράμματα καταλαβεῖν τὴν πολυθρύλλητον ἐκείνην ἐκώλυσε σύνοδον· οἱ δὲ δικαιότατοι δικασταὶ τὸν ἅπαντα κατέκριναν, οὐ δικάσαντες, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἐπαινέσαντες τὰ δῆθεν εἰς κατηγορίαν ἡμῶν ἐπιδοθέντα συγγράμματα. Καὶ οὔτε θεῖος νόμος, οὔτε ἀνθρώπων αἰδὼς διεκώλυσε τὴν σφαγήν. Ἀλλὰ προσέταττε μὲν ὁ πρόεδρος, προέμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν δυναστείαν θεραπεύων τὴν πρόσκαιρον· ὑπήκουον δὲ οἱ ταυτὰ ἡμῖν φρονοῦντες, καὶ τῶν δογμάτων κοινωνοῦντες, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐπὶ πλεῖστον θαυμάσαντες. Ἀλλ' ὅμως (2) ἐκεῖνος καιρὸς τῶν μὲν τὴν προδοσίαν, τῶν δὲ τὴν δειλίαν διήλεγξεν· ἡμῖν δὲ παρέσχεν ἀφορμὴν παῤῥησίας τὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παθήματα. Καὶ κεχάρισται ἡμῖν ὁ Δεσπότης Χριστὸς οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν· χάρισμα γάρ ἐστι μέγιστον, τὰ ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου παθήματα. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος καὶ τῶν μεγάλων ταῦτα θαυμάτων προτίθησιν.

Ἐπὶ τούτοις κἀγὼ σεμνυνόμενος ὁ χαμαιπετὴς, καὶ σμικρὸς, καὶ μηδαμίαν ἔχων ἄλλην καυχήματος ἀφορμὴν, τὴν ὑμετέραν μεγαλοφυΐαν παρακαλῶ, τὰς εὐχαριστηρίους φωνὰς ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐτελείας τῷ φιλοχρίστῳ προσενεγκεῖν βασιλεῖ, καὶ τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ, τῇ τῶν καλῶν διδασκάλῳ, ὅτι τοιούτοις δώροις τὸν μεγαλόδωρον Δεσπότην ἠμείψατο, καὶ τῆς βασιλείας ὑποβάθραν καὶ κρηπῖδα τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐποιήσατο ζῆλον. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἱκετεύσατε αὐτῶν τὴν θεοφιλῆ κορυφὴν, τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς ὁρισθεῖσι καλῶς, καὶ

(1) Hæc quoque epistola est apud Baron., t. VI, p. 125, ad ann. C. 450.
(2) ὁ χαλεπὸς addit Neap.

Digitized by Google

συναγαγεῖν σύνοδον, μὴ πάλιν ταραχοποιῶν καὶ συγκλύδων ἀνθρώπων πεπληρωμένην, ἀλλὰ τούτων μὲν πάντων κεχωρισμένην, (3) κρινόντων δὲ τὰ θεῖα καὶ περὶ πολλοῦ ποιουμένων, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρωπίνων τὴν ἀλήθειαν προτιμώντων. Εἰ δὲ βούλεται αὐτῶν τὸ κράτος τὴν παλαιὰν πρυτανεῦσαι ταῖς Ἐκκλησίαις εἰρήνην (βούλεται δὲ), ἀντιβολήσατε αὐτῶν τὴν εὐσέβειαν παρεῖναι τοῖς πραττομένοις, ἵνα τοὺς τἀναντία προαιρουμένους τῇ παρουσίᾳ δεδίξηται, καὶ μηδὲν ἀντίπαλον ἡ ἀλήθεια ἔχῃ· ἀλλ' αὐτὴ κατ' αὐτὴν ἐξετάζῃ τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὸν τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων χαρακτῆρα.

A collectitiorum hominum plenam, sed ab his omnibus disjunctam, eorum qui divina dijudicent, et magni faciant, veritatemque humanis rebus omnibus potiorem habeant. Quod si pristinam Ecclesiæ pacem restituere ipsorum vult imperium (vult autem procul dubio) illorum pietatem orate rebus gerendis intersint, ut adversarios præsentia sua terreant, et veritas contrarium nihil habeat, sed ipsa per se rerum naturam, apostolicorumque dogmatum characterem exquirat.

Ταῦτα δὲ ἐξαιτῶ παρὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοφυΐας, οὐχ ὡς τὴν Κύρρον πάλιν ἰδεῖν ποθῶν (οἶδε γὰρ ὑμῶν τὸ μέγεθος [τῆς πολίχνης [τὴν ἐρημίαν, ἧς ἀμηγέπη τὸ εἰδεχθὲς κατεκρύψαμεν ταῖς τῶν παντοδαπῶν οἰκοδομημάτων πολυτελείαις), ἀλλ' ἵνα δειχθῇ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν κηρυττόμενα τοῖς ἀποστολικοῖς συμβαίνοντα δόγμασι, καὶ νόθα καὶ κίβδηλα τὰ τῶν ἐναντίων εὑρέματα. Τούτου γὰρ γενομένου (σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω), τὰς λειπομένας ἡμέρας σὺν εὐθυμίᾳ βιώσομεν ἔνθα ἂν ἡμᾶς διάγειν ὁ Δεσπότης κελεύσῃ. Πρέπει δὲ ὑμῖν εὐσεβείᾳ συντεθραμμένοις, καὶ τῆς ἀρετῆς κεκτημένοις τὸν πλοῦτον, τόνδε τὸν ζῆλον ἀναλαβεῖν, καὶ προθυμίαν ἔχοντας, καὶ τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, καὶ τὴν φιλόχριστον Αὐγούσταν, ταῖς παρακλήσεσι προθυμοτέρους ἐργάσασθαι, ἵνα τῷ ἀξιεπαίνῳ ζήλῳ τὴν πανεύφημον αὐτῶν βασιλείαν κρατύνωσιν.

B

Hæc autem a magnificentia vestra flagito, non quod Cyrum iterum videre desiderem (novit enim magnitudo vestra civitatulæ solitudinem, cujus nos deformitatem quoquo modo diversorum ædificiorum magnis sumptibus obteximus), sed ut pateat, et cum apostolicis dogmatibus illa convenire quæ prædicamus, et adversariorum inventa spuria esse et adulterina. Hoc enim perfecto, quod Deo aspirante dictum sit, reliquos vitæ dies, ubicunque nos degere Dominus jusserit, hilari animo transigemus. Decet autem vos * qui in pietate educati estis, et virtutis opes possidetis, hunc zelum resumere, et alacres jam per sese, piissimum imperatorem, **1232** Christique amantem Augustam, alacriores cohortationibus reddere, ut laudabili zelo gloriosissimum imperium suum corroborent.

ΡΛΘ'. — Ἄσπαρι ὑπατικῷ (4) καὶ πατρικίῳ.

Ἔδει καὶ τοῦτο τοῖς ἄλλοις τῆς ὑμετέρας ἀνδρίας κατορθώμασι προστεθῆναι, τὸ τὸν εὐσεβέστατον ἡμῶν καὶ φιλόχριστον βασιλέα, ὃν ἡ θεία χάρις ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀρχομένων ἀνέδειξε, διὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοφυΐας μαθεῖν τὴν τῆς καθ' ἡμῶν ἀδικίας ὑπερβολήν, καὶ λῦσαι νόμῳ νόμον δικαίῳ τὸν οὐ τοιοῦτον. Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὑπὸ τῆς θείας ἐρειδόμενοι Προμηθείας, ἀφορμὴν ἀγαθῶν ἐποιήσαμεν τὴν νομισθεῖσαν τιμωρίαν, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπαστῶς ἐδεξάμεθα· ἀλλ' οὖν ἄδικα πεπόνθαμεν καὶ παράνομα, οὐδὲν μὲν πεπλημμεληκότες ὧν ἐσυκοφάντησαν ἡμᾶς οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, τὰ δὲ τῶν τὰ μέγιστα τετολμηκότων πεπονθότες δεινά· μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ὑπέστημεν χαλεπώτερα. Ἀκρίτως γὰρ καὶ ἐκρίθημεν, καὶ ἀπόντες κατεδικάσθημεν· καὶ βασιλικοῖς γράμμασι κωλυθέντες καταλαβεῖν τὴν Ἔφεσον, τὴν δικαιοτάτην τῶν ἱερῶν δικαστῶν ἐδεξάμεθα ψῆφον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα λέλυκεν ὁ γαληνότατος βασιλεὺς, διὰ τὴν τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας σπουδήν. Ἐγὼ δὲ ἀδικεῖν νομίσας εἰ σιγήσαιμι, καὶ μηδὲ χάριν ὁμολογήσαιμι, ἐπὶ τάδε ἦλθον τὰ γράμματα, δι' ὧν τὸ ὑμέτερον παρακαλῶ μέγεθος, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν εὐφημίας καὶ τῷ νικηφόρῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ προσενεγκεῖν, καὶ τῇ θεοφιλεστάτῃ

C

CXXXIX. — *Aspari consulari et patricio.*

Oportebat hanc etiam ad alias fortitudinis tuæ præclaras actiones adjungi, ut religiosissimus Christique amans imperator noster, quem subditorum bono divina gratia instituit, per magnificentiam vestram de factæ in nos injuriæ indignitate certior fieret, et justa lege legem non justam rescinderet. Etsi enim nos, divina freti Providentia, bonorum occasionem ex ea quam putabant pœna sumpsimus, quietemque libenter sumus amplexi: attamen injusta prorsus et iniqua pertulimus, nullo quidem eorum admisso, de quibus nos veritatis hostes per calumniam accusarunt, ea vero passi quæ solent qui maxima commiserunt. Quinimo his etiam graviora sustinuimus. Indicta enim causa et judicati sumus, et absentes condemnati, regiisque litteris Ephesum adire prohibiti, justissimam sacrorum judicum sententiam excepimus. Verum hæc omnia magnificentiæ tuæ studio sustulit serenissimus imperator. Ego vero peccare me ratus, si tacerem, nec agerem gratias, ad has **1233** scribendas sum adductus, quibus magnitudinem vestram obtestor, ut pro nobis faustas voces deferat tum victori Christique amanti imperatori, tum Deo dilectissimæ religiosissimæque Augustæ: pro quibus bonum

D

(3) τῶν addit Neap.

(4) Sic pro ὑπάτῳ rescribendum cum Baronio ad a. C. 450, ubi t. VI, p. 126 seq., hanc habet epistolam. Neque enim hoc anno, quo scripta epistola est, Aspar consul fuit, sed Avienus, cujus nomen obtrudit inscriptioni hujus epistolæ Garnerius (*Auctar.*, p. 234), contradicente Pagio in Crit. ad a. 450, n. 12. Certe facilius librarii in nomine ὑπάτου pro ὑπατικοῦ, quam in *Asparis* pro *Avieni* nomine substituendo errare potuerunt.

Digitized by Google

Dominum invoce, ut firmum ipsis imperium custodiat, quod et subditis clementer proficiat, et hostibus terrorem injiciat, præstabilemque omnibus pacem conciliet. Ad hoc etiam ab eis postulandum magnitudo vestra flecti se sinat, ut Ecclesiæ tempestati perfectum finem imponant, et synodum congregari jubeant, non eorum iterum qui tumultuari soliti turbent concilium, sed qui cum quiete illorum qui divina sunt edocti, et apostolica dogmata confirment, et spuria atque a veritate aliena rejiciant, ut suum hinc lucrum magnitudo vestra consequatur.

A καὶ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ· ὑπὲρ ὧν εἰς δύναμιν τὸν ἀγαθὸν ἱκετεύω Δεσπότην, ὥστε αὐτῶν βεβαίαν φυλάξαι τὴν βασιλείαν, τῶν μὲν ὑπηκόων φιλανθρώπως προμηθουμένην, τοὺς δὲ πολεμίους δεδιττομένην, καὶ τὴν ἀξιέπαινον εἰρήνην πρυτανεύουσαν ἅπασιν. Ἱκετεῦσαι δὲ αὐτοὺς παρακληθήτω τὸ ὑμέτερον μέγεθος, δοῦναι λύσιν τελείαν τῷ τῆς Ἐκκλησίας χειμῶνι, καὶ κελεῦσαι συναθροισθῆναι σύνοδον, μὴ πάλιν τῶν θορυβεῖν εἰωθότων τὸ συνέδριον ταραττόντων, ἀλλὰ μεθ' ἡσυχίας τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων· τὰ μὲν ἀποστολικὰ δόγματα βεβαιούντων, ἀποκρινόντων δὲ τὰ νόθα καὶ τῆς ἀληθείας ἀλλότρια· ἵνα καὶ τὸ ἐντεῦθεν δρέψηται κέρδος τὸ ὑμέτερον μέγεθος.

CXL. — *Vincomato magistro.*

B alde sum miratus, ubi cognovi magnificentiam vestram, cum res nostras penitus ignoraret, ac solam quæ in nos facta est injuriam didicisset, patrocinium nostrum suscepisse, omniaque movisse, ut comparatas contra nos machinas everteret. Sed magnitudini quidem vestræ munificus Dominus digna prorsus compensatione retribuet. Qui enim pro exigua aqua mercedem se daturum pollicitus est, majores haud dubie remunerationes reponet iis qui majora dederint. Nos vero talia passi sumus, non solum a manifestissimis **1234** hostibus, verum etiam a germanis, ut putamus, amicis (ab illis nimirum appetiti, ab istis proditi), qualia nullus, aut perpauci veterum pertulerunt. Quis enim tale judicium audivit unquam? Quis reum, quem ultra quinque et triginta mansiones positum detinebat, judicibus ut absentem judicarent imperavit? Quis crudelis adeo et immanis judex fuit, ut eos judicaret, quorum vocem non audierat, nec judicaret modo, sed condemnaret, et quidem valde crudeliter ac immaniter? Nam cum jusserit Dominus [70] eum qui peccat e fratribus et consilium non patitur, post unam, et alteram, ac tertiam admonitionem, habere deinceps sicut ethnicum et publicanum, rectissimi et justissimi judices ne illa quidem quæ ethnicis et publicanis impertiunt fidei consortibus concesserunt. Illos enim et vident et alloquuntur interdum, maximo etiam cum honore, si quam speciem gerant dignitatis: nos vero et tecto, D et aqua, et rebus omnibus excludi jusserunt. Ita nimirum imitatores esse voluerunt Patris nostri qui in cœlis est, « qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos [71]. » Verum istos quidem missos faciam. Prope est enim Domini judicium, in quo non gestuum simulatio, sed rerum veritas quæritur. Magnitudinem porro vestram oro, ut gratias meis verbis agatis Christi amanti victorique imperatori, et religiosissimæ Deoque dilectissimæ Augustæ, quod pio imperio validam radicem dederint pietatem, illorumque **1235**

ΡΜ'. — *Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ* (5).

Λίαν ἐθαύμασα γνοὺς ὅτι πάμπαν ἀγνοοῦσα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡ ὑμετέρα μεγαλοπρέπεια, μόνην δὲ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδικίαν μαθοῦσα, συνήγορος ἡμῶν ἀνεφάνη, καὶ πάντα πόρον ἐκίνησεν, ὥστε διαλῦσαι τὰ καθ' ἡμῶν τυρευθέντα. Ἀλλὰ τῷ μὲν ὑμετέρῳ μεγέθει δώσει πάντως τὰς ἀντιδόσεις ὁ μεγαλόδωρος Κύριος. Ὁ γὰρ ὑπὲρ σμικροῦ ὕδατος μισθὸν δώσειν ἐπαγγειλάμενος, μείζους παρέξει δήπουθεν ἀμοιβὰς τοῖς τὰ μείζονα δεδωκόσιν. Ἡμεῖς δὲ τοιαῦτα πεπόνθαμεν, οὐ μόνον παρὰ τῶν προδηλοτάτων ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν γνησίων, ὡς ὑπολαμβάνομεν, φίλων, ὑπὸ μὲν ἐκείνων πολεμηθέντες, ὑπὸ δὲ τούτων προδοθέντες, οἷα ἢ οὐδείς, ἢ ἄγαν ὀλίγοι τῶν παλαιῶν ὑπέστησαν. Τίς γὰρ τοιαύτης δίκης ἀκήκοε πώποτε; C Τίς τὸν κατηγορούμενον πρὸ πέντε καὶ τριάκοντα πεδήσας σταθμῶν, ἐκέλευσε δικάσαι τῷ μὴ παρόντι τοὺς δικαστάς; Τίς δὲ οὕτως ὠμὸς καὶ θηριώδης γεγένηται δικαστής, ὥστε δικάσαι ἀνδράσιν, ὧν τῆς φωνῆς οὐκ ἐπήκουσε, καὶ οὐ δικάσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταδικάσαι, καὶ τοῦτο λίαν ὠμῶς καὶ θηριωδῶς; Τοῦ γὰρ Κυρίου προστεταχότος τὸν πλημμελοῦντα τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῆς συμβουλίας οὐκ ἀνεχόμενον, μετὰ πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην νουθεσίαν, ὕστερον ἔχειν ὡς τὸν ἐθνικὸν καὶ τὸν τελώνην· οἱ ὀρθότατοι καὶ δικαιότατοι κριταὶ, οὐδὲ ὧν τοῖς ἐθνικοῖς καὶ τελώναις μεταδιδόασι, τοῖς ὁμοπίστοις μετέδοσαν. Ἐκείνους μὲν γὰρ καὶ ὁρῶσιν, καὶ ἔστιν ὅτε προσδιαλέγονται, καὶ μετὰ πλείστης ὅσης τιμῆς, εἴπερ τινὰ ἔχοιεν ἀξιώματος περιφάνειαν· ἡμᾶς δὲ προσέταξαν μὴ στέγης, μὴ ὕδατος, μὴ ὅλου μεταλαχεῖν. Οὕτως ἐβουλήθησαν μιμηταὶ γενέσθαι τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, « ὃς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Ἀλλὰ τούτους μὲν ἐάσω. Ἐγγὺς γὰρ τὸ Δεσπότου κριτήριον, ἔνθα οὐ ζητεῖται σχημάτων ὑπόκρισις, ἀλλὰ πραγμάτων ἀλήθεια. Τὸ δὲ ὑμέτερον παρακαλῶ μέγεθος, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τῆς χάριτος ὁμολογίαν τῷ φιλοχρίστῳ καὶ νικηφόρῳ προσενεγκεῖν βασιλεῖ, καὶ τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ, ὅτι τῇ εὐσεβεῖ βασιλείᾳ ῥίζαν ἔδωκαν ἰσχυ-

[70] Matth. xviii, 17. [71] Matth. v, 45.

(5) Sirm. μαΐστρῳ. Est hæc epistola quoque apud Baron., tom. VI, pag. 124, ad a. C. 450.

Digitized by Google

ρὰν τὴν εὐσέβειαν, καὶ ἀντιβολῆσαι αὐτῶν τὸ κράτος, βεβαίαν πρυτανεῦσαι ταῖς Ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην, καὶ σύνοδον ἀθροισθῆναι κελεῦσαι, μὴ τῶν ταραχοποιῶν, διακυκώντων τὸν σύλλογον, ἀλλὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐραστῶν, τὴν ἀποστολικὴν κρατυνόντων διδασκαλίαν, καὶ ἀποκηρυττόντων τὴν καινὴν (6) ταύτην καὶ κίβδηλον αἵρεσιν· ἵνα καὶ τῶν ἀξιεράστων τούτων πόνων παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Κυρίου κομίσησθε τοὺς καρπούς. A

potentiam exoretis, ut firmam Ecclesiis pacem efficiat, et synodum congregari jubeat, non tumultuantium rursus hominum qui conventum perturbent, sed veritatis amantium qui doctrinam apostolicam stabiliant, novamque istam et adulterinam hæresin exterminent : ut horum etiam optabilium laborum fructus a benigno Domino reportetis.

ΡΜΑ'. — *Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν Ἀκοιμήτων.*

CXLI. — *Marcello archimandritæ Acœmetarum.*

Λαμπρύνει μὲν ὑμῶν τὴν θεοσέβειαν ὁ ἀξιέπαινος βίος, τῆς τῶν ἀγγέλων πολιτείας ἐν τῇ γῇ τὴν εἰκόνα δεικνύς· λαμπρότερον δὲ τοῦτον ἀπέφηνεν ὁ ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ζῆλος. Ὅπερ γάρ ἐστι πλοίῳ μὲν τρόπις, οἰκίᾳ δὲ θεμέλιος, τοῦτο τοῖς εὐσεβεῖν προαιρουμένοις ἡ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἀλήθεια. Ταύτης δὲ πολεμηθείσης ἐκθύμως ὑπερηθλήσατε, οὐχ ὡς ἀσθενούσης προκινδυνεύοντες, ἀλλὰ τὴν φιλόθεον ἐπιδεικνύντες διάθεσιν. Ἡ γὰρ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ διδασκαλία τὸ σταθερὸν ἔχει καὶ βέβαιον, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ὑπόσχεσιν· « Πύλαι ᾅδου, φησὶν, οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ὑπὲρ ταύτης καὶ ἡμᾶς ἀτιμασθῆναι καὶ σφαγῆναι ὁ φιλάνθρωπος καὶ μεγαλόδωρος ἠξίωσε Κύριος. Τὴν γὰρ δὴ ἀτιμίαν τιμὴν, καὶ τὴν σφαγὴν ζωὴν ὑπειλήφαμεν. Ἠκούσαμεν γὰρ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι « Ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ ἐχαρίσθη οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. » Ἀνέστη δὲ τάχιστα ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, καὶ ἐνέφραξε μὲν τὰ στόματα τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίαν, καὶ καθ' ἡμῶν ἀδικίαν· τὰς δὲ τῶν εὐσεβούντων γλώττας εἰς τὴν συνήθη ἀποστολὴν τὰ νάματα προχεῖν ἀνεσκεύασεν. Ἡμεῖς δὲ τῆς ἡσυχίας τοὺς ἀξιεράστους τρυγῶμεν καρπούς· καὶ τὴν μὲν τῶν Ἐκκλησιῶν ζάλην ὁρῶντες ἀλγοῦμεν, γαννύμεθα δὲ καὶ εὐφραινόμεθα φροντίδων ἀπηλλαγμένοι. Τῇ δὲ θεοσεβείᾳ σου ἀεὶ μὲν συνήσθημεν διὰ πάντα θαυμαζομένῃ· μέχρι δὲ τοῦ παρόντος οὐκ ἐγράψαμεν, οὐ τῶν τῆς ἀγάπης νόμων ὀλιγωροῦντες, ἀλλ' ἀφορμήν τινα λαβεῖν γραμμάτων προσμένοντες. Αὐτίκα νῦν τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ συνετωτάτοις συντετυχότες μονάζουσιν, οἱ παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἑτέρων ἕνεκα χρειῶν ἀπεστάλησαν, εὐθὺς δεδράκαμεν τὸ ποθούμενον, καὶ τὴν θεοφιλῆ σου περιπτυσσόμενοι κεφαλὴν, παρακαλοῦμεν πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἀνέχειν ταῖς προσευχαῖς, ἔπειτα δὲ καὶ γράμμασιν εὐφραίνειν. Διὰ γὰρ τὴν θείαν χάριν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν πεπολεμήμεθα δογμάτων. B C D

Illustrem quidem facit pietatem tuam laudabilis vita, angelorum conversationis in terra imaginem referens, sed illustriorem reddit zelus fidei apostolicæ. Quod enim navigio est carina, et fundamentum ædificio, id ipsum pie vivere volentibus evangelicorum dogmatum est veritas. Pro hac oppugnata vos animose decertastis, non quasi infirmam protegentes, sed Dei amantem affectum declarantes. Christi enim Domini doctrina stabilis est et firma, prout Salvator ipse promisit, dicens : « Portæ inferi non prævalebunt adversus eam [72]. » Pro hac et nos dedecore affici cædique benignus ac liberalis Dominus dignos censuit. Dedecus namque honorem, et cædem vitam existimavimus, ut qui Apostolum dicentem audivimus : « Nobis donatum esse a Deo, non solum ut in eum credamus, verum etiam ut pro illo patiamur [73]. » Excitatus autem est citissime tanquam dormiens Dominus, et ora quidem obstruxit, quæ adversus Deum blasphemiam, **1236** contra nos iniquitatem loquebantur [74]; piorum vero linguas excitavit, ut solitum ad cursum latices profundant. Nos porro amabiles quietis et silentii fructus carpimus, et Ecclesiarum sane procellam intuentes dolemus : sed a curis remotos nos esse gaudemus et lætamur. Pietati autem tuæ in omnibus admirandæ gratulati semper sumus. Hactenus tamen non scripsimus, charitatis legem haudquaquam spernentes, sed scribendi opportunitatem exspectantes. Nunc itaque religiosissimos prudentissimosque monachos nacti, qui aliis de rebus a sanctitate tua missi sunt, egimus extemplo quod cupiebamus, Deoque dilectum caput tuum amplectentes oramus, primum quidem ut precibus nos tueatur, deinde ut etiam litteris exhilaret. Per divinam enim gratiam propter apostolica dogmata oppugnati sumus.

ΡΜΒ'. — *Τῷ αὐτῷ.*

CXLII. — *Eidem.*

Καὶ ἤδη δι' ἑτέρων γραμμάτων τὴν σὴν προσείπομεν θεοσέβειαν, τοῖς τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς τοῖς ὑμετέροις τὴν ἐπιστολὴν δεδωκότες· καὶ νῦν δὲ πάλιν προσφθεγγόμεθά σου τὴν ἁγιότητα. Προτρέπει γὰρ

Et aliis jam litteris pietatem tuam affati sumus, data reverendissimis fratribus vestris epistola, et nunc iterum sanctitatem tuam alloquimur. Hoc enim facere nos admonet tam admiranda vita vestra,

[72] Matth. xvi, 18. [73] Philipp. i, 29. [74] Psal. xciii, 4

(6) κενὴν Neap. Utramque lectionem sive Metius, sive ipse, e quo vertebat epistolam, codex Vaticanus conjunxit apud Baron. l. c.

Digitized by Google

tum laudabilis zelus, quem apostolicæ fidei causa declarastis, nec regiam potentiam formidantes, nec episcoporum consensionem. Etsi enim plurimi ex iis qui convenerant vi adacti consenserunt, attamen subscriptionibus suis novam hæresin confirmarunt. Pietatem vero vestram nihil horum commovit, sed in antiquis dogmatibus perstitistis, quæ et per prophetas **1237** et apostolos Ecclesias probare Dominus docuit. Has etiam nos definitiones servare cupimus, et in unum Patrem, unumque Filium, et unum Spiritum sanctum fidem et confessionem usque ad exitum custodire. Unigeniti namque incarnatio Trinitatis numerum non auxit, sed Trinitas etiam post incarnationem mansit quæ Trinitas erat. Sic enim ab initio didicimus, sic credidimus, sic baptizati sumus : sic prædicavimus, sic baptizavimus, sic sentire perseveramus. De Patre autem loquentium mendacium Dominus ait : « Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur [75]. » Congruunt autem discipulis quæ dicta sunt de magistro. Hi enim cum falsiloquiis in nos utuntur, ex propriis loquuntur, et nostra non dicunt. Nos vero Dominus consolatur dicens : « Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me : gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis [76]. » Tuam autem pietatem obsecramus, ut oret ne inter eos censeamur qui injuriam faciunt, sed cum iis qui propter Evangelii veritatem injuriam patiuntur.

A ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν καὶ ὁ ἀξιάγαστος ὑμῶν βίος, καὶ ὁ ἀξιέπαινος ζῆλος, ὃν ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς ἐπεδείξασθε πίστεως, οὐ βασιλικὴν δείσαντες δυναστείαν, οὐκ ἐπισκοπικὴν συμφωνίαν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν συνελθόντων οἱ πλεῖστοι βιασθέντες συνέθεντο, ἀλλ' οὖν ταῖς ὑπογραφαῖς τὴν καινὴν ἐκράτυναν αἵρεσιν. Τὴν δὲ ὑμετέραν φιλοθεΐαν οὐδὲν τούτων διέσεισεν· ἀλλ' ἐπὶ τῶν παλαιῶν διεμείνατε δογμάτων, ἃ καὶ διὰ (7) τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων φρονεῖν τὰς Ἐκκλησίας ὁ Δεσπότης ἐδίδαξε. Τούτους καὶ ἡμεῖς τοὺς ὅρους φυλάττειν εὐχόμεθα, καὶ τὴν εἰς τὸν ἕνα Πατέρα, καὶ (8) τὸν ἕνα Υἱὸν, καὶ τὸ ἓν ἅγιον Πνεῦμα πίστιν τε καὶ ὁμολογίαν μέχρι τέλους διατηρῆσαι. Ἡ γὰρ ἐνανθρώπησις τοῦ Μονογενοῦς οὐκ ηὔξησε τῆς Τριάδος τὸν ἀριθμὸν, ἀλλὰ μεμένηκε καὶ
B μετὰ τὴν (9) σάρκωσιν Τριὰς ἡ Τριάς. Οὕτω γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐμαθητεύθημεν, οὕτως ἐπιστεύσαμεν, οὕτως ἐβαπτίσθημεν, οὕτως ἐκηρύξαμεν, οὕτως ἐβαπτίσαμεν, οὕτω διατελοῦμεν δοξάζοντες. Περὶ δὲ τοῦ Πατρὸς τῶν λαλούντων τὸ ψεῦδος ὁ Κύριος ἔφη· « Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. » Ἁρμόττει δὲ τοῖς μαθηταῖς τὰ περὶ τοῦ διδασκάλου ῥηθέντα. Καὶ γὰρ οὗτοι, ταῖς καθ' ἡμῶν ψευδολογίαις χρησάμενοι, ἐκ τῶν ἰδίων λαλοῦσιν, οὐ τὰ ἡμέτερα λέγουσιν. Ἡμᾶς δὲ ὁ Δεσπότης ψυχαγωγεῖ λέγων· « Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ ψευδόμενοι· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ τὴν σὴν δὲ παρακα-
C λοῦμεν πρεσβεύσασθαι θεοσέβειαν, μὴ τῆς τῶν ἀδικούντων ἡμᾶς γενέσθαι μερίδος, ἀλλὰ τῆς τῶν ἠδικημένων διὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἀλήθειαν.

CXLIII. — *Andreæ monacho Constantinopoleos.*

Χρὴ δὲ κἀκεῖνο προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὡς οὐ χρὴ λέγειν· Μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐκ ἔστι Χριστὸς ὁ Δεσπότης Χριστός· ἀλλὰ, Υἱὸς μονογενής. Μετὰ γὰρ δὴ τὴν ἀνάληψιν καὶ τὰ θεῖα Εὐαγγέλια συνεγράφη, καὶ ἡ τῶν πράξεων ἱστορία, καὶ αὐτοῦ Ἀποστόλου Ἐπιστολαί. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν ὁ θεῖος C βοᾷ Παῦλος· « Ἔχοντες ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. » Καὶ αὖθις, περὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος εἰπών τινα, ἐπήγαγεν· « Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος εἰσῆλθεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ τῷ μακαρίῳ δὲ Τίτῳ περὶ τῆς δευτέρας γράφων ἐπιφανείας, οὕτως εἶπε· D « Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ τὰ παραπλήσια γέγραφεν· « Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγελοῦσιν, ὁποίαν εἴσοδον ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν, Ἰησοῦν, τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς ἐρχομένης. » Καὶ πάλιν· « Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ

[82] Act. II, 38. [83] Hebr. IV, 14. [84] Hebr. IX, 24. [85] Hebr. VI, 19, 20. [86] Tit. II, 13. [87] I Thess. I, 9, 10.

Digitized by Google

στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ. » Καὶ αὖθις δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιστέλλας καὶ ταῦτα τέθεικεν· « Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. » Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ, τοῦ Ἀντιχρίστου τὸν ὄλεθρον προθεσπίζων, ἐπήγαγεν· « Ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. » Καὶ Ῥωμαίους δὲ εἰς ὁμόνοιαν προτρέψας καὶ ταῦτα προστέθεικε· « Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν προαγορεύων, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα εἴρηκε· « Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ πιστεύσητε. Ὥσπερ γὰρ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται εἰς δυσμάς, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. » Καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν, Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ἀπὸ τῆς ὁρωμένης φύσεως ὀνομάσας. Αὕτη γὰρ καὶ τότε φανήσεται. Ἡ γὰρ θεία φύσις καὶ ἀγγέλοις ἀόρατος. « Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, » κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνήν. Καὶ τῷ μεγάλῳ Μωϋσεῖ ἔφη· « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. » Τὸ γάρ· « Οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα, εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν· » οὐκ εἰς ἀναίρεσιν τῆς ληφθείσης φύσεως ὁ θεῖος εἶπεν Ἀπόστολος, ἀλλ' εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐσομένης ἡμῖν ἀφθαρσίας τε καὶ ἀθανασίας, καὶ πνευματικῆς ζωῆς. Οὗ δὴ χάριν ἐπήγαγεν· « Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. » Τὰ δὲ ἐσόμενα ὡς γεγενημένα εἴρηκεν. Οὐδέπω γὰρ τῆς ἀθανασίας ἐτύχομεν, τευξόμεθα δὲ, καὶ τυχόντες οὐκ ἀσώματοι γενησόμεθα, ἀλλ' ἀθανασίαν ἐνδυσόμεθα. « Οὐ θέλομεν γὰρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Καὶ πάλιν· « Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. » Οὕτω τοίνυν τὸν Κύριον οὐκ ἀσώματον εἴρηκεν, ἀλλ' ἄφθαρτον εἶναι καὶ τὴν ὁρωμένην φύσιν, καὶ ἀθάνατον, καὶ τῇ θείᾳ δόξῃ δεδοξασμένην πιστεύειν ἐδίδαξε. Τοῦτο γὰρ ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους σαφέστερον ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν. « Ἡμῶν γὰρ, ἔφη, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ἐναργῶς δὲ διὰ τούτων ἐδίδαξεν, ὅτι σῶμα μὲν ἔστι τὸ Δεσποτικὸν σῶμα, θεῖον δὲ σῶμα, καὶ τῇ θείᾳ

A Christi cum omnibus sanctis ejus [88]. » Iterum autem ad eosdem scribens hæc posuit : « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostram congregationem ad ipsum [89]. » Et post pauca Antichristi prædicans interitum, hæc addidit : « Quem Dominus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui [90]. » Et Romanos exhortans ad concordiam, adjecit : « Tu autem quid judicas fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo [91]. » Et Dominus ipse, adventum suum prænuntians, inter alia multa hæc etiam dixit : « Tunc si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Sicut enim fulgur **1272** exit ab oriente, et paret usque in occidentem, ita erit et adventus Filii hominis [92]. » Et post corporis immortalitatem et incorruptibilitatem, Filium hominis seipsum appellavit, ex natura nominans quæ oculis cernitur. Hæc enim tunc etiam apparebit : divina quippe natura etiam angelis est invisibilis. « Deum enim, juxta ipsius Domini vocem, nemo vidit unquam [93]. » Et magno Mosi ait : « Nemo videbit faciem meam et vivet [94]. » Illud enim : « Neminem novimus secundum carnem : et si cognovimus (secundum carnem) Christum, sed nunc jam non novimus [95], » non ad tollendam naturam assumptam dixit divinus Apostolus, sed ad confirmationem futuræ in nobis incorruptibilitatis et immortalitatis, et spiritualis vitæ. Quare addidit : « Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova [96]. » Quæ autem futura erant, ut facta dixit. Nondum enim sumus immortalitatem consecuti : consequemur autem, et cum fuerimus adepti, non incorporei fiemus, sed immortalitatem induemus. « Nolumus » enim, ait divinus Apostolus, « exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita [97]. » Et rursum : « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc inducre immortalitatem [98]. » Sic igitur Dominum non incorporeum dixit, sed incorruptibilem etiam quæ cernitur naturam esse, atque immortalem, divinaque gloria glorificatam credere docuit. Hoc enim nobis in Epistola ad Philippenses clarius ostendit. « Nostra autem conversatio, inquit, in cœlis est : unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum Jesum, qui reformabit corpus humilitatis **1273** nostræ, ut fiat conforme corpori gloriæ ejus [99]. » Manifeste autem per hæc docuit, corpus quidem esse corpus Dominicum, sed divinum corpus et divina gloria glorificatum. Ne igitur appellationem fugiamus, per quam salute potiti sumus, per quam renovata sunt omnia, ut magister ipse ad Ephesios scribens ait : « Secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis tem-

[88] I Thess. III, 12, 13. [89] II Thess. II, 1. [90] ibid. 8. [91] Rom. XIV. 10. [92] Matth. XXIV, 23, 27. [93] Joan. I, 18. [94] Exod. XXXIII, 20. [95] II Cor. V, 16. [96] ibid. 17. [97] II Cor. V, 4. [98] I Cor. XV, 53. [99] Philipp. III, 20.

Digitized by Google

porum, instaurare omnia in Christo quæ in cœlis, et quæ in terra sunt in ipso [1]. » Discamus autem a beata hac lingua etiam quo modo glorificare oporteat benefactorem, Deo et Patri nomen Christi consociantes. Romanis enim scribens sic ait : « (Juxta) Evangelium meum et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti : quod nunc patefactum est per Scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei, et ad obeditionem fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Jesum Christum, cui gloria in sæcula. Amen [2]. » Ad Ephesios vero scribens sic laudavit : « Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia in Christo Jesu, in omnes generationes sæculorum. Amen [3]. » Et paulo superius : « Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur [4]. » Et post plurima : « Gratias agimus, inquit, semper pro omnibus vobis in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri [5]. » Philippensium etiam liberalitatem **1274** benedictionibus remunerans : « Deus autem meus, inquit, impleat omnem necessitatem vestram secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu [6]. » Hebræis autem ita precatus est : « Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum, aptet vos in omni opere bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen [7]. » Non solum autem dum glorificat, sed etiam dum exhortatur et obtestatur, Christum cum Deo et Patre conjungit, et beato Timotheo scribens clamat : « Testificor coram Deo et Jesu Christo [8]. » Et iterum : « Præcipio tibi coram Deo qui vivificat omnia, et Christo Jesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum, Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem : quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui honor et imperium sempiternum. Amen [9]. »

δόξῃ δεδοξασμένον. Μὴ τοίνυν φύγωμεν προσηγορίαν, δι' ἧς ἀπελαύσαμεν σωτηρίας, δι' ἧς ἀνεκαινίσθη τὰ πάντα, ὡς αὐτὸς ἔφη ὁ διδάσκαλος Ἐφεσίοις γράφων· « Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ. » Μάθωμεν δὲ παρὰ τῆς μακαρίας ταυτησὶ γλώττης καὶ ὅπως δεῖ δοξάζειν τὸν εὐεργέτην, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ προσηγορίαν προσάπτοντας. Ῥωμαίοις μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ὧδέ φησι· « Τὸ Εὐαγγέλιόν μου, καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος τε νῦν διά τε Γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, καὶ εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος, μόνῳ σοφῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Ἐφεσίοις δὲ γράφων οὕτως ὕμνησε· « Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν, αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Καὶ μικρὸν δὲ τούτων ἔμπροσθεν οὕτως ἔφη· « Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. » Καὶ μετὰ πλεῖστα· « Εὐχαριστοῦμεν, φησὶ, πάντοτε ὑπὲρ πάντων ὑμῶν ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. » Καὶ μέντοι καὶ τὴν Φιλιππησίων φιλοτιμίαν ταῖς εὐλογίαις ἠμείψατο· « Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσαι πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Ἑβραίοις δὲ οὕτως ἐπηύξατο· « Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ τῶν νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Οὐ μόνον δὲ δοξολογῶν, ἀλλὰ καὶ παραγγέλλων, καὶ διαμαρτυρόμενος, συνάπτει τὸν Χριστὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ τῷ μακαρίῳ Τιμοθέῳ γράφων βοᾷ· « Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον ἀνεπίληπτον μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν.

Hæc a divinis apostolis didicimus, hanc nobis doctrinam et Joannes et Matthæus, evangelicarum narrationum fluvii maximi, protulerunt. Hic quidem dicens : « Liber generationis Jesu Christi filii Davidis, filii Abrahæ [10]; » ille vero quæ ante sæcula

Ταῦτα παρὰ τῶν θείων ἐδιδάχθημεν ἀποστόλων, ταύτην καὶ Ἰωάννης καὶ Ματθαῖος, τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων οἱ μέγιστοι ποταμοὶ, τὴν διδασκαλίαν ἡμῖν προσήνεγκαν· ὁ μὲν εἰπών· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ· »

[1] Ephes. I, 9. [2] Rom. XVI, 25-27. [3] Ephes. III, 20. [4] ibid. 14. [5] Ephes. V, 20. [6] Philipp. IV, 19. [7] Hebr. XIII, 20, 21. [8] II Tim. IV, 13. [9] I Tim. VI, 13-16 sq. [10] Matth. I, 1.

Digitized by Google

ὁ δὲ τὰ πρὸ τῶν αἰώνων ἐπιδείξας· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο (25). »

fuere manifestans : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, et omnia per ipsum facta sunt [11]. »

1275 *Sequuntur Epistolæ, quæ, a Sirmondo in volumine epistolarum Theodoreti prætermissæ, in Garnerii Auctario et alibi editæ fuerunt; secundum ordinem, quem Garnerius in Theodoreti aliorumque epistolis constituendis observavit*

PMZ'. — *Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Γερμανικείας* (26).

Τὰ μὲν πρότερα γράμματα τῆς σῆς ὁσιότητος εὐθὺς δεξάμενος ἀντιγέγραφα. Περὶ δὲ τῶν προκειμένων οὐδέν ἐστιν ἐλπίσαι χρηστόν. Τῆς γὰρ παντελοῦς ἀποστασίας ὑπολαμβάνω ταῦτα εἶναι προοίμια. Τὸ γὰρ τοὺς θρηνοῦντας τὰ κατὰ βίαν, ὥς φασιν, ἐν Ἐφέσῳ γεγενημένα μὴ μεταμέλεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τοῖς παρανόμοις παρ' αὐτῶν τολμηθεῖσιν, καὶ ἐποικοδομεῖν κατὰ ταυτὸν τήν τε ἀδικίαν καὶ τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὸ τοὺς ἄλλους μήτε συμβουλεύειν, ἵνα αὐτοῖς ἐξαρνηθῇ τὰ τολμηθέντα, μήτε ἐπιμενόντων οἷς παρανόμως ἔδρασαν φεύγειν τὴν κοινωνίαν, τί τῶν χρηστῶν ἐλπίζειν ἐᾷ; Εἰ μὲν γὰρ ἐπῄνουν τὰ γεγενημένα ὡς εὖ καὶ καλῶς ἔχοντα, εἰκότως τοῖς παρὰ σφῶν ἐπαινουμένοις ἐπέμενον. Εἰ δὲ θρηνοῦσιν, ὡς λέγουσιν, καὶ ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ ταῦτα πεπραχέναι φασὶ, τί δήποτε μὴ (27) ἐξαρνοῦνται ἃ παρανόμως δεδράκασιν, ἀλλὰ τὸ παρὸν, καὶ σφόδρα ὂν ὀλιγοχρόνιον, τοῦ μέλλοντος προτετίμηται; Τί δήποτε δὲ καὶ προφανῶς ψεύδονται, καί φασι μηδεμίαν γεγενῆσθαι περὶ τὸ δόγμα καινοτομίαν; Διὰ ποίους φόνους καὶ γοητείας ἐξηλάθην ἐγώ; Ὁ δεῖνά τινας μοιχείας ἐτόλμησεν; Ποίους ὁ δεῖνα διώρυξεν τάφους; Δῆλόν ἐστι καὶ τοῖς βαρβάροις, ὡς δογμάτων χάριν κἀμὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐξήλασαν. Καὶ γὰρ τὸν κύριον Δόμνον, ὡς τὰ κεφάλαια μὴ δεξάμενον, καθεῖλον οἱ βέλτιστοι, πανεύφημα ταῦτα καλέσαντες, καὶ ἐμμένειν τούτοις ὁμολογήσαντες. Ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τὰς καταθέσεις ἀνέγνων· ἐμὲ δὲ ὡς τῆς αἱρέσεως ἔξαρχον ἀπεκήρυξαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὡσαύτως διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐξέβαλον. Ὅτι γὰρ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν τοῖς Ἀμαξοβίοις μᾶλλον ἢ αὐτοῖς νομοθετεῖσθαι παρὰ τοῦ Σωτῆρος ὑπέλαβον, αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα. Κατὰ γὰρ Κανδιδιανοῦ τοῦ Πισίδου (28) λιβέλλους ἐπέδοσάν τινες, μοιχείας αὐτοῦ κατηγοροῦντες πολλὰς, καὶ ἑτέρας παρανομίας. Καί φασιν εἰρηκέναι τῆς συνόδου τὸν ἔξαρχον· Εἰ δογμάτων κατηγορεῖτε, δεχόμεθα τοὺς λιβέλλους· οὐ γὰρ ἤλθομεν μοιχείαις δικάσαι. Διά τοι τοῦτο καὶ Ἀθήνιον καὶ Ἀθανάσιον, ὑπὸ τῆς ἀνατολικῆς ἐκβληθέντας συνόδου, τὰς οἰκείας ἀπολαβεῖν Ἐκκλησίας ἐκέλευσαν· ὡς οὐδὲν μὲν περὶ βίου

CXLVII. — *Joanni Episcopo Germaniciæ.*

Ad priores sanctitatis tuæ litteras rescripsi cum primum accepi. De præsenti autem rerum statu nihil boni sperare licet, defectionisque absolutæ initia hæc esse arbitror. Quod enim hi, **1276** qui res per vim, ut perhibent, Ephesi gestas deflent, mentem non mutant, sed in iis permanent quæ contra leges patrarunt, et injustitiam simul impietatemque superstruunt : alii vero nec consilium dant ut ejurent quæ patrata sunt, nec eorum qui in perperam gestis perseverant communionem devitant, quid boni sperare permittit? Etenim si ea quæ facta sunt, tanquam bene ac recte gesta laudarent, jure in iis quæ ipsi laudarent persisterent. At si lugent, ut dicunt, et vi ac necessitate fecisse se aiunt, cur non repudiant quæ contra leges egerunt, sed quod præsens est, quamvis exigui sit temporis, futuro antelatum est? Quid autem etiam aperte mentiuntur, et nullam doctrinæ innovationem factam dicunt? Quasnam ob cædes et maleficia expulsus ego sum? quænam hic adulteria commisit? quæ sepulcra ille perfodit? Barbaris ipsis perspectum est illos tum me, tum alios, dogmatum causa ejecisse. Nam et * dominum Domnum, quod Capitula non reciperet, viri optimi deposuerunt, omni laude digna hæc affirmantes, et in his se acquiescere profitentes; eorum enim professiones ego legi : me vero velut hæreseos principem abdicarunt, et alios pariter eamdem ob causam expulerunt. Activam quippe virtutem Hamaxobiis potius quam sibi a Servatore imperatam ipsos existimasse, res clamant. Adversus Candidianum enim Pisidam cum libellos quidam porrexissent, multa ejus adulteria et alia scelera criminantes, **1277** synodi præsidem respondisse ferunt : Si dogmata arguitis, libellos admittimus : non enim venimus, ut de adulteriis judicemus. Unde et Athenium et Athanasium, ab orientali synodo exaucto ratos, sedes suas recipere jusserunt : quasi de vita Servator noster legem nullam statuerit, sed dogmata sola servare præceperit, quæ omnium ma-

[11] Joan. I, 1-3.

(25) Cætera desiderantur.

(26) Hanc epistolam, quæ in omnibus codicibus est centesima vicesima quinta, Sirmondus a se prætermissam collocaverat in appendice ad tomum IV Operum Theodoreti, p. 702 seq.; quam ex ejus voluntate posuissemus suo loco, nisi et omnes numeri seqq. epistolarum, quos solent in citandis Theodoreti epistolis sequi, perturbati fuissent, et Garnerius ipse in auctario, ubi commentatur in has epistolas, nostræ eum dedisset locum ac numerum quem nos ipsi dedimus. Est autem hæc epistola collata cum codice Vindobonensi, cujus discrepantes lectiones margini ascripsimus.

(27) ἐκ. Vindob.

(28) Πισιδίου. Vind.

Digitized by Google

xime sapientissimi isti depravarunt. Ne igitur illudant, impietatemque tegant, quam et linguis et manibus confirmarunt. Quod si hæc ita se non habent, cædium causas edicant, Servatoris nostri naturarum discrimen, unionemque inconfusam, scripto confiteantur, integram post unionem tum divinitatem tum humanitatem mansisse pronuntient. Deus non irridetur. Explodantur nunc tandem capitula, quæ sæpius antea damnarunt, Ephesi autem nuper approbarunt. Non decipiant sanctitatem tuam mendacibus verbis. Laudabant quæ a me Antiochiæ pro concione dicebantur, tum e numero fratrum cum essent, tum lectores facti, et diaconi ordinati, et presbyteri, et episcopi : et finito sermone, amplexabantur, deosculabanturque, et caput, et pectus, et manus, nonnulli etiam genua tangebant, doctrinam nostram apostolicam appellantes : et hanc modo damnarunt, hanc anathemate confixerunt. Atque ego ille, quem lumen vocabant, non Orientis solius, sed orbis universi, proscriptus sum, ac ne panis quidem, quantum in ipsis est, usura fruor. Nam et iis qui nos alloquuntur, **1278** anathema dixerunt : quem vero paulo ante deposuerunt, et Valentini, Apolinarisque erroribus infectum pronuntiarunt, hunc tanquam * fidei victorem colebant, ejusque pedibus advolvebantur, et veniam poscebant, et patrem spiritualem nuncupabant. Cujusmodi polypodes sic ad saxa colorem suum variant, aut cutem ad folia chamæleon, sicut hi mentem ad tempora et sententiam commutant? Nos vero illis et cathedras, et dignitates, et brevis temporis delicias cedimus, cum apostolicis autem dogmatibus, quæ molesta putant exilia præstolamur, idoneam habentes consolationem Domini tribunal. Speramus enim fore ut multa nobis peccata nostra injuriæ hujus gratia dimittat. Sanctitatem porro tuam obtestor, ut impietatis communionem devitet, exigatque ab eis ut ejurent quæ facta sunt. Quod si nolint, fugiat tanquam fidei proditores. Tantisper autem exspectare pietatem tuam, ut videat, num aliqua tempestatis futura sit mutatio, minime reprehenderim. Post ordinationem sane præsidis Orientis, patefiet prorsus mens et sententia uniuscujusque. Pro nobis orare digneris, Domine. Nunc enim potissimum ope ista indigemus, ut resistere possimus adversus ea quæ in nos excogitantur.

τοῦ Σωτῆρος (29) νομοθετήσαντος, μόνα δὲ τὰ δόγματα φυλάττειν κελεύσαντος, ἃ πρὸ τῶν ἄλλων διέφθειραν οἱ σοφώτατοι. Μὴ τοίνυν παιζέτωσαν, μηδὲ κρυπτέτωσαν τὴν ἀσέβειαν, ἣν καὶ ταῖς γλώτταις καὶ ταῖς χερσὶν ἐβεβαίωσαν. Εἰ δὲ μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, εἰπάτωσαν τῶν σφαγῶν τὰς αἰτίας, ὁμολογησάτωσαν ἐγγράφως τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φύσεων τὸ διάφορον, τῆς ἑνώσεως τὸ ἀσύγχυτον· εἰπάτωσαν ὡς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀκραιφνὴς καὶ ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπωπότης διέμεινεν. Ὁ (30) Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Ἀρνηθῶσιν νῦν τὰ κεφάλαια, ἃ πολλάκις μὲν ἀπεκήρυξαν, ἐν Ἐφέσῳ δὲ νῦν ἐβεβαίωσαν. Μὴ ἐξαπατάτωσάν σου τὴν ὁσιότητα λόγοις κεχρημένοι ψευδέσιν. Ἐπῄνουν τὰ παρ' ἐμοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ λεγόμενα, καὶ ἀδελφοὶ ὄντες, καὶ ἀναγνῶσται γενόμενοι, καὶ διάκονοι χειροτονηθέντες, καὶ πρεσβύτεροι, καὶ ἐπίσκοποι· καὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς διαλέξεως περιεπτύσσοντο, καὶ κατεφίλουν, καὶ κεφαλὴν, καὶ στήθη, καὶ χεῖρας· τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ γονάτων ἥπτοντο, τὴν διδασκαλίαν ἡμῶν ἀποστολικὴν ὀνομάζοντες· καὶ ταύτην νῦν ἀπεκήρυξαν, ταύτην ἀνεθεμάτισαν. Καὶ ἐγὼ μὲν, ὃν φωστῆρα ἐκάλουν, οὐ τῆς ἀνατολῆς μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης, ἀπεκηρύχθην, καὶ οὐδὲ ἄρτου, τό γε εἰς αὐτοὺς ἥκον, μεταλαγχάνω. Καὶ γὰρ τοὺς προσδιαλεγομένους ἡμῖν ἀνεθεμάτισαν· ὃν δὲ πρὸ βραχέος καθεῖλον, καὶ τὰ Βαλεντίνου καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖν ἔφασαν, τοῦτον ὡς νικηφόρον περιεῖπον τῆς πίστεως, καὶ τῶν τούτου προεκυλινδοῦντο ποδῶν, καὶ συγγνώμην ἐζήτουν, καὶ πατέρα πνευματικὸν ἐκάλουν. Ποῖοι πολύποδες οὕτως πρὸς τὰς πέτρας τὴν οἰκείαν ἐναλλάττουσι χρόαν, ἢ (31) χαμαιλέοντες πρὸς τὰ φύλλα τὸ χρῶμα, ὡς οὗτοι τὴν γνώμην πρὸς τοὺς καιροὺς μεταβάλλουσιν; Ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς παραχωροῦμεν, καὶ θρόνων, καὶ ἀξιωμάτων καὶ τῆς προσκαίρου τρυφῆς· μετὰ δὲ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὰς χαλεπὰς νομιζομένας προσμένομεν ἐξορίας, ἀρκοῦσαν ἔχοντες παραψυχὴν τὸ τοῦ Δεσπότου κριτήριον. Ἐλπίζομεν γὰρ, ὡς πολλὰ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων διὰ τήνδε τὴν ἀδικίαν ὁ Δεσπότης ἀφήσει. Τὴν δὲ σὴν ὁσιότητα παρακαλῶ φυλάξασθαι τῆς ἀσεβείας τὴν κοινωνίαν καὶ προτεῖναι μὲν αὐτοῖς ἀρνηθῆναι τὰ πεπραγμένα· εἰ δὲ μὴ θελήσαιεν, φυγεῖν ὡς προδότας τῆς πίστεως. Τέως δὲ προσμείνασάν σου τὴν θεοσέβειαν ἰδεῖν, εἰ (32) ἄρα τις ἔσται τοῦ χειμῶνος μεταβολὴ, οὐδαμῶς ἐμεμψάμεθα. Μετὰ μέντοι τὴν χειροτονίαν τοῦ τῆς Ἀνατολῆς προέδρου, δῆλη πάντως ἡ ἑκάστου γενήσεται γνώμη. Εὔξασθαι δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, δέσποτα, καταξίωσον. Νῦν γὰρ διαφερόντως τῆσδε τῆς βοηθείας δεόμεθα, ἵνα δυνηθῶμεν ἀντισχεῖν πρὸς τὰ καθ' ἡμῶν μελετώμενα.

1279 CXLVIII. — *Commonitorium sanctissimi episcopi Cyrilli, datum Posidonio, cum mitteretur Romam propter Nestorii negotium.*

ΡΜΗ'. — *Ὑπομνηστικὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου, γενόμενον πρὸς Ποσειδώνιον ἀποσταλέντα παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τῶν μετὰ Νεστόριον ἕνεκεν.*

Est Cyrilli epistola XI; vide tomum LXXVII, col. 85.

(29) ἡμῶν addit Vind.
(30) ὁ abest ab eodem.
(31) Hæc ἢ — χρῶμα absunt a Vind.
(32) Εἰ — μεταβολὴ nescio an omissum fuerit in Vind.; ab apographo quidem ad nos transmisso aberat.

Digitized by Google

PMΘ'. — *Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας πρὸς Νεστόριον.*

A **1280** CXLIX. — *Exemplum epistolæ scriptæ a Joanne episcopo Antiocheno ad Nestorium.*

Τῷ δεσπότῃ μου θεοφιλεστάτῳ, καὶ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸν ἐμαυτοῦ σκοπὸν περὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν, κ. τ. λ.

Domino meo piissimo. sanctissimoque episcopo Nestorio, Joannes in Domino salutem.

Meam de tua pietate sententiam, etc.

Exstat inter epistolas Joannis Antiocheni, hujusce Patrologiæ Græcæ tom. LXXVII, col. 1449.

PN'. — *Ἐπιστολὴ Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρου πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον* (33-35).

1281-1288 CL. — *Theodoreti episcopi Cyri epistola ad Joannem Antiochenum episcopum.*

Λίαν ἤλγησα τοῖς ἀναθεματισμοῖς ἐντυχὼν, οὓς (36) ἀπέστειλας ἀνατρέψαι τούτους ἐγγράφως ἡμῖν (37) κελεύσας, καὶ τὴν αἱρετικὴν αὐτῶν ἔννοιαν γυμνὴν ἅπασι καταστῆσαι. Ἤλγησα δὲ (38) ὅτι ἀνὴρ ποιμαίνειν λαχὼν καὶ ποίμνην τοσαύτην πεπιστευμένος, B καὶ θεραπεύειν τὰ ἀσθενῆ τῶν προβάτων προστεταγμένος, νοσεῖ μὲν αὐτὸς, καὶ λίαν σφοδρῶς, ἀναπιμπλᾷν τε πειρᾶται τῆς νόσου καὶ τὰ θρέμματα, καὶ τῶν ἀγρίων θηρίων χαλεπώτερα τὰ ποιμαινόμενα καθίστησιν. Οἱ μὲν γὰρ τὰ διεσπαρμένα, καὶ τῆς ποίμνης κεχωρισμένα διασπῶσιν ἁρπάζοντες· ὁ δὲ ἐν μέσῳ ταύτης τυγχάνων, καὶ σωτὴρ εἶναι καὶ φύλαξ νενομισμένος, λαθραίαν τὴν πλάνην τοῖς πειθομένοις ἐνίησι. Τὸ μὲν γὰρ προφανῶς πολεμοῦν, δυνατὸν καὶ φυλάξασθαι· τὸ δὲ ἐν σχήματι φιλίας τὴν ἐπιβουλὴν προσφέρον, ἀφύλακτον εὑρίσκει τὸν πολεμούμενον, καὶ (39) ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν βλάβην ἐντίθησι· διὸ καὶ τῶν ἔξωθεν πολεμούντων οἱ ἔνδοθεν πολεμοῦντές εἰσι χαλεπώτεροι.

Hæc me multo magis contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, et in pastoris dignitate consistens, in hæreticas et blasphemas voces erumpit, et dudum exstinctam Apolinarii inanem simul impiamque doctrinam revocat. Super hæc autem, non solum talia sentire, sed et suis blasphemiis non consentientes anathematizare præsumpserit; si tamen ipsius ista sunt germina, et non inimicorum quispiam veritatis, tanquam ex illo hæc componens, projecit in medium, secundum illud quod est in fabula, pomum discordiæ, in altum flammam exaltans.

Ego proinde, sive is, sive alius quispiam, velut ex illius persona, hæc composuerit, auxilio lucis sanctissimi Spiritus ad inquisitionem pravæ et hæreticæ opinionis usus, pro modo **1290** concessæ mihi facultatis, quoad fieri potuit,ea refutavi, doctrinasque evangelicas et apostolicas * opposui, ac dogmatis absurditatem patefeci, et quantum discrepet a divinis dogmatibus, planum feci, ea ad sancti Spiritus eloquia perpendens, docensque qualiter a divinis aliena sint et dissentanea.

Adversus autem audaciam anathematismi hoc dixerim, nempe Paulum, clarissimum veritatis præconem, illos anathematizasse, qui evangelica et apostolica documenta corruperant : idque ausum

Τοῦτί με μειζόνως ἠνίασε, τὸ ἐν εὐσεβείας ὀνόματί τε καὶ σχήματι, καὶ ἐν ποιμένος ἀξιώματι τυγχάνοντα τὰς αἱρετικὰς καὶ βλασφήμους ῥῆξαι φωνάς· καὶ τὴν πάλαι σβεσθεῖσαν Ἀπολιναρίου φλήναφον ὁμοῦ καὶ δυσσεβῆ διδασκαλίαν ἀνανεώσασθαι. Πρός τε τούτοις τὸ μὴ μόνον ταῦτα πρεσβεῦσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ πειθομένους αὐτῷ συμβλασφημεῖν ἀναθεματίσαι τολμῆσαι· εἴπερ ἀληθῶς αὐτοῦ ταῦτα τὰ γεννήματα, καὶ οὐ τῶν ἐχθρῶν τις τῆς ἀληθείας, ὡς ἐξ ἐκείνου ταῦτα συντεθεικὼς ἔῤῥιψεν ἐν μέσῳ, κατὰ τὸ μυθευόμενον ἐκεῖνο μῆλον τῆς ἔριδος, εἰς ὕψος ἐγείρων τὴν φλόγα.

C

Ἐγὼ τοίνυν, εἴτ' ἐκεῖνος, εἴτ' ἄλλος τις, ὡς ἐξ ἐκείνου ταῦτα συντέθεικε, τῷ φωτὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος συνέργῳ πρὸς τὴν ἔρευναν τῆς αἱρετικῆς D κακοδοξίας χρησάμενος, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δοθείσης μοι δυνάμεως διήλεγξα ταῦτα, ὡς οἷόν τε ἦν· καὶ τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς ἀντέθηκα διδασκαλίας· καὶ τὸ ἀλλόκοτον τοῦ δόγματος ἔδειξα· καὶ ὅσην ἔχει διαφωνίαν πρὸς τὰ θεῖα δόγματα πεποίηκα φανερόν· παρεξετάσας αὐτὰ τοῖς τοῦ θείου Πνεύματος λόγοις, καὶ διδάξας ὅπως ἀσύμφωνα, καὶ τῶν θείων ἀλλότρια.

Πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀναθεματισμοῦ τόλμαν τοσοῦτον ἐρῶ, ὅτι Παῦλος, ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κήρυξ, τοὺς παραφθείραντας τὰ εὐαγγελικὰ καὶ ἀποστολικὰ διδάγματα ἀνεθεμάτισε, καὶ τῶν ἀγγέλων

(33-35) Hanc contulimus cum edit. Mansiana Collect. ampliss. Concil. tom. V, p. 85.

(36) οἷς Garn.

(37) ἡμῖν addit M.

(38) τε Garn.

(39) καὶ aberat a Garn.

Digitized by Google

etiam adversus angelos, non item contra eos, qui in traditis a theologis decretis permanent : hoc enim etiam benedictionibus munivit, dicens : « Quicunque hanc regulam sequentur, pax super ipsos et misericordia, et super Israelem Dei [12]. »

Colligat igitur istiusmodi sermonum auctor ex apostolica exsecratione laborum suorum præmia, et hæreticorum seminum manipulos. Nos vero conquiescemus in doctrina sanctorum Patrum.

Cæterum huic epistolæ subtexuimus oppugnationes, ut ex ipsa lectione perspicias, an hæretica problemata strenue diluerimus. Ad singulos autem anathematismos seorsum positos protuli refutationem, ut lectores facilius intelligant, ac perspicua sit dogmatum redargutio.

κατατολμήσας, οὐ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς δοθεῖσιν ὅροις ὑπὸ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν· τούτους γὰρ καὶ εὐλογίαις ὠχύρωσεν, εἰπών· « Ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν (40), εἰρήνη ἐπ' αὐτούς, καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. »

Δρεπέσθω τοίνυν ὁ τῶν λόγων τούτων πατὴρ ἐκ τῆς ἀποστολικῆς ἀρᾶς τῶν οἰκείων πόνων τὰ ἐπίχειρα, καὶ τῶν αἱρετικῶν σπερμάτων τὰ δράγματα· ἡμεῖς δὲ τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐμμενοῦμεν διδασκαλίᾳ.

Ὑπέταξα δὲ καὶ τὰς γεγενημένας ἀντιῤῥήσεις τῇδέ μου τῇ ἐπιστολῇ, ἵνα ἀναγνοὺς δοκιμάσαις (41), εἰ δυνατῶς τῶν αἱρετικῶν προβλημάτων τὴν λύσιν ἐποιησάμεθα. Ἕκαστον δὲ τῶν ἀναθεματισμῶν καθ' ἑαυτὸν τεθεικὼς, ἐξήγαγον τὴν ἀντίῤῥησιν, ὅπως ἂν ῥᾳδίως τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἡ κατανόησις γένηται, καὶ σαφὴς τῶν δογμάτων ὁ ἔλεγχος.

1291 CLI. — *Theodoreti oratio ad eos, qui in Euphratesia et Osroena regione, Syria, Phœnicia et Cilicia vitam monasticam degunt.*

Respicienti mihi præsentem Ecclesiæ conditionem, et procellam quæ nuper in divinam navim surrexerit, vehementemque ventorum impetum atque fluctuum violentiam et obscuritatem profundam; contentionem præterea navigantium, pugnamque eorum, quibus remis incumbere datum est, gubernatorum ebrietatem, malorum denique importunitatem; Jeremiæ fletus in mentem veniunt, atque cum illo clamo : « Ventre meo, ventre meo doleo, et sensus cordis mei dolet anima mea; etiam discerpitur cor meum [13], » et lacrymarum fontes requiro, ut oculorum stillicidiis densam tristitiæ nubem discutiam. Oportet enim, hieme adeo fera, et gubernatores vigilare, et tempestati adversari, et de navis salute meditari, et nautas relicta mutua contentione, precibus et arte finem malis imponere, et navigantes quiescere, et neque invicem, neque cum gubernatoribus rixari; maris autem Domino supplicare, ut nutu tristitiam mutet. **1292** Horum tamen aliquid agere unusquisque recusat; at veluti in pugna nocturna nos invicem non agnoscentes, atque inimicis relictis, in nosmetipsos omnia consumimus tela, et nostros tanquam hostes vulneramus; illi vero prope nos stantes, irrident nostram ebrietatem, nostrisque fruuntur miseriis, et gaudent, mutuam nostram videntes consumptionem. Horum autem ii sunt

ΡΝΑ'. — *Θεοδωρήτου* (42) *πρὸς τοὺς ἐν τῇ Εὐφρατησίᾳ*, (43) *καὶ Ὀσροηνῇ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Φοινίκῃ* (44) *καὶ Κιλικίᾳ μονάζοντας.*

Ὁρῶν τὴν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν καὶ τὴν ἐναγχος ἐπαναστᾶσαν τῇ ἱερᾷ νηῒ ζάλην, καὶ τὰς σφοδρὰς καταιγίδας καὶ τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν καὶ τὴν βαθεῖαν σκοτομήνην, καὶ πρὸς τούτοις τῶν πλωτήρων τὴν ἔριν, καὶ τῶν ἐρέττειν λαχόντων τὴν μάχην, καὶ τὴν τῶν κυβερνητῶν μέθην, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν τῶν κακῶν ἀωρίαν, τῶν Ἱερεμίου θρήνων ἀναμιμνήσκομαι, καὶ μετ' ἐκείνου βοῶ· » Τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἐγὼ ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μαιμάσσει (45) ἡ ψυχή μου, σπαράσσεται καὶ ἡ καρδία μου, » καὶ πηγὰς δακρύων ἐπιζητῶ, ἵνα ταῖς λιβάσι τῶν ὀφθαλμῶν, τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἀποσκευάσωμαι (46) νέφος. Δέον γὰρ ἐν οὕτως ἀγρίῳ χειμῶνι καὶ τοὺς κυβερνήτας ἐγρηγορέναι, καὶ· τῷ κλύδωνι μάχεσθαι, καὶ τῆς τοῦ σκάφους σωτηρίας φροντίζειν καὶ τοὺς ναύτας τῆς κατ' ἀλλήλων ἔριδος ἀποστάντας εὐχῇ καὶ τέχνῃ τὰ δεινὰ διαλύειν· καὶ τοὺς πλωτῆρας ἡσυχῇ καθῆσθαι· καὶ μήτε ἀλλήλοις μήτε τοῖς κυβερνήταις ζυγομαχεῖν· τὸν δὲ τῆς θαλάττης ἱκετεύειν Δεσπότην, ἵνα νεύματι μεταβάλῃ τὰ σκυθρωπά. Τούτων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν ἐθέλει ποιεῖν· ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ δὲ ἀλλήλους ἀγνοήσαντες, καὶ τοὺς ἐναντίους καταλιπόντες, καθ' ἡμῶν αὐτῶν πάντα δαπανῶμεν τὰ βέλη, καὶ τοὺς ὁμοφύλους ὡς πολεμίους τιτρώσκομεν, οἱ δὲ πλησίον ἑστῶτες (47) γελῶσιν ἡμῶν τὴν μέθην, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἐπεντρυφῶσι κακοῖς, καὶ χαίρουσιν

[12] Galat. VI, 16. [13] Jerem. IV, 19.

(40) στοιχοῦσιν M. in margine.
(41) Sic M. in marg.; textus : δοκιμάσας.
(42) Nondum edita fuerat hæc inter cæteras Theodoreti epistolas, sed ejus tamen fragmentum, idque Latinum, exstabat in Garnerii Auctario, pag. 62. Totius igitur epistolæ exemplum nacti, accurate e codice quodam bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis descriptum, cum eoque iterum diligenter collatum, hic edendum curavimus. Post, cum vidissemus Mansium in amplissima conciliorum collectione tomo V, p. 1023 seq., eamdem, nescio unde depromptam, edidisse, ejus quoque discrepantes lectiones addidimus. — Hanc epistolam cum subsequenti opusculo, *Quod post assumptam humanitatem*, etc., edidit etiam Gallandius, tom. IX, p. 405. EDIT.
(43) Εὐφρατισίᾳ Vindob. vitiose.
(44) καὶ Φ. κ. Σ. Mansi.
(45) με μάσσει Vind. vitiose.
(46) ἀποσκεδάσωμαι Mans. in margine.
(47) Hujus loci : οἱ δὲ πλησίον ἑστῶτες usque ad verba : τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν ἀνεχομένων, Latinam interpretationem, tanquam epistolæ fragmentum ediderat Garnerius, Auctar. p 62.

Digitized by Google

ὑπ' ἀλλήλων ἡμᾶς ὁρῶντες δαπανωμένους· αἴτιοι δὲ τούτων οἱ τὴν ἀποστολικὴν διαφθεῖραι πίστιν φιλονεικήσαντες καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν ἀλλόκοτον διδασκαλίαν ἐπιθεῖναι τολμήσαντες· καὶ τὰ δυσσεβῆ κεφάλαια, ἃ μετὰ ἀναθεματισμῶν εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐξέπεμψαν, δεξάμενοι, καὶ ταῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς, ὡς ᾠήθησαν, βεβαιώσαντες, ἃ σαφῶς ἐκ τῆς πικρᾶς Ἀπολιναρίου βεβλάστηκε ῥίζης. Μετέχει δὲ καὶ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείας· εἰ δέ τις ἀκριβῶς κατιδεῖν ἐθελήσειεν, οὐδὲ τῆς Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος ἄμοιρα δυσσεβείας τυγχάνει.

auctores, qui apostolicam fidem corrumpere tentarunt, et in evangelicis dogmatibus alienam ausi sunt inducere doctrinam; atque impia capita quæ cum anathematismis in regiam urbem miserant, receperunt, et propriis, prout arbitrati sunt, probaverunt subscriptionibus. Hæc ab amara Apollinarii radice pullulasse in propatulo est; quin etiam Eunomii Ariique impietatis participant; atque si quis diligenter scrutari voluerit, neque Valentini, neque Marcionis carebunt impietate.

Ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένην οἰκονομίαν ἐκβάλλει· οὐκ ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον φύσιν ἀνθρωπείαν, ἀλλ' αὐτὸν εἰς σάρκα μεταβληθῆναι διδάσκων· καὶ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, ἀλλ' οὐκ ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζων. Ταῦτα δὲ τῆς Μαρκίωνος καὶ τοῦ Μάνεντος καὶ Οὐαλεντίνου δυσσεβείας ὑπάρχει γεννήματα. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ κεφαλαίῳ, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ὧν ἐν προοιμίοις ἐξέθετο, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν εἰσάγει, καὶ σύνοδον καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, κρᾶσίν τινα καὶ σύγχυσιν διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων γεγενῆσθαι διδάσκων τῆς τε (48) θείας φύσεως καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. Τοῦτο τῆς αἱρετικῆς Ἀπολιναρίου καινοτομίας ἐστὶ κύημα. Ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ ἀπαγορεύει τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν φωνῶν τὴν διαίρεσιν, καὶ οὐκ ἐᾷ κατὰ τὰς τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων διδασκαλίας τὰς μὲν θεοπρεπεῖς φωνὰς περὶ τῆς θείας ἐκλαμβάνεσθαι φύσεως τὰς δὲ ταπεινὰς καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένας τῇ ἀναληφθείσῃ προσάπτειν ἀνθρωπότητι· καὶ ἐντεῦθεν τοίνυν ἔστιν εὑρεῖν τοὺς εὐφρονοῦντας τὴν τῆς ἀσεβείας συγγένειαν. Ἄρειος γὰρ καὶ Εὐνόμιος, κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ δοῦλον τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι φάσκοντες, τὰ ταπεινῶς ὑπὸ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένα τῇ θεότητι αὐτοῦ προσάψαι τετολμήκασι· τὸ ἑτεροούσιον ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἀνόμοιον κατασκευάζοντες. Πρὸς τούτοις, ἵνα συνελὼν εἴπω, αὐτὴν τὴν ἀπαθῆ καὶ ἄτρεπτον τοῦ Χριστοῦ θεότητα καὶ παθεῖν, καὶ σταυρωθῆναι καὶ ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι διαγορεύει. Τοῦτο δὲ καὶ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου μανίας ἐπέκεινα· οὐδὲ γὰρ οἱ κτίσμα τολμῶντες ἀποκαλεῖν τὸν Ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ Δημιουργὸν, εἰς ταύτην ἐξώκειλαν τὴν ἀσέβειαν. Βλασφημεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ λέγων ἐκπορεύεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἀλλ' ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Καὶ οὗτος δὲ τῶν Ἀπολιναρίου σπερμάτων ὁ καρπός· γειτνιάζει δὲ καὶ τῇ Μακεδονίου πονηρᾷ γεωργίᾳ. Τοιαῦτα τοῦ Αἰγυπτίου τὰ κυήματα, πονηροῦ πατρὸς ἀληθῶς ἔγγονα πονηρότερα. Ταῦτα δὲ δέον ἦ ἀμβλωθρίδια ποιῆσαι κυοφορούμενα, ἢ εὐθὺς τεχθέντα διαφθεῖραι τοὺς τῶν ψυχῶν τὴν ἰατρείαν ἐγκειρισμένους, ὡς ὀλέθρια καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως δηλητήρια, ἐκτρέφουσιν οἱ γενναῖοι, καὶ πολλῆς ἀξιοῦσι σπουδῆς ἐπ' ὀλέθρῳ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν ἀνεχομένων.

In primo enim capite, Dei œconomiam propter nos factam rejicit, docens divinum Verbum non suscepisse humanam naturam, sed ipsum in carnem mutatum esse; et dogmatizans, specie et apparentia tantum, minime vero reapse factam fuisse Salvatoris nostri incarnationem; quæ quidem Marcionis, Manentis et Valentini impietatis sunt fetus. In secundo vero et tertio capite, oblitus quasi eorum, quæ in procœmio exposuerat, hypostaticam unionem inducit, et concursum secundum physicam unionem, et fieri per hæc nomina, docet mistionem quamdam et confusionem inter **1293** divinam naturam et humanitatem : et hoc ab Apollinarii hæretica innovatione originem trahit. In quarto demum capite, evangelicarum et apostolicarum vocum denegat distinctionem; neque sinit, ut secundum orthodoxorum Patrum doctrinam voces quæ Deo conveniunt, de Dei natura intelligantur; quæ vero humiles et more hominum dictæ, ut susceptæ applicentur humanitati; ac inde qui sanæ mentis sunt, facile detegent impietatis affinitatem. Arius enim et Eunomius, creaturam atque e non exsistentibus factum, et servum existimantes esse Filium Dei unigenitum, quæ humiliter atque de humanitate dicta sunt a Christo Domino, ejusdem divinitati ausi sunt attribuere; indeque diversitatem essentiæ atque dissimilitudinem confecerunt. Præterea, ut breviter dicam, Christi ipsam divinitatem, passionis et mutationis immunem, et pati, et crucifigi, et mori, et tumulo contegi posse prædicat; quod sane Arii et Eunomii insaniam superat. Non enim eo impietatis processerunt vel ii qui universi conditorem et creatorem ausi sunt creaturam vocitare. Blasphemias etiam profert in Spiritum sanctum, asserens non ex Patre procedere, secundum Domini verba, sed ex Filio habere substantiam; et hic est Apollinarii seminum fructus, qui et ad perversæ Macedonii agriculturæ viciniam accedit. Tales sunt Ægyptii fetus, improbi patris revera magis improba proles. Hæc quidem, quorum vel adhuc in utero exsistentium abortio sollicitanda fuisset, vel recenter nata, tanquam perniciosa et noxia nostræ **1294** naturæ, labefactanda, alunt generosi illi viri, et multo studio ea defendunt ad propriam perniciem, eorumque qui ipsis aures præbent.

(48) Sic Mans. Vind. δέ.

Digitized by Google

Nos autem paternam hæreditatem immunem tueri studemus, et fidem quam accepimus, et in qua baptizati sumus et baptizamus, irreprehensibilem atque integram servamus; et Dominum nostrum Jesum Christum verum esse Deum profitemur, et verum hominem ex corpore et anima rationali, ante sæcula ex Patre genitum secundum divinitatem; postremis vero diebus, propter nos et propter nostram salutem, ex Maria Virgine natum asserimus; et consubstantialem nobis secundum humanitatem eum credimus: ex duabus enim naturis unio facta est. Quapropter unum Christum, unum Filium, unum Dominum profitemur; neque unionem solvimus; et absque confusione eam factam esse credimus, et Domino in hoc paremus, qui Judæis ait: « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [14]. » Quod si mistio ac confusio facta esset, dicere oportebat: Solvite me, et in tribus diebus resurgam. At sane ostendens, aliud esse Deum secundum naturam suam, aliud vero templum, utrumque vero esse Christum, « Solvite, inquit, templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud; » perspicue docens quod non Deus solutioni subjiciebatur, sed templum. Et hujus tantum natura solutioni erat obnoxia; illius vero potestas solutum suscitavit. Atque adeo Deum simul et hominem Jesum Christum profitemur, divinas secuti Scripturas. Nam quod Dominus noster Jesus **1295** Christus sit Deus, beatus Joannes evangelista clamat: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est [15]. » Et iterum: « Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [16]. » Et ipse Dominus luculenter docet, dicens: « Qui videt me, videt et Patrem [17]. » Et: « Ego et Pater unum sumus [18]. » Et: « Ego in Patre, et Pater in me est [19]. » Et beatus Paulus in Epistola ad Hebræos ait: « Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ [20]. » Et in illa ad Philippenses: « Hic sensus sit in vobis, ait, qui et in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens [21]. » In illa vero ad Romanos: « Quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen [22]. » In illa pariter ad Titum: « Exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi [23]. » Et Isaias clamat: « Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus, et vo-

Ἡμεῖς δὲ τὸν πατρῷον κλῆρον ἄσυλον φυλάττειν σπουδάζομεν, καὶ ἣν παρελάβομεν πίστιν μεθ' ἧς καὶ ἐβαπτίσθημεν καὶ βαπτίζομεν, ἀνέπαφον καὶ ἀκήρατον διατηροῦμεν· καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου· τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο (49) γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε. Διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· οὔτε γὰρ τὴν ἕνωσιν λύομεν, καὶ ἀσύγχυτον αὐτὴν γεγενῆσθαι πιστεύομεν, τῷ Κυρίῳ πειθόμενοι λέγοντι τοῖς Ἰουδαίοις· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Εἰ δὲ κρᾶσις ἐγεγόνει καὶ σύγχυσις, καὶ μία φύσις ἐξ ἀμφοῖν ἀπετελέσθη, ἐχρῆν εἰπεῖν· Λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσομαι. Νῦν δὲ δεικνὺς ὡς ἄλλο μὲν ὁ Θεὸς κατὰ τὴν φύσιν, ἄλλο δὲ ὁ ναὸς, εἷς δὲ Χριστὸς ἀμφότερα, « Λύσατε, φησὶ, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, » σαφῶς διδάσκων, ὡς ὅτι οὐχ ὁ Θεὸς ἦν ὁ λυόμενος, ἀλλ' ὁ ναός. Καὶ τοῦ μὲν ἡ φύσις τὴν λύσιν ὑπεδέχετο, τοῦ δὲ ἡ δύναμις ἤγειρε τὸ λυόμενον. Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν ταῖς θείαις ἀκολουθοῦντες Γραφαῖς. Ὅτι μὲν γὰρ Θεὸς (50) Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονε. » Καὶ πάλιν· « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος (51) διαῤῥήδην διδάσκει λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου. » Καί· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· κἀγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν μὲν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησίν· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε (52) τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. » Ἐν δὲ τῇ πρὸς Φιλιππησίους· « Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, φησὶν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγὴν (53) ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. » Ἐν δὲ τῇ πρὸς Ῥωμαίους· « Ὧν (54) οἱ πατέρες καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Ἐν δὲ τῇ πρὸς Τίτον· « Προσδεχόμενοι (55) τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ Ἡσαΐας δὲ βοᾷ, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ

[14] Joan. II, 19. [15] Joan. I, 1. [16] ibid. 9. [17] Joan. XIV, 9. [18] Joan. X, 30. [19] ibid. 38. [20] Hebr. I, 3. [21] Philipp. II, 5. [22] Rom. IX, 5. [23] Tit. II, 13. [24] Isa. IX, 6.

(49) δι' ὃ Mans. liber vitiose
(50) ὁ Θεὸς Vind. Abest omnino a Mans., sed in margine Θεὸς ἀληθινός.
(51) καὶ (ὅτι) ὁ Λόγος ἦν Κυριος Mans.
(52) Ita Mans. Vind. δέ.
(53) Sic Vind. Sed Mans. ἁρπαγμόν.
(54) ἐν ᾧ habebat et Vindob. et Mans
(55) προσδεχόμενος Mans

Digitized by Google

ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » Καὶ πάλιν· « Ὀπίσω σου, φησὶν, ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδεισαν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. » Καὶ τὸ Ἐμμανουὴλ δὲ ὄνομα, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου τυγχάνει σημαντικὸν, ἑρμηνεύεται γὰρ, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίαν, *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς*, τουτέστιν, ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει Θεός. Καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἱερεμίας προθεσπίζει λέγων· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Καὶ ἄλλας δ' ἄν τις μυρίας εὕροι φωνὰς ἔκ τε τῶν θείων Εὐαγγελίων καὶ τῶν ἀποστολικῶν συγγραμμάτων, καὶ ἐκ τῶν προφητικῶν θεσπισμάτων, δεικνυούσας, ὅτι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

cabitur nomen ejus Angelus magni consilii, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, regnans, princeps pacis, Pater futuri sæculi. » Et iterum ait : « Post te **1296** ambulabunt, vincti manicis pergent, et te adorabunt; tantum in te est Deus, et non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israelis Salvator [22]. » Nomen vero Emmanuelis Deum simul et hominem significat [23] : explicatur enim secundum doctrinam evangelicam *Deus nobiscum*, id est, in homine Deus, in natura nostra Deus. Divus etiam Jeremias vaticinatur inquiens : « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacobo puero suo, et Israeli dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [24]. » Quamplurimæ aliæ erui possent voces tam in divinis Evangeliis et scriptis apostolorum, quam in prophetarum vaticiniis, quæ ostendunt, quod Deus verus est Dominus noster Jesus Christus.

Ὅτι δὲ καὶ ἄνθρωπος μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν προσαγορεύεται, διδάσκει μὲν αὐτὸς ὁ Κύριος, Ἰουδαίοις διαλεγόμενος καὶ βοῶν· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὅστις τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους προτέρᾳ λέγων· « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Καὶ δεικνὺς περὶ τίνος λέγει, ἑρμηνεύει τὸ εἰρημένον, οὑτωσὶ λέγων· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράφων ὁμοίως φησίν· « Εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. » Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν, ἐν Ἀθήναις δημηγορῶν· « Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, φησὶ, τὰ νῦν παραγγέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν· καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Καὶ ὁ μακάριος Πέτρος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, « Ἄνδρες, φησὶν, Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσιν οἷς, ἐποίησεν ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ. » Καὶ ὁ προφήτης δὲ Ἡσαΐας τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὰ πάθη προαγορεύων, ὃν πρὸ βραχέων ὠνόμασε Θεὸν, τοῦτον ἄνθρωπον ἀποκαλεῖ λέγων· « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· οὗτος τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν (56) ὀδυνᾶται. » Καὶ ἄλλας δ' ἂν ὁμοφώνους μαρτυρίας συλλέξας ἐκ τῆς ἁγίας Γραφῆς, ἐνέθηκα ἂν τῇ ἐπιστολῇ, εἰ μὴ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν ἠπιστάμην βίον ἔχειν τὴν τῶν θείων λο-

Quod vero et homo vocetur post incarnationem, docet quidem ipsemet Dominus cum Judæis disputans, et clamans : « Quid me quæritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum [25]? » et beatus Paulus in prima ad Corinthios, dicens : « Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum [26]; » ac ut ostendat, de quo verba faciat, quæ dixit, explicat, sic inquiens : « Et sicut in Adamo moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [27]. » Ad Timotheum quoque scribens, similiter dicit : « Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus [28]. » In Actis etiam, dum Athenis concionatur, ait : « Et tempora quidem hujus ignorantiæ **1297** despiciens Deus, nunc enuntiabit hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, per virum per quem statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis [29]. » Beatus pariter Petrus Judæis prædicans : « Viri, ait, Israelitæ, audite verba hæc : Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo inter vos virtutibus et prodigiis et signis quæ fecit Deus per illum [30]. » Et propheta Isaias Christi Domini passionem prænuntians, quem nuper Deum nominavit, hunc hominem appellat his verbis : « Vir dolorum, et sciens perferre infirmitatem. Languores nostros ipse tulit, et pro nobis doluit [31]. » Alia quoque e sacra Scriptura collecta testimonia in epistola posuissem, nisi perspectum mihi esset, vitam esse pietati vestræ divinorum sermonum meditationem secundum hominem, qui in Psalmis beatus dicitur. Industriæ præterea

[22] Isa. XLV, 14. [23] Matth. I, 23. [24] Baruch. II, 36, 38. [25] Joan. VII, 19; VIII, 40. [26] I Cor. XV, 21. [27] Ibid. 22. [28] I Timoth. II, 5. [29] Act. XVII, 30, 31. [30] Act II, 22. [31] Isa. LIII, 3.

(56) ὑμῶν Vindob.

Digitized by Google

vestræ testimoniorum collectionem relinquens, ad propositum transeo.

κατελάβομεν τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, καὶ εὕρομεν πάσης συγχύσεως καὶ ἐμφυλίου πολέμου (84) γέμοντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως (85), καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου (86) συμφραξαμένων, καὶ πλῆθος ἀγροικικὸν συναθροισάντων, καὶ μήτε τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι συγχωρησάντων, μήτε τὰς ἑσπερινὰς ἢ τὰς ἑωθινὰς λειτουργίας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀποκλεισάντων, καθ' ἑαυτοὺς δὲ σὺν τοῖς ἀπατηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν συνεδρευσάντων, καὶ μυρία παράνομα ἐργασαμένων, καὶ τούς τε τῶν ἁγίων Πατέρων κανόνας, τά τε ὑμέτερα πατησάντων θεσπίσματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου κορυφῆς ἀποσταλέντος, παρεγγυήσαντος αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, ἀναμεῖναι τοὺς πανταχόθεν ἀφικνουμένους ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τότε κοινῇ τὸ συνέδριον ποιῆσαι κατὰ τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· καὶ αὐτοῦ δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐπιστείλαντός μοι τῷ τῆς Ἀντιοχέων, πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ γενομένου ὑπ' αὐτῶν συνεδρίου, ὡς ἡ σύνοδος πᾶσα ἀναμένει μου τὴν παρουσίαν.

Διὸ ἀμφοτέρους τοὺς προειρημένους καθείλομεν, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ λοιποὺς, τοὺς ταύτης τῆς παρανομίας αὐτοῖς κοινωνήσαντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὰ κεφάλαια τὰ παρὰ Κυρίλλου ἐκπεμφθέντα, τῆς Ἀπολιναρίου καὶ Εὐνομίου καὶ Ἀρείου κακοδοξίας γέμοντα, ἐκβάλωσι καὶ ἀναθεματίσωσι, καὶ κατὰ τὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμα κοινῇ σὺν ἡμῖν συνεδρεύσαντες, ἡσύχως καὶ ἀκριβῶς τά τε ζητήματα σὺν ἡμῖν ἴδωσι, καὶ τὸ εὐσεβὲς τῶν Πατέων βεβαιώσωσι δόγμα.

Περὶ δὲ τῆς ἐμῆς βραδύτητος ἴστω ὑμῶν ἡ εὐσέβεια, ὡς πρὸς τὸ χερσαῖον διάστημα τῆς ὁδοῦ (διὰ γῆς γὰρ ἡμῶν ἡ ὁδὸς γεγένηται) σφόδρα ἐπεταχύναμεν· τεσσαράκοντα γὰρ μονὰς ὠδεύσαμεν, μηδεμιᾶς ἀνακωχῆς κατὰ τὴν πορείαν ἀπολαύσαντες, ὡς ἔξεστιν ὑμῶν τῇ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ παρὰ τῶν τὰς κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις οἰκούντων μαθεῖν. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ λιμὸς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν γενόμενος, καὶ αἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ταραχαὶ τοῦ δήμου, καὶ παρὰ (87) τὸν καιρὸν σφοδροτάτη γενομένη ἐπομβρία, ἣ καὶ κίνδυνον ἐκ τῶν χειμάρρων ἐπήγαγε τῇ πόλει, οὐκ ὀλίγας ἡμέρας ἡμᾶς εἰς τὴν προειρημένην ἐπέσχε πόλιν.

ad Ephesiorum metropolin devenimus, et confusionibus intestinoque bello res ecclesiasticas oppletas esse comperimus : quandoquidem Cyrillus Alexandrinus et Memnon Ephesius, satellitio comparato, magnaque agrestium hominum multitudine coacta, ne sanctæ quidem Pentecostes festum celebrare, matutinave aut vespertina officia obire permiserunt. Ac præter hæc, sanctas etiam ecclesias, sanctasque martyrum ædes nobis præcludentes, ipsi cum quibusdam in errorem illorum abductis inter se confessum instituerunt, sanctorumque Patrum canonibus, ' vestrisque decretis proculcatis, sexcenta scelerum exempla ediderunt : cum tamen magnificentissimus comes Candidianus a Christi amante celsitudine vestra missus, et scripto et sine scripto illis denuntiasset, ut sanctissimorum episcoporum undecunque advenientium præsentiam exspectarent, ac tum demum juxta pietatis vestræ litteras, convenienter synodum celebrarent. Sed et ipse quoque Cyrillus Alexandrinus, biduo ante habitum ab ipsis consessum illum, scripserat ad me Antiochenum episcopum, quod universa synodus meum adventum præstolabatur.

1315 Propter hæc ergo utrumque, Cyrillum, inquam, et Memnonem exauctoravimus, et ab omni ecclesiastica functione amovimus : reliquos vero hujus iniquitatis eorum socios excommunicationi subjecimus, donec capita, quæ Cyrillus, Apollinarii et Eunomii et Arii perversis dogmatibus plena evulgavit, abjiciant et anathematizent, ac juxta pietatis vestræ decretum communiter nobiscum consessum celebrent, controversiasque, qua convenit diligentia et quiete, una nobiscum discutiant, et pium sanctorum Patrum dogma confirment.

Quod vero tardius aliquanto advenerim, aliud causæ fuit. Nam si terrestris itineris intervallum (terra enim venimus) pietas vestra spectaverit, magna profecto celeritate nos iter hoc confecisse comperiet : siquidem quadraginta mansiones peragravimus, nulla unquam a progrediendo relaxatione usi, quemadmodum Christo dilecta vestra majestas, ex earum civitatum incolis, per quas iter fecimus, facile intelligere potest. Fames præterea, quæ Antiochenam civitatem vehementer affixit, et quotidianæ populi perturbationes, et frigens præter tempus vis imbrium, quæ torrentibus inundantibus, in discrimen civitatem adduxerat, non paucos quoque dies in supra dicta civitate nos detinuerunt.

PNΓ'. — *Ἀναφορὰ τῶν αὐτῶν πρὸς τὰς βασιλίδας* (88).

1316 CLIII.— *Relatio eorumdem ad reginas.*

Ἕτερα γνωρίζειν τῇ ὑμετέρᾳ προσδοκήσαντες εὐσεβείᾳ, τὰ ἐναντία δηλῶσαι ἠναγκάσθημεν, τῆς

Contraria iis quæ sperabamus, vestræ pietati significari compulsi sumus, tyrannica Cyrilli Ale-

(84) πολέμου aberat a Garn.
(85) Ἀλεξανδρείας M.
(86) τοῦ Ἐφεσίου abest a Mans.
(87) περὶ Mans. in marg.
(88) Est in eadem collectione l. c., p. 1277 seq.

Digitized by Google

xandrini et Memnonis Ephesini petulantia ad eam necessitatem nos perurgente.

Nam cum propter ecclesiasticarum sanctionum ordinem, piaque Christi amantium imperatorum nostrorum decreta, religiosissimorum episcoporum adventantium præsentiam eos operiri, communiterque quæ sanctæ fidei sunt, expendere, et ortas controversias simul examinare, atque apostolicum dogma exacte discussum confirmare oporteret : nobis se nostrum adventum præstolari cum scripsissent, didicissentque tridui itinere nos abesse ; tyrannico inter se consessu constituto, res flagitiosas, illegitimas, omnique absurditate plenas ausi sunt : cum tamen magnificentissimus comes Candidianus, ordinis servandi causa a religiosissimis Christique amantibus imperatoribus nostris missus, et verbo, et scripto illis denuntiasset, ut piissimorum episcoporum, qui convocati fuerant, adventum exspectarent, neque quidquam circa piam fidem innovarent ; sed illis, quæ a piæ mentis imperatoribus nostris decreta essent, insisterent.

Verum tum litteris imperialibus, tum etiam magnificentissimi comitis Candidiani consiliis **1317** auditis ordinem et decorum parvipendentes, aspidum ova fregerunt, et telam, sicuti propheta loquitur [77], aranæ texunt. Sed qui de ovis eorum comedere voluerit, conterens inveniet putridum, et in ipso regulus. Proinde confidenter clamamus : « Tela eorum non erit in vestimentum, neque operientur e manuum suarum operibus [77]. »

Cum ergo illorum temeritates et ineptias multas advertissemus (nam et sanctas ecclesias et martyrum ædes occluserunt, et ne sanctæ Pentecostes solemnitatem celebraremus, impedimento fuerunt, et tyrannicæ præterea insolentiæ suæ ministros ad episcoporum domos mittentes, ac extrema quæque minantes, iniquis suis studiis conatibusque illos subscribere compulerunt), prædictos Cyrillum et Memnonem deposuimus, et ab episcopali munere amovimus; reliquos autem insolentiæ illorum socios, vel metu vel adulatione adactos, excommunicationi subdidimus, donec vulnera sua sentientes ex animo resipiscant, et hæretica Cyrilli capita, Apollinarii, et Arii, et Eunomii impietati consentanea, anathematizent, et sanctorum Patrum Nicænorum fidem recipiant, et juxta pia Christi amantium imperatorum nostrorum edicta, quiete et absque omni tumultuatione in concilium conveniant, propositasque quæstiones accurate simul dispicere velint, et evangelicæ fidei sinceritatem sine fuco custodiant.

[77] Isa. LIX, 6.

τυραννικῆς ἀταξίας Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου τοῦτο ποιῆσαι βιαζομένης.

Δέον γὰρ διά τε τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἀκολουθίαν, καὶ διὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα, ἀναμεῖναι μὲν τῶν ἀφικνουμένων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν παρουσίαν, κοινῇ δὲ σκέψασθαι (89) τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως, καὶ τὰ προκείμενα ζητήματα συνιδεῖν, καὶ ἀκριβῶς τὸ ἀποστολικὸν ἐρευνήσαντας βεβαιῶσαι δόγμα· γράψαντες ἡμῖν, ὡς τὴν ἡμετέραν ἀναμένουσι παρουσίαν, καὶ μαθόντες ὡς ἀπὸ τριῶν μονῶν τυγχάνομεν, καθ' ἑαυτοὺς τυραννικὸν συνέδριον συγκροτήσαντες, ἄθεσμα καὶ παράνομα, καὶ πάσης ἀτοπίας γέμοντα ἐτόλμησαν πράγματα· καὶ ταῦτα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, τοῦ εὐταξίας χάριν ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀποσταλέντος, καὶ ἀγράφως αὐτοῖς καὶ ἐγγράφως παρεγγυήσαντος ἀναμεῖναι τοὺς συγκληθέντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καὶ μηδὲν νεωτερίσαι περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν. ἀλλὰ στοιχῆσαι τοῖς θεσπισθεῖσι παρὰ τῶν τὰ θεῖα φρονούντων βασιλέων ἡμῶν.

Ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦ βασιλικοῦ γράμματος ἐπακούσαντες, καὶ τῶν συμβουλιῶν τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, σμικρὸν τῆς εὐταξίας φροντίσαντες, ὠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ἱστὸν ἀράχνης, κατὰ τὴν Προφήτην, ὑφαίνουσιν. Ἀλλ' ὁ μέλλων τῶν ὠῶν αὐτῶν φαγεῖν, συντρίψας οὖριον εὗρε, καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκος. Διὸ θαῤῥαλέως βοῶμεν· « Ὁ ἱστὸς αὐτῶν οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον, οὐδὲ μὴ περιβάλλονται ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν. »

Τούτου χάριν τὰς πολλὰς ἀτοπίας αὐτῶν θεασάμενοι· (τάς τε γὰρ ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια ἀπέκλεισαν, τῆς τε ἁγίας Πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι οὐκ εἴασαν· καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τῆς τυραννικῆς αὐτῶν ἀταξίας ὑπηρέτας εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, ὑπογράψαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως τολμηθεῖσιν ἠνάγκασαν·) οὗ χάριν τοὺς προειρημένους Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθείλομεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν, τούς τε συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ ἀταξίᾳ, καὶ εἴτε κολακείᾳ, εἴτε φόβῳ ὑποσυρέντας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν εἰς αἴσθησιν τῶν οἰκείων ἐλθόντες τραυμάτων, καὶ μεταμεληθῶσι γνησίως, καὶ τὰ αἱρετικὰ Κυρίλλου κεφάλαια, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἀναθεματίσαντες, τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων ἀνακτήσωνται πίστιν, καὶ κατὰ τὰ εὐσεβῆ τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων θεσπίσματα ἡσύχως καὶ δίχα θορύβου τινὸς εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες, ἀκριβῶς τά τε ζητούμενα συνιδεῖν ἐθελήσωσι, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τὸ εἰλικρινὲς ἀβλαβῶς φυλάξωσι.

(89) Ita Mans. in margine. Textus vulg. διασκέψασθαι.

Digitized by Google

ΡΝΔ'. — *Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύγκλητον* (90).

Τῇ θεοφιλεῖ καὶ φιλοχρίστῳ συγκλήτῳ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Λίαν ἀλγοῦμεν, οἰκείων μελῶν ἐκτομὴν τῇ ὑμετέρᾳ μεγαλοπρεπείᾳ μηνύειν ἀναγκαζόμενοι. Εἰ γὰρ καὶ ἀναγκαῖος ὁ χωρισμὸς τῶν σεσηπότων μελῶν, ἀλλ' ὅμως ὀδύνην πικρὰν τῷ λοιπῷ σώματι κατεργάζεται. « Εἰ πάσχει γάρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. » Ἀλλ' ὅμως οὐ παραιτητέα τοῖς ἰατροῖς τῶν ἀχρήστων καὶ ἐπιβλαβῶν μελῶν ἡ τομή. Ὁ γὰρ ἐχέφρων καὶ σοφὸς τῶν σωμάτων θεραπευτὴς εἰς τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν ἀφορῶν ὑγείαν, καταφρονεῖ τοῦ σεσηπότος, παντὶ τῷ σώματι τὴν σωτηρίαν πραγματευόμενος.

Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος πεποιήκαμεν. Εὕρομεν γὰρ Κύριλλον, τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ Μέμνονα, τὸν Ἐφέσου, μυρία ἄττα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐργαζομένους δεινὰ, καὶ θορύβου, καὶ ταραχῆς τήν τε πόλιν, καὶ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐμπλήσαντας, ναύταις τε Αἰγυπτίοις καὶ ἀγροίκοις Ἀσιανοῖς, ὑπουργοῖς τῆς τυραννίδος χρησαμένους, καὶ μήτε τοὺς συγκληθέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναμείναντας, μήτε τῶν γραμμάτων τῶν θεοφιλεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἀνασχομένους, μήτε ταῖς εἰσηγήσεσι καὶ παραγγελίαις τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ πεισθέντας· ἀλλὰ πάντα φύρδην συγχέαντας τὰ τῆς εὐσεβείας σεμνὰ, ἀθέσμως τε καὶ παρανόμως πάντα ἐργαζομένους, καὶ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι κωλύσαντας, τούς τε θείους ναοὺς, καὶ τοὺς τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὺς, ἀποκλείσαντας· ἵνα μηδὲ εὔξασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῇ, τοῖς μακρὰν μὲν πορείαν πεποιημένοις, ἐφιεμένοις δὲ πάσας τὰς τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων περιπτύξασθαι λάρνακας, οὐχ ἥκιστα δὲ τὴν τοῦ τρισμακαρίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου καὶ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ πολλὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον Δεσπότην παῤῥησίαν κτησαμένου.

Διὸ τοὺς προειρημένους Κύριλλον καὶ Μέμνονα καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ συνεργήσαντας αὐτῶν τῇ αὐθαδείᾳ καὶ τυραννίδι, ἢ δι' ἀπάτην, ἢ διὰ φόβον, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, συμμετρήσαντες τὴν παιδείαν τῇ τῆς προαιρέσεως μεταμελείᾳ.

Ἣν γὰρ αἴσθωνται τῆς πλημμελείας (91), καὶ της αἱρετικῆς παύσωνται κακοδοξίας, τήν τε τῶν ἁγίων Πατέρων πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων ἀνακτήσωνται, καὶ σὺν ἡμῖν κατὰ τὰ γράμματα

[78] I Cor. XII, 26.

(90) Eamdem epistolam reperies apud Mansum, l. c., p. 1273 seq.

(91) μεταμελείας Mansi in marg. Interpretatio etiam Latina a Garnerio edita : *Si eos pœnituerit.* Vitium natum videtur ex antecedentibus verbis. Sed iidem Orientales eodem in contextu epistolæ sequentis : ἐπιγνόντες πλημμέλημα.

CLIV. — *Eorumdem ad senatum Constantinopolitanum epistola.*

Pio Christoque dilecto senatui, sancta synodus in Domino salutem.

Magno sane animi dolore hoc ipso afficimur, quod membrorum nostrorum excisionem vestræ magnificentiæ indicare compellimur. Nam etsi putridorum membrorum separatio est necessaria ; attamen acerbum dolorem reliquo corpori affert. « Si quid enim, inquit beatus Paulus, patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra [78]. » Verumtamen inutilium noxiorumque membrorum refectio a medicis est adhibenda. Etenim prudens ac sapiens corporum curator reliquorum membrorum sanitatem ob oculos ponens, illud quod putredine consumptum erat, negligit, ad totius corporis curam et conservationem omne consilium et studium conferens.

Hoc ipsum in præsentia et nos quoque fecimus. Comperimus enim Cyrillum Alexandrinum episcopum, et Memnonem Ephesiorum, sexcenta gravissima et detrimentosa contra sanctam Dei Ecclesiam gessisse, et civitatem, sanctamque synodum turbis tumultibusque complesse, atque ex nautis Ægyptiis, Asiaticisque rusticis satellitio collecto, tyrannidi suæ ministros quæsivisse, neque sanctissimos piissimosque episcopos convocatos exspectasse, neque litterarum piissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum ullam rationem **1319** duxisse, neque magnificentissimi ac celeberrimi comitis Candidiani admonitiones et præcepta quidquam omnino curasse ; sed omnia religionis ornamenta late permiscuisse, omnia inique et illegitime perpetrasse, sacram sanctæ Pentecostes solemnitatem celebrari vetuisse, sacra templa invictissimorumque martyrum ædes præclusisse, ita ut ne orare quidem volentibus licuerit, e locis usque adeo remotis venientibus, sanctorumque ac triumphantium martyrum, maxime vero beatissimi Joannis theologi ac evangelistæ (quem summam apud Dominum nostrum fiduciam familiaritatemque obtinuisse constat), monumenta omnia complectendi desiderio flagrantibus.

Quapropter prædictos Cyrillum et Memnonem deponere, et episcopali munere exuere compulsi sumus ; reliquos vero tyrannidis ac temeritatis illorum fautores et administros, sive metu adacti, sive fraude quoque allecti fuerint, excommunicationi subjecimus, correctioni modum voluntaria illorum pœnitentia definientes

Nam si errorem agnoverint, et hæreticam doctrinam deseruerint, sanctorumque Patrum, qui Nicææ Bithyniæ convenerunt, fidem receperint, et nostro consessui juxta religiosissimorum ac Christi aman-

Digitized by Google

tium imperatorum nostrorum litteras sese adjunxerint, eaque modestia, quæ sacerdotes decet, quæ disputantur, pervestigarint ; excommunicationis vinculo absolventur, et in sacerdotalis ministerii locum restituentur.

τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων εἰς τὸ συνέδριον συνελθόντες μεθ' ἡσυχίας ἱερεῦσι πρεπούσης τὰ ζητούμενα ἐρευνήσωσι, τοῦ τε δεσμοῦ τῆς ἀκοινωνησίας ἀπαλλαγήσονται, καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀπολήψονται λειτουργίαν.

1320 CLV. — *Epistola Joannis episcopi Antiocheni, cæterorumque, qui cum ipso erant, ad clerum Constantinopolitanum.*

Intellexit haud dubie pietas vestra iniquas temerariasque Cyrilli Alexandrini Memnonisque Ephesii, et cæterorum qui cum ipsis sunt, machinationes, contra omne fas et jus, qui contra piissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum litteras inter se consessum constituere non sunt veriti.

PNE'. — *Ἐπιστολὴ* (92) *Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως κλῆρον.*

Ἔγνω που πάντως ὑμῶν ἡ εὐλάβεια τὰ ἀθέσμως καὶ παρανόμως ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, παρὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συνεδρευσάντων γεγενημένα.

Quapropter necessarium duximus pietatem vestram certiorem facere, omnes illorum conatus et machinationes, juxta prophetæ dictum[19], araneæ telam esse. Illi autem qui hæc ausi sunt, ut temeritatis, iniquitatis, confusionisque auctores, Cyrillus et Memnon, a nobis exauctorati, atque episcopali dignitate exuti sunt; cæteros vero, qui eorum consessui adesse voluerunt, excommunicationi subjecimus, donec, proprio errore agnito, hæretica Cyrilli Alexandrini capita anathematizent, fidemque sanctorum Patrum, qui in Nicæa Bithyniæ quondam convenerunt, sincero animo complectantur.

Διὸ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν γνωρίσαι ὑμῶν τῇ θεοσεβείᾳ, ὡς ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα, ἱστὸς ἀράχνης, κατὰ τὸν προφήτην, ὑπάρχει. Αὐτοὶ δὲ οἱ ταῦτα τετολμηκότες, ὅ τε Κύριλλος, καὶ ὁ Μέμνων, ὡς ἔξαρχοι τῆς ἀταξίας καὶ παρανομίας γενόμενοι ὑφ' ἡμῶν καθῃρέθησαν, καὶ ἀλλότριοι τῆς ἐπισκοπῆς ἐγένοντο· τοὺς δὲ σὺν αὐτοῖς συνεδρεῦσαι ἑλομένους, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν τὸ οἰκεῖον ἐπιγνόντες πλημμέλημα, τά τε αἱρετικὰ κεφάλαια Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀναθεματίσωσι, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συναθροισθέντων ἀδόλως καταδέξωνται.

Ne quis igitur ex eorum numero, qui seditiones excitare solent, vestram pietatem conturbet : nam temerarii et illegitimi illorum ausus, ut jam significavimus, nullam penitus vim habent.

Hoc ipsum quoque pio Christique amanti imperatori nostro, cæterisque magnificentissimis celeberrimisque principibus indicavimus.

Μὴ τοίνυν θορυβήσῃ τις τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν τῶν τὰ τοιαῦτα ποιεῖν εἰωθότων· οὐδεμίαν γὰρ ἰσχὺν, ὡς ἤδη ἐδηλώσαμεν, ἔχει τὰ παρανόμως ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα.

Τοῦτο δὲ καὶ τῷ εὐσεβεῖ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ ἐγνωρίσαμεν, καὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις καὶ ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι.

1321 CLVI. — *Eorumdem ad populum Constantinopolitanum epistola.*

Synodus piissimo fidelissimoque, ac Christo amanti populo sanctæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

PNC'. — *Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαόν* (93).

Τῷ εὐλαβεστάτῳ, καὶ πιστοτάτῳ, καὶ φιλοχριστῳ λαῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἡ σύνοδος.

Lex est sine scripto tradita pastoribus, nempe ut sedulam operam navent, ne gregem aut fures rapiant, aut feræ devorent, aut morbi qualescunque lædant. Quod si illi qui pecudum curam susceperunt, tantam providentiam, tantamque sollicitudinem illis impendunt, ut beatus Jacob ad Laban clamet : « Diei æstu urebar, et noctis gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, captum a bestia tibi non attuli[20]; » quantam ratione præditis Salvatoris nostri gregibus curam impendere par erit, qui greges divinis characteribus insigniti sunt, in Christum quidem baptizati, et Christum induti, et Dominici vultus lumine signati. Quamobrem ne vanis rumoribus seducti mœrore tabescatis, turbarumve flu-

Νόμος ἐστιν ἄγραφος τοῖς ποιμέσι πολλὴν τῶν προβάτων ποιεῖσθαι κηδεμονίαν, ἵνα μήτε κλέπτης ταῦτα ληστεύῃ, μήτε θηρία κατεσθίῃ, μήτε νόσος λυμαίνηται. Εἰ δὲ οἱ τῶν ἀλόγων προβάτων τὴν κηδεμονίαν πεπιστευμένοι τοσαύτην αὐτῶν ποιοῦνται προμήθειαν, ὡς βοᾷν τὸν μακάριον Ἰακὼβ πρὸς τὸν Λάβαν· « Ἤμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ θηριάλωτον οὐκ ἐνήνοχά σοι· » ὅσην χρὴ ποιήσασθαι πρόνοιαν τῶν λογικῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προβάτων, ἃ τοὺς θείους περίκειται χαρακτῆρας, βαπτισθέντα μὲν εἰς Χριστὸν, ἐνδυσάμενα δὲ Χριστὸν, καὶ σημειωθέντα τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Κυρίου ; Τούτου χάριν ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τὰς

[19] Isa. LIX, 5. [20] Gen. XXXI, 39, 40

(92) Ἀναφορὰ Mans. in margine l. c., p. 1273.
(93) Habet hanc epistolam Mans. Collect. l. c., p. 1275 seq.

Digitized by Google

ὑμετέρας διὰ γραμμάτων προθεραπεῦσαι ψυχάς· ἵνα μὴ ταῖς ματαίαις φήμαις ὑπαχθέντες ἀθυμήσητε, καὶ ταραχὴν ταῖς διανοίαις εἰσδέξησθε.

Ἀφικόμεθα γὰρ εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, τοῦ κηδεμόνος τῶν ὅλων Θεοῦ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν τὴν διάνοιαν εἰς τοῦτο κινήσαντος, καὶ εὕρομεν τήν τε πόλιν θορύβου παντὸς πεπληρωμένην, καὶ τὴν ἅπασαν σύνοδον οὐ μετρίως ταραττομένην, καὶ κλύδωνα θαλάττιον τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν μιμουμένην, Κυρίλλου τοῦ πρὶν Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίων, δίκην καταιγίδων τὸν χαλεπὸν τοῦτον ἐγειράντων χειμῶνα. Δείσαντες γὰρ ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ἵνα μὴ τὰ κεφάλαια τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ κακοδοξίας, τὰ τῇ Ἀπολιναρίου δυσσεβείᾳ συμβαίνοντα, ἐρευνήσαντες, αἱρετικὸν αὐτὸν κατακρίνωμεν· ὁ δὲ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ῥᾳθυμίας τὰ κατὰ τὴν πόλιν θρυλλούμενα· συμφρονήσαντες, καὶ μίαν τυραννικὴν ἀναδειξάμενοι γνώμην· καὶ ὁ μὲν πεντήκοντα Αἰγυπτίους ἐπισκόπους, ὁ δὲ Ἀσιανοὺς πλείους ἢ τριάκοντα συναγαγὼν, καὶ ἄλλους τινὰς, τοὺς μὲν ἀπάτῃ, τοὺς δὲ φόβῳ προσλαβόμενοι, οὐκ ἠβουλήθησαν μὲν ἀναμεῖναι τὸ κοινὸν τῶν πανταχόθεν ἀφικνουμένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων συνέδριον, καταφρονήσαντες δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, καὶ πάντα ἀτόπως καὶ παρανόμως διαπραξάμενοι, ὡς ἐξ ἀκροπόλεως μὲν δυσσεβεῖν ἅπασι παρακελεύονται, ναύτας δὲ καὶ κληρικοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ἀγροίκους Ἀσιανοὺς εἰς τὰς τῶν ἐπισκόπων οἰκίας ἀποστέλλοντες, καὶ τὰ ἀνήκεστα ἀπειλοῦντες, καὶ φόβον τοῖς σαθροτέροις ἐπικρεμῶντες, καὶ τὰς οἰκίας ἔξωθεν ἐπιγράφοντες, ὡς ἐπισήμους εἶναι τοὺς πολιορκηθῆναι ὀφείλοντας, ἠνάγκαζον συντίθεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρανόμως γεγενημένοις.

Ταῦτα καταλαβόντες, καὶ πεῖρᾳ τὴν τυραννικὴν αὐτῶν ἀταξίαν μεμαθηκότες, ἄτοπον ἡγησάμεθα, τοὺς εἰς τοσοῦτον κακίας ἐληλακότας, ἐν τῇ θείᾳ καὶ μεγάλῃ ἱερωσύνῃ καταλιπεῖν.

Διὸ τούτους μὲν, ὡς τῶν κακῶν ἡγεμόνας, καθελεῖν ἠναγκάσθημεν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀλλοτρίους πεποιήκαμεν· τοὺς δὲ τούτοις συνεργήσαντας τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὑπεβάλομεν δεσμῷ, οὐκ ἀπαγορεύοντες τὴν μετάνοιαν, ἀλλὰ τὴν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῖς ὑπανοίξαντες θύραν. Ἢν γὰρ ἐθελήσωσιν (94) ὡς τάχιστα ἀναθεματίσαι μὲν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου ἀποσταλέντα κεφάλαια, τὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας (95) ἀλλότρια, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων ἐπανελθεῖν, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, καὶ κατὰ τὸ γράμμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, ἀθορύβως καὶ ἀκριβῶς τά τε προκείμενα συζητῆσαι, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα κυρῶσαι, παραυτίκα αὐτοὺς ὡς οἰκεῖα μέλη δεξόμεθα, καὶ τοὺς ἱερατικοὺς αὐτοῖς ἀποδώσομεν θρόνους.

(94) ἐθέλωσιν textus vulg. apud Mans. et Garn.

A ctibus exagitemini, operæ pretium duximus his nostris litteris animas vestras præmunire.

Nos enim, universorum curatore Deo mentes religiosissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum ad hoc instigante, Ephesum advenimus, ac civitatem quidem omni tumultuationis genere plenam, universam vero synodum non mediocriter turbis agitatam, sanctam autem Ecclesiam, velut mare sæva quadam tempestate jactatam reperimus, Cyrillo **1322** Alexandriæ antea episcopo, et Memnone Ephesino, instar procellæ tetram hanc tempestatem concitantibus. Ambo enim metuentes : Ægyptius quidem, ne in hæreticæ doctrinæ ipsius capita, cum Apollinarii impietate convenientia, inquireremus, ipsumque hæreseos condemnaremus; alter vero, propter alia ignavæ suæ administrationis, quæ tota civitate rumor jactaverat : inter se conspirantes, et unam tyrannicam mentem præ se ferentes : et ille quidem quinquaginta episcopos Ægyptios, alter vero plus quam triginta Asiaticos et aliquos alios, hos quidem astu circumventos, illos vero metu inductos, congregantes; noluerunt quidem commune sanctissimorum episcoporum undecunque adventantium exspectare concilium : contemptis autem ecclesiasticis legibus, omniaque absurde et scelerate gerentes, tanquam ex arce omnes ad impietatem adhortabantur : nautas vero, clericosque Ægyptios, et agrestes Asianos ad episcoporum domos mittentes, extremaque interminantes, ac infirmiores perterrefacientes, et domos forinsecus inscribentes, quo nimirum oppugnandi conspicui essent, iniquis ipsorum actis assentiri compellebant.

Hæc autem cum animadvertissemus, experientiaque tyrannidem illorum comperissemus, indignum judicavimus, si eos qui in tantum progressi sunt improbitatis, in divina et magna sacerdotali functione relinqueremus.

Quare hos quidem tanquam malorum auctores deponere coacti fuimus, et ab episcopatu omnino amovimus; **1323** cæteros autem qui horum adjutores et administri fuerunt, excommunicationis vinculo subjecimus, pœnitentiam non denegantes; quin potius clementiæ ostium subapertum eis reliquimus. Nam si capita a Cyrillo emissa, quæ ab apostolica et evangelica doctrina aliena sunt, quamprimum anathematizare voluerint, et ad sanctorum Patrum, qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt, fidem redire, et juxta pientissimorum ac Christi amantium imperatorum nostrorum litteras, et quæ proposita sunt, sine tumultu ac exacte nobiscum disquirere, piumque dogma confirmare; mox illos veluti propria membra suscipiemus, sedesque sacerdotales ipsis restituemus.

(95) ἐκκλησίας Mans. in margine.

Digitized by Google

CLVII. — *Relatio Orientalis conciliabuli ad imperatorem victoriis clarum, rursum significans depositionem Cyrilli et Memnonis.*

ΡΝΖ'. — *Ἀναφορὰ τῆς Ἀνατολικῆς συνόδου πρὸς τὸν καλλίνικον βασιλέα, δηλοῦσα καὶ αὖθις τὴν γεγενημένην καθαίρεσιν Κυρίλλου καὶ Μέμνονος* (96).

Pietas vestra, quæ benefaciendo orbi et Ecclesiis Dei clarescit, jussit nos in Ephesiorum civitate congregari, ut inde lucrum et pax Ecclesiæ conciliaretur, non ut omnia confusione et perturbatione complerentur. Sed et ipsa vestræ majestatis edicta aperte ac diserte piam vestram et pacificam pro Ecclesiis Dei indicant mentem.

Ἡ διαλάμπουσα ὑμῶν εὐσέβεια ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν Ἐφεσίων ἀθροισθῆναι, ὥστε κέρδος καὶ εἰρήνην τῇ Ἐκκλησίᾳ περιποιῆσαι, οὐχ ὥστε συγχύσεως καὶ ἀταξίας πάντα πληρῶσαι. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους θεσπίσματα σαφῶς καὶ διαῤῥήδην τὸν εὐσεβῆ ὑμῶν καὶ εἰρηνικὸν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησιῶν μηνύει σκοπόν.

Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perniciem Ecclesiarum, ut videtur, et natus et educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesii audacia, primum quidem in placidum et pium **1324** vestrum edictum peccavit, per omnia se profanum ostendens. Nam cum vestra majestas præceperit de fide diligens examen et inquisitionem, eamque haberi cum concordia et pace omnium : Cyrillus de Apollinarii dogmatibus accusatus, imo ipse seipsum redarguens, per ea, quæ cum anathematismis nuperrime in regiam urbem cum propria subscriptione misit, in quibus deprehensus est sentire cum impio et hæretico Apollinario, his omnibus posthabitis, quasi tempora hæc regia gubernatione destituta essent, in omnem prolabitur iniquitatem : cumque oporteret rationem reddere pravæ suæ de Domino nostro Jesu Christo opinionis, sibi auctoritatem usurpans, neque a canonibus, neque a vestris edictis ei concessam, in omne genus immodestiæ ac sceleris ruit.

Ὁ δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, ὡς ἔοικε, Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, συνεργὸν λαβὼν τὴν Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου θρασύτητα, πρῶτον μὲν εἰς τὸ γαληνὸν καὶ εὐσεβὲς ὑμῶν παρηνόμησε θέσπισμα, διὰ πάντων τὸ ἀκαθοσίωτον αὐτοῦ δεικνύς. Τοῦ γὰρ ὑμετέρου κράτους θεσπίσαντος περὶ πίστεως τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι, καὶ βάσανον ἀκριβῆ τὴν μεθ' ὁμονοίας καὶ εἰρήνης πάντων· ὁ Κύριλλος ἐπὶ τοῖς Ἀπολιναρίου δόγμασιν ἐγκαλούμενος, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλέγξας, δι' ὧν πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν μετ' ἰδίας ὑπογραφῆς ἀπέστειλε μετ' ἀναθεματισμῶν, ἐν οἷς τὰ τοῦ δυσσεβοῦς καὶ αἱρετικοῦ Ἀπολιναρίου φρονῶν ἐλήλεγκται, καὶ οὐδενὸς τούτων φροντίσας, ὡς ἐν ἀβασιλεύτοις καιροῖς, χωρεῖ πρὸς πᾶσαν παρανομίαν· καὶ δέον λόγον δοῦναι ὑπὲρ ὧν διεφθαρμένῃ χρῆται τῇ περὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δόξῃ, ἁρπάσας ἑαυτῷ τὴν αὐθεντίαν, τὴν μήτε παρὰ τῶν κανόνων αὐτῷ δεδομένην, μήτε ἀπὸ τῶν ὑμετέρων θεσπισμάτων, ὁρμᾷ πρὸς πᾶν εἶδος ἀταξίας καὶ παρανομίας.

Quamobrem mota sancta synodus, quæ non approbavit ejus adinventiones fidei pestiferas, ipsum quidem deponit propter prædicta omnia : Memnonem vero, velut administrum ejus, et commilitonem in omnibus, qui et innumeras turbas contra sanctissimos episcopos, pravæ illius ac hæreticæ opinioni assentiri recusantes, excitavit; et ecclesias atque oratoria omnia conclusit, quasi adessent paganorum et hostium Dei tempora; et vulgus regionis Ephesiorum introduxit, adeo ut nobis quotidie de summa rerum periclitandum sit, dum non de defensione, sed de rectis fidei dogmatibus cogitamus. Hos enim abscindere nihil aliud est, quam rectam fidem statuere.

Ἐπὶ τούτοις κινηθεῖσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ οὐ παραδεξαμένη τὰς ἐπὶ λύμῃ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐπινοίας, τοῦτον μὲν καθαιρεῖ διὰ τὰ προειρημένα πάντα· Μέμνονα δὲ ὡς συνεργὸν αὐτοῦ καὶ συναγωνιστὴν ἐν ἅπασι γεγενημένον, καὶ μυρίους θορύβους κατὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, τῶν συνθέσθαι τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου κακοδοξίᾳ μὴ ἀνασχομένων, ἐγείραντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ πάντα τόπον εὐκτήριον κλείσαντα, ὡς ἐν Ἑλληνικοῖς καὶ θεομάχοις καιροῖς· καὶ πλῆθος ἐπιχώριον τῆς Ἐφεσίων ἐπεισαγαγόντα, ὡς περὶ τοῦ παντὸς ἡμῖν εἶναι καθ' ἑκάστην τὸν κίνδυνον, οὐ πρὸς ἄμυναν βλέπουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀρθὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας. Τὸ γὰρ τούτους ἐκκόψαι, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὴν ὀρθοδοξίαν στῆσαι.

1325 Poterit autem majestas vestra, vel ex ipsis illius capitibus impiam ejus sententiam agnoscere : Impium enim Apollinarium, in hæresi jam mortuum, quasi ex inferno excitare, et contra Ecclesias et rectam fidem in aciem educere comperitur, et anathematizare in suis expositionibus evangelistas simul et apostolos, et post illos, Ecclesiæ progenitores, qui a Spiritu sancto, non a propriis cogitationibus impulsi, piam fidem prædicaverunt, et Evangelium annuntiaverunt, contra eam quam iste et sapit et loquitur, præcipiendoque vult ubivis

Ἔξεστι δὲ ὑμῶν τῷ κράτει ἐξ αὐτῶν αὐτοῦ τῶν κεφαλαίων τὸ δυσσεβὲς αὐτοῦ φρόνημα ἐπιγνῶναι· τελευτήσαντα γὰρ τὸν δυσσεβῆ Ἀπολινάριον ἐν τῇ αἱρέσει, οἱονεὶ ἐξ ᾅδου ἐγείρων, καὶ ἐπιστρατεύων ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐλέγχεται, καὶ ἀναθεματίζων ἐν οἷς ἐκτίθεται, εὐαγγελιστὰς ὁμοῦ καὶ ἀποστόλους, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους Ἐκκλησίας προγόνους, οἳ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ λογισμῶν οἰκείων ὁρμώμενοι τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐκήρυξαν, καὶ κατήγγειλαν τὸ Εὐαγγέλιον, ἀπεναντίας οἷς οὗτος καὶ φρονεῖ, καὶ διδάσκει, καὶ ἐξ

96) Est in Mansi Collect. conciliorum, l. c., p. 1365.

Digitized by Google

ἐπιτάγματος βούλεται τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κρατεῖν. Ὅπερ οὐ φέροντες, τῇ στάσει τῇ δεούσῃ ἐχρησάμεθα, τῇ τε θείᾳ ῥοπῇ καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας ὑμῶν θαῤῥοῦντες σκοπῷ.

Ἴσμεν γὰρ ὡς οὐδὲν προτιμήσετε τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ᾗ συντραφέντες ὑμεῖς τε, καὶ οἱ τρισμακάριοι ὑμῶν πρόγονοι, ἀδιάδοχα τὰ τῆς βασιλείας παρειλήφατε σκῆπτρα, τοὺς τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐναντιουμένους ἀεὶ καταλύοντες· ὧν ἐστιν ὁ προειρημένος Κύριλλος, ὃς ὥσπερ ἀκρόπολιν κατειληφὼς τὴν Ἔφεσον διὰ Μέμνονος τοῦ συνεργοῦ, δικαίως μετ' αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν ἀπηνέγκατο· πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις, πᾶσαν ἔφοδον, καὶ πᾶσαν ἀταξίαν ἐτόλμησαν καθ' ἡμῶν, οἱ συνελέγημεν, καὶ πόλεων ἀμελήσαντες, καὶ πατρίδων, καὶ ἑαυτῶν, ὥστε τὸ ὑμέτερον κυρῶσαι θέσπισμα.

Καὶ ἐσμὲν νῦν τυραννίδος παρανάλωμα, εἰ μὴ προκαταλάβῃ (97) ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, θεσπίζουσα ἑτέρωσε (98) ἡμᾶς συνελθεῖν, πλησίον που, ἔνθα δυνησόμεθα ἀπό τε τῶν Γραφῶν, καὶ τῶν συγγεγραμμένων τοῖς Πατράσι βίβλων, ἐλέγξαι αὐτοὺς σαφῶς, τόν τε Κύριλλον, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπαχθέντας, οὓς πεφεισμένως ἀκοινωνησίᾳ ὑπεβάλομεν, ἐλπίδας αὐτοῖς σωτηρίας, εἰ μεταμεληθεῖεν, ὑποφαίνοντες· οἳ ὥσπερ ἐπὶ στρατείᾳ βαρβαρικῇ ὕλας ἀταξίας αὐτῷ μέχρι τοῦ παρόντος παρέσχον· οἱ μὲν καθῃρημένοι ὄντες ἐκ πολλοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ προσληφθέντες· οἱ δὲ ἀκοινώνητοι τοῖς οἰκείοις μητροπολίταις, καὶ ὑπ' αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν δεχθέντες· ἄλλοι διαφόροις ἐγκλήμασιν ἐμπεπαρμένοι, παρ' αὐτοῦ τιμηθέντες. Καὶ ταῦτα ἐποίει ἀπὸ τοῦ πλήθους κυρῶσαι τὸ αἱρετικὸν αὐτοῦ πειρώμενος φρόνημα, μὴ λογισάμενος, ὡς ἐν εὐσεβείᾳ οὐκ ἀριθμὸς ζητεῖται, ἀλλ' ὀρθότης δογμάτων, καὶ ἡ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀλήθεια, καὶ ἄνδρες ἐν τούτοις εὐσεβῶς ἐξ ἀποστολικῶν ἀποδείξεων καὶ μαρτυριῶν εἰδότες συνίστασθαι, καὶ οὐκ ἐκ θράσους καὶ αὐθεντίας τυραννικῆς.

Ὅθεν παρακαλοῦμεν καὶ ἱκετεύομεν διὰ τάχους ἐπαμῦναι τῇ εὐσεβείᾳ πολεμουμένῃ τὸ ὑμέτερον κράτος, καὶ διόρθωσιν ὀξυτάτην ἐπιθεῖναι τῇ τούτων μανίᾳ καὶ τυραννίδι, ἣ ὥσπερ τις λαῖλαψ πρὸς αἱρετικὴν κακοδοξίαν παρασύρει τοὺς θρασυτέρους. Δίκαιον γὰρ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, τὴν τῶν ἐν Περσίδι καὶ τῶν ἐν βαρβάροις Ἐκκλησιῶν φροντίσασαν, ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ σαλευομένας μὴ παριδεῖν Ἐκκλησίας.

A terrarum suam impietatem valere. Id quod nequaquam ferentes, convenienti constitutione sumus usi, divina gratia vestræque pietatis mente fisi.

Scimus enim quod sanæ fidei nihil præferetis, in qua educati vos et beatissimi progenitores vestri, non interjecto extraneo successore, regni sceptra suscepistis, semper eos qui apostolicis dogmatibus adversantur, deprimentes; e quibus est Cyrillus prædictus, qui adjutore Memnone, quasi arcem occupaturus, veniens Ephesum, juste cum eo depositioni subjectus fuit: nam præter ea quæ diximus, omnem insultum, omnemque perturbationem per audaciam aggressi sunt contra nos, qui convenimus, relictis civitatibus et patriis, ac nobis ipsis, ut B edictum vestrum ratum esset.

At nunc sumus tyrannidi exposita præda; nisi vestra pietas antevertat, edicens, ut alio **1326** loco propiore conveniamus, ubi poterimus e Scripturis et e libris conscriptis a Patribus, redarguere manifeste Cyrillum, et eos, qui ab illo dolose inducti sunt, quos indulgenter excommunicationi subjecimus, spem salutis, si resipiscant, subindicantes: qui quasi in barbarico exercitu materiam perturbationis usque in præsentem horam ei suppeditarunt: alii quidem multo ante depositi, et ab illo suscepti; alii vero excommunicati a suis metropolitanis, et ab ipso in communionem recepti; alii variis criminibus implicīti, et ab ipso honores consecuti. Et hæc fecit tentans per multitudinem sensum suum hæreticum stabilire: non expendens C quod in religione non numerus quæritur, sed dogmatum rectitudo, et apostolicorum decretorum veritas, et viri, qui illa pie ex apostolicis demonstrationibus et testimoniis comprobare sciant, non autem ex audacia et tyrannica potestate.

Proinde obsecramus et oramus, ut vestra majestas quamprimum religioni, quæ impugnatur, subsidium ferat, et celerrimam correctionem imponat illorum insaniæ et tyrannidi, quæ quasi turbo ad hæreticam perfidiam audaciores arripit. Justum enim est ut vestra pietas, quæ Ecclesiarum Persidis, et earum, quæ inter Barbaros sunt, curam gessit, D Ecclesias, quæ in Romanorum principatu jactantur, non negligat.

ΡΝΗ'. — Ἀναφορὰ (99) *τῶν Ἀνατολικῶν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ἥνπερ ἔδωκαν μετὰ τῆς ἀναφορᾶς τῆς προτεγραμμένης τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι Εἰρηναίῳ.*

1327 CLVIII. — *Relatio Orientalium ad piissimum imperatorem, quam cum ante scripta relatione magnificentissimo comiti Irenæo dederunt.*

Ἠλπίσαμεν λύσιν ἔσεσθαι τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κλύδωνος, τοῦ ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις προσβαλόντος, τὰ τῆς εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας δεχόμενοι γράμματα· ἐψεύσθημεν δὲ τῆς ἐλπίδος. Θρασύτεροι γὰρ οἱ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ἐγένοντο· καὶ οὔτε τῆς ἐνδίκως καὶ ἐννόμως ἐπενεχθείσης αὐτοῖς ἐφρόντισαν

Speravimus fore ut Ægyptiaca tempestas, quæ sanctas Dei Ecclesias exagitavit, acceptis pietatis vestræ litteris tandem aliquando sedaretur: sed spe nostra frustrati sumus. Etenim viri illi vesania acti insolentiores evaserunt, et neque depositionem juste legitimeque ipsis illatam quidquam curant,

(97) Sic M. in marg. Vulg. καταλάβῃ.
(98) ἑτέρωθεν Mans.

(99) Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν. M. in margine, pag. 1389.

Digitized by Google

neque per majestatis vestræ increpationem modestiores effecti sunt : sed et pietatis vestræ sanctionibus contemptis, sanctorumque Patrum canonibus conculcatis, cum alii sint depositi, alii vero excommunicati, festos dies in oratoriis agunt, celebrantes synaxes.

Nos quidem, sicuti etiam Christi amantem celsitudinem vestram ea de re certiorem antea fecimus, cum acceptis clementiæ vestræ litteris omni pietate plenis, in Apostoli basilica preces duntaxat Deo fundere cuperemus, non modo prohibuerunt; sed lapidatione facta, longo quoque spatio insecuti sunt; ita ut fuga cursuque vitæ periculum evaserimus.

Sibi vero quidvis licere arbitrantur; neque ad concilium convenire, neque controversiarum discussionem pertractare, neque de hæreticis Cyrilli capitibus (quoniam argumenta, quæ impietatem illorum aperte ostendunt, diluere se posse plane diffidunt), rationem reddere voluerunt : sola autem audacia temeritateque sese efferunt; non tamen audacia, neque temeritate, **1328** sed tranquillitate, sed scientia, sed dogmatum peritia, quæ proposita sunt, simul examinari debent.

Eapropter magnificentissimum comitem Irenæum præmittere compulsi sumus, ut is et vestram pietatem conveniat, totiusque negotii seriem explanet : siquidem nihil actum est, quod illum lateat. Accepit idem a nobis plurimos præsentis morbi curandi modos, quibus tranquillitas Ecclesiis Dei restitui queat. Rogamus vestram mansuetudinem, ut patienter illos ab eo cognoscat, et quod vestræ pietati visum fuerit, quanta fieri poterit, celeritate præcipiat, ne citra omnem utilitatem et necessitatem hic consumamur.

CLIX. — *Epistola eorumdem ad præfectum et magistrum a pari.*

Ad summum, ut dici solet, malorum devenimus, et cum extremis periculis luctamur, ac mortem quotidie nobis ob oculos versantem videmus. Nam quæ a Cyrillo et Memnone cæterisque factionis illorum consortibus in nos audacter committuntur, ea omnem barbaricum furorem excedunt, nullumque tyrannidis genus ab eis prætermissum est. Continuis, prout in bello fieri solet, insultibus audacter impetimur : ædes nostras jam bis inscripserunt, nempe ut illis sint manifestæ et designatæ, qui impetum facturi sunt. Omne templum nobis præclusum est; morbo consumpti, ac vel modico cœlo frui desiderantes, **1329** obliquato capite prospicere non audemus, contribules non secus ac infestissimos hostes extimescentes. Sanctorum Patrum canones conculcati sunt, excommunicati et exauctorati sacris operari nihil verentur, impia sua dogmata copiose Dei populo profundentes, et nos interim inclusi misere hic sumus, invasionesque circumspectamus imminentes.

(1) συνελθεῖν M. in margine.
(2) προτρέψασθαι M. in margine.
(3) παρασχεῖν M. in margine.
(4) συντριβῶμεν M. in marg.

A καθαιρέσεως, οὔτε τῇ ἐπιτιμήσει τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐγένοντο σωφρονέστεροι· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας νόμους, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων κανόνας πατήσαντες, οἱ μὲν καθαιρεθέντες, οἱ δὲ ἀκοινώνητοι γενόμενοι, ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἑορτάζουσιν οἴκοις, συνάξεις ἐπιτελοῦντες.

Καὶ ἡμᾶς μὲν, ὡς καὶ ἤδη τὴν φιλόχριστον ὑμῶν ἐδιδάξαμεν κορυφὴν, προσεύξασθαι μόνον εἰς τὸ ἅγιον βουληθέντας Ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ πάσης εὐσεβείας γέμοντα γράμματα τῆς ὑμετέρας ἡμερότητος, οὐ μόνον ἐκώλυσαν, ἀλλὰ καὶ κατέλευσαν, καὶ μέχρι πολλοῦ κατεδίωξαν, ὡς φυγῇ καὶ δρόμῳ τὴν σωτηρίαν ἡμᾶς πορίσασθαι.

Αὐτοῖς δὲ πᾶν ὁτιοῦν ποιεῖν ἐξεῖναι νομίζουσιν· εἰς δὲ συνέδριον εἰσελθεῖν (1), καὶ βάσανον τῶν ζητουB μένων ποιήσασθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν αἱρετικῶν τοῦ Κυρίλλου κεφαλαίων ἀπολογήσασθαι οὐκ ἠνέσχοντο, τοὺς προφανεῖς τῆς ἐν αὐτοῖς δυσσεβείας ἐλέγχους ἀπαγορεύοντες· μέγα δὲ φρονοῦσιν ἐπὶ μόνῳ τῷ θράσει· καίτοι γε οὐ θράσους, ἀλλ' ἡσυχίας, καὶ γνώσεως, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐμπειρίας ἡ περὶ τῶν προκειμένων συνεξέτασίς ἐστι.

Τούτου χάριν ἠναγκάσθημεν προπέμψασθαι (2) τὸν μεγαλοπρεπέστατον κόμητα Εἰρηναῖον, καταλαβεῖν ὑμῶν τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὰ τοῦ πράγματος διδάξαι· τά τε γὰρ γεγενημένα ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ μεμάθηκε παρ' ἡμῶν πολλοὺς θεραπείας τρόπους, δι' ὧν δυνατὸν τὸ ἀτάραχον ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις παρασχεθῆναι (3)· οὓς ἱκετεύομεν C ἀνεξικάκως τὴν ὑμετέραν παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἡμερότητα, καὶ τὸ δοκοῦν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ θᾶττον κελεῦσαι γενέσθαι, ἵνα μὴ εἰς οὐδὲν δέον ἐνταῦθα συντριβώμεθα (4).

ΡΝΘ'. — *Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν μάγιστρον ὁμοίως* (5).

Εἰς ἔσχατον κακὸν (6), τὸ δὴ λεγόμενον, ἐληλάκαμεν, καὶ δεινοῖς προσπαλαίομεν ἀνηκέστοις, καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν (7) τὸν θάνατον ἡμῶν πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπομεν. Πᾶσαν γὰρ βαρβαρικὴν ὑπερβαίνει μανίαν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου καὶ Μέμνονος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, καθ' ἡμῶν τολμώμενα, καὶ οὐδὲν εἶδος αὐτοῖς παραλέλειπται τυραννίδος. Ἔφοδοι μὲν γὰρ συνεχεῖς, ὡς ἐν πολέμῳ, τολμῶνται, αἱ οἰκίαι D ἡμῶν ἤδη δὶς ἐπεγράφησαν, ὥστε δῆλας εἶναι καὶ ἐπισήμους τοῖς ἐπιέναι μέλλουσι. Πᾶς οἶκος ἡμῖν εὐκτήριος ἀποκέκλεισται· νόσῳ διαφθειρόμενοι, καὶ σμικροῦ ἀέρος ἀπολαῦσαι ποθοῦντες, προκύπτειν οὐ θαῤῥοῦμεν, ὡς βαρβάρους τοὺς ὁμοφύλους φοβούμενοι. Οἱ τῶν ἁγίων Πατέρων κανόνες πεπάτηνται· οἱ καθηρημένοι καὶ ἀκοινώνητοι ἱερουργίας κατατολμῶσι, τὰ δυσσεβῆ αὐτῶν ἐχχέοντες τῷ λαῷ Θεοῦ διδάγματα· ἡμεῖς τε καθειργμένοι διατελοῦμεν, καὶ τὰς ἐφόδους περισκοποῦμεν.

(5) V. Mansi Collect. concil. l. c., p. 1384.
(6) ἔσχατα κακῶν M. in margine.
(7) ὥραν M. in marg.

Digitized by Google

Δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, μὴ παριδεῖν ἡμᾶς ἐν μέσῳ τῶν τοιούτων ἀπειλημμένους κακῶν, ἀλλ' ἐξαρπάσαι ἡμᾶς (8) ὡς τάχιστα τοῦ ὑπόπτου θανάτου, καὶ παρασκευάσαι τὴν βασιλίδα πόλιν καταλαβεῖν, καὶ δοῦναι λόγον ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς πίστεως, καὶ ἐξελέγξαι τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τὴν τε αἱρετικὴν κακοδοξίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν παρανομίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένοιτο, παντελῶς ἀπολούμεθα, καὶ παρανάλωμα τῆς ἐκείνων μανίας ἐσόμεθα. A

Obsecramus proinde vestram magnificentiam, obnixeque eamdem rogamus, ne nos tantis hisce malis undique cinctos, sed evidenti mortis discrimine, quanta fieri potest celeritate, eximat, efficiatque ut ad regiam civitatem accitis fidei nostræ rationem reddere, ac prædictorum virorum hæresin incredibilemque iniquitatem liceat commonstrare: nam, nisi hoc fiat, peribimus funditus, atque illorum furiis pabulum futuri sumus.

Πάλιν τοίνυν δεόμεθα, καὶ ἐνορκοῦμεν πρὸς παίδων, πρὸς τῶν φιλτάτων, πρὸς τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, μὴ περιοφθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐλεύθερον ἀέρα θεάσασθαι.

Denuo itaque oramus et per liberos, et per ea quæ vobis sunt charissima, ac per justum Dei judicium obtestamur, ne a vestra magnificentia neglecti relinquamur, sed ut quam celerrime hinc eruamur, et liberum aerem intueamur.

ΡΞ'. — *Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν πραιπόσιτον, καὶ τὸν σχολαστικὸν* (9) *ὁμοίως.* B

CLX.—*Epistola eorumdem ad præpositum et scholasticum a pari.*

Οὐδὲν ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐστὶ τὰ ἄτοπα ἡγεμών. Ὑπὸ ταύτης οἱ Αἰγύπτιοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς στρατηγούμενοι τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καταφρονοῦσι θεσμῶν, καὶ τὰ εὐσεβῆ τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων πατοῦσι θεσπίσματα. Οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα, οὔτε τὰ δεύτερα, οὔτε τὰ τρίτα αὐτοὺς σωφρονεῖν ἐδίδαξαν γράμματα. Οὔτε ἡ ἐννόμως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐπενεχθεῖσα καθαίρεσις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν θρασύτητα. Ἀλλ' ἀθροίζονται μὲν εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους παρανόμως, ἐπιτελοῦσι δὲ συνάξεις ἀθέσμους, καί τοι γε τῶν λαῶν ταύταις οὐ παραβαλόντων. Παντί τε θείῳ οἴκῳ φρουροὺς ἐπιστήσαντες, οὐδένα πλὴν αὐτῶν εἰσιέναι συγχωροῦσι. Καὶ ταῦτα ἤδη διὰ γραμμάτων ἑτέρων τὴν ὑμετέραν ἐδιδάξαμεν μεγαλοπρέπειαν, ὅπως ἐκινδυνεύσαμεν προσεύξασθαι βουληθέντες εἰς τὸ ἅγιον Ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ θαυμασωτάτου Παλλαδίου τοῦ μαγιστριανοῦ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων. Οὐ γὰρ μόνον ἐκωλύθημεν προσεύξασθαι, ἀλλὰ καὶ καταλευσθέντες μέχρι πολλοῦ κατεδιώχθημεν. C

Inter delicta nihil est gravius, nihil perniciosius arrogantia: ea enim ad absurda quæque deducit. Hac Ægyptii, et qui cum illis ceu sub signis militant, acti, ecclesiasticas leges aspernantur, piaque Dei amantissimorum **1330** imperatorum nostrorum edicta conculcant. Nam neque prima, neque secunda, neque tertia imperatorum epistola ad saniorem mentem eos revocare potuit. Sed neque legitima per nos in eos exauctoratio lata illorum exstinxit audaciam. Sed et in oratoriis spreta lege conveniunt, et profanas synaxes, etiamsi populi ad eas non veniant, scelerate celebrant, et omnibus sacris ædibus custodes, qui nullum nisi ipsos ingredi sinant, adhibuerunt. Et quidem jam ante per alias litteras vestræ magnificentiæ indicatum est, quantum periculum adiverimus, quando pientissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum litteris per Palladium comitem præclarissimum jam acceptis, ad sanctam Apostoli basilicam adorare instituebamus. Etenim non modo ab oratione fuimus prohibiti, verum etiam lapidibus impetiti, hostilique insectatione longe abacti.

Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπάρχετε τρόφιμοι, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμποντες πάσῃ, ὡς τὴν ὑμετέραν εὔκλειαν ἐν τοῖς ἁπάντων περιφέρεσθαι στόμασι, καὶ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἐκθύμως (10) ὑπερμαχεῖτε, πᾶσαν ποιούμενοι προμήθειαν, ὥστε διηνεκῶς αὐτὴν ἐξ οὐρίων φέρεσθαι, παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὸ μέγεθος, καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα ὑπαναγνῶναι τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν ὑπενεγκεῖν (11) σπουδήν, ὡς τὴν μὲν παροῦσαν παυθῆναι (12) σύγχυσιν, ἀταράχως δὲ καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ κοινὸν γενέσθαι συνέδριον, καὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἕκαστον μέρος τῶν ἀμφισβητούντων συστῆναι. D

Cum itaque pietatis alumni sitis, omnique virtutum genere præfulgeatis, adeo ut vestra gloria in omnium ore versetur, et sanctam Ecclesiam alacriter propugnetis, omnem diligentiam, ut secundis perpetuo ventis feratur, adhibentes, amplitudinem vestram obtestamur, ut pientissimo Christique amanti imperatori nostro litteras nostras legatis, omnique studio ad hoc incumbatis, ut præsens quidem confusio compescatur, omnique perturbatione ac tumultu e medio sublato, communis synodus celebretur, et quælibet disceptantium pars rebus controversis assistat.

ΡΞΑ'. — *Ἀναφορὰ πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἣν ἀντέγραψαν διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ* (13).

1331 CLXI. — *Joannis archiepiscopi Antiocheni cæterorumque qui illi adhærebant, relatio rescripta ad imperatorem per Palladium magistrianum.*

Τοῦτο, εὐσεβεῖς βασιλεῖς, τοῦτο ὀρθοδοξίας σύστα-

Hoc, pii imperatores, hoc orthodoxæ fidei fulci-

(8) ἡμ. — παρασκ. addit Mans.
(9) γενόμενον addit M. in marg., l. c., p. 1585.
(10) εὐθύμως M. in margine.
(11) εἰσενεγκεῖν M. in margine.
(12) ποθῆναι Garn. inepte.
(13) Apud Mansi exstat l. c., p. 1379 seq.

Digitized by Google

mentum est, omnia ab illis illegitime acta evertere et antiquare, quæ etiam per canonicas sanctiones jam ante eversa et antiquata erant, universaque synodo simul congregata, primo loco dogmatum examinationem instituendam indicere. Sane cum decreta vestra proxime allata non absque magna laudum prædicatione legissemus, orbem terrarum beatum judicavimus, cui talibus subesse sceptris, talique gubernari contigerit imperio.

A σις, τὸ λῦσαι πάντα τὰ ἀθέσμως ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα, καὶ τοῖς κανόσιν ἤδη προλελυμένα, τὸ ἐν πρώτῃ τάξει προστάξαι τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐν τῇ συνελθούσῃ συνόδῳ γενέσθαι. Ἐμακαρίσαμεν τὴν οἰκουμένην τὰ πρόσφατον ἡμῖν κομισθέντα ὑμῶν θεσπίσματα σὺν ἐπαίνοις μυρίοις ἀναγνόντες, ἐφ' οἷοις σκήπτροις, καὶ ἐφ' οἵᾳ βασιλείᾳ διακυβερνᾶται.

Verum ut ista, quæcunque mandastis, omnem admirationem longe excedunt, imperatores piissimi, ita nobis quoque necessarium illud est, ut vestræ majestati rationem reddamus, cur in Ephesiorum metropoli constituti, condemnationis sententiam in eos ferre compulsi fuerimus, qui ab ipso statim exordio vestra decreta proculcaverunt, qui propriæ B conscientiæ stimulis agitati, Apollinarii et Arii dogmata contra pietatem confirmare et innovare voluerunt, per ea, quæ Cyrillus olim Alexandriæ episcopus nuper capita scribens cum anathematismis omni superstitione referta, ad urbem regiam misit : qui priusquam ullam divinorum dogmatum scrutationem attigissent, ad odium et inimicitias sese verterunt, cum, nulla piarum sanctionum vestrarum ratione habita, iniquam adeo sententiam **1332** adversus tantam Constantinopolis imperatricis civitatum sedem temere proferre non dubitarunt.

Ἀλλ' ὥσπερ ταῦτα παντὸς θαύματός ἐστιν ἐπέκεινα, ὅσα προστετάχατε, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, οὕτω καὶ ἡμῖν ἀναγκαία ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ἀπολογία, περὶ ὧν συνηλάθημεν ἐν τῇ Ἐφεσίων γενόμενοι πόλει καταψηφίσασθαι καὶ κατακρῖναι τοὺς ἐκ προοιμίων τὰ ὑμέτερα πατήσαντας θεσπίσματα· τοὺς, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος ἠλαύνοντο, κυρῶσαι θελήσαντας καὶ ἀνανεῶσαι τὰ Ἀπολιναρίου καὶ Ἀρείου δόγματα κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἐν οἷς Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν κεφάλαιά τινα μετὰ ἀναθεματισμῶν (14) ἐξέπεμψε μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας· τοὺς, πρὶν ἄψωνται (15) τῆς τῶν θείων δογμάτων ἐρεύνης, πρὸς ἔχθραν καὶ ἀπέχθειαν ἰδόντας, ἐν οἷς ἐτόλμησαν παρὰ τὰ ὑμέτερα εὐσεβῆ θεσπίσματα, ψῆφον οὕτως ἄδικον ἐξενεγκεῖν κατὰ τοσούτου θρόνου τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλεως.

Itaque illorum insania et insolentia per seipsam manifesta est omnibus, propter quod etiam sancta C synodus recto animi sensu, divinoque zelo permota et sanctis Ecclesiis consulens, condemnationis sententiam in eos, qui suo jam ante judicio condemnati erant, protulit : nihil culpabile, absit, vel temerarium, quod quispiam dixerit, hac in re committens; sed pietati, quæ in periculum adducta videbatur, ante omnia prospiciens.

Ἡ μὲν οὖν τούτων παροινία αὐτόθεν πᾶσιν ἀνθρώποις δήλη ἐστίν· ἐφ' ᾗ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ὀρθῷ τῷ φρονήματι καὶ ζήλῳ κατὰ Θεὸν κινηθεῖσα, καὶ φειδοῖ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν, κατέκρινεν αὐτοκατακρίτους ὄντας· οὐ μεμπτόν τι, μὴ γένοιτο, οὐδὲ θερμὸν, ὡς ἄν τις εἴποι, πράττουσα, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ κινδυνευούσῃ πρὸ πάντων ἀμύνουσα.

Atque hæc actorum nostrorum apud majestatem vestram justissima sit defensio. Neque enim aut gratia aut odio ducti sumus; sed hoc unum spectavimus, ut piam fidem fluctuantem ab iis quasi in salutem vindicaremus, qui scripta sua in summam illorum contumeliam et labefactationem munire studuerunt, quæ Petrus professus est, quæ de Deo locutus est Joannes, quæ Matthæus et alii evange- D listæ prædicarunt, quæ Paulus Spiritu suggerente docuit, quæ omnes orthodoxi ubique terrarum prædicatione divulgantes, piam fidem plantaverunt.

Αὕτη ὑπὲρ τῶν παρ' ἡμῶν πεπραγμένων δικαιοτάτη πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ἔστω (16) ἀπολογία· ἡμῶν μὲν μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν βλεπόντων, ἀλλ' ἑνὸς ὄντων (17), τοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν κυματουμένην ὥσπερ διασῶσαι ὑπὸ τῶν τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα αὐθαδείᾳ βουληθέντων κρατῦναι, ἐπ' ἀθετήσει καὶ ὕβρει, ὧν Πέτρος ὡμολόγησεν, ὧν Ἰωάννης ἐθεολόγησεν, ὧν Ματθαῖος ἐκήρυξε καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ, ὧν Παῦλος τῇ τοῦ Πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐδίδαξεν, ὧν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι παντα- χοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ κήρυγμα ἐκφέροντες τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐῤῥίζωσαν.

Quare vestram pietatem majestatemque in orthodoxa doctrina educatam obnixe rogamus, quantum rogare possumus, ut hanc orthodoxam fidem retineat firmiter ac propugnet, et incolumem conservet, cum in his summa rerum spes vobis posita sit. Nos autem et antea et nunc quoque animo parati sumus, juxta pietatis vestræ decreta, neque

Ταύτης τῆς ὀρθοδόξου πίστεως εὐχόμεθα, ὅση τις εὐχῆς ἡμῖν δύναμις, τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸ ὑμέτερον τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἐντεθραμμένον κράτος, ἀντέχεσθαί τε καὶ ὑπερασπίζειν, καὶ ἄτρωτον διαφυλάττειν, ὡς ἐν τούτοις ὑμῖν οὔσης τῆς πάντα ὑμῖν συνεχούσης τῆς τῶν πραγμάτων ἐλπίδος· ἡμῶν καὶ νῦν καὶ πρότερον παρεσκευασμένων μὴ ἐκκλῖναι, κατὰ

(14) δεκατριῶν addit Mans. in marg.
(15) ἅψαντας M. in margine.
(16) ἔσται M. in margine.

(17) ὄντος M. in marg. Locus haud dubie corruptus, in quo pro ἑνὸς ὄντος legerim ἑνωσάντων.

Digitized by Google

τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα, μήτε δεξιὰ, μήτε ἀριστερὰ, ὡς ἡ θεία ἔφησε Γραφή. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸ εὐσεβὲς τὴν πᾶσαν ῥοπὴν τὸ ὑμέτερον ἔχει κράτος, οἱ μὲν πειθόμενοι ἔξουσι τὸν παρ' ὑμῶν αὐτῶν ἔπαινον, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποδοχήν· οἱ δὲ πρὸς νεωτερισμοὺς βλέποντες, καὶ τὴν ἐκ θορύβων ἐπινοητὴν δύναμιν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες, ὥσπερ οἱ τὰς τυραννίδας ταῖς εὐνομίαις ἐπεισάγοντες ἀξίαν ἀπενέγκωνται αἰσχύνην (18), ἅτε δὴ τὴν εὐνομίαν διαφθεῖραι σπουδάσαντες, καὶ τὰς ὑμετέρας παρεγγυήσεις χαμαὶ ῥίψαι τολμήσαντες.

Ὥστε τοίνυν μηδεμίαν ταραχὴν ἢ θόρυβον ἐν τῷ κοινῷ γενέσθαι συνεδρίῳ, θεσπισάτω ὑμῶν ἡ φιλόχριστος κορυφὴ δύο ἑκάστῳ μητροπολίτῃ συνεῖναι. Ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς τοῖς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμασιν εἵξαντες τοσούτους ἐπαγόμεθα, δυνάμενοι, εἴπερ ἄρα πλήθους ἦν χρεία, πλείστους ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν τοὺς τὰ θεῖα δόγματα ἀκριβῶς ἐπισταμένους, καὶ οὐδὲν τῷ ἀμαθεῖ τῶν θείων πλήθει Ἀσιανῶν καὶ Αἰγυπτίων ἐοικότας. Εἰ γὰρ τοῦτο μὴ γένοιτο, ἀνάγκη σύγχυσιν αὖθις γενέσθαι· Αἰγυπτίων μὲν ὄντων πεντήκοντα· Ἀσιανῶν δὲ τῶν ὑπὸ Μέμνονα τὸν τῆς τυραννίδος ἡγεμόνα, τεσσαράκοντα· καὶ τῶν ἐν Παμφυλίᾳ αἱρετικῶν Μεσαλιανιωτῶν (19) λεγομένων δώδεκα· χωρὶς τῶν συνόντων τῷ αὐτῷ μητροπολίτῃ, καὶ ἑτέρων καθῃρημένων καὶ ἀκοινωνήτων κατὰ διαφόρους τόπους (20) ὑπὸ συνόδων ἢ ὑπὸ ἐπισκόπων γεγενημένων· οἵπερ εἰσὶν οὐδὲν ἕτερον, ἢ πλῆθος ἀνθρώπων, οὐδὲν μὲν ἀκριβὲς τῶν θείων δογμάτων ἐπισταμένων, ταραχῆς δὲ καὶ θορύβων μεστῶν. Δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν αὖθις φροντίσαι, ἐπιτεῖναι δὲ τῇ συνόδῳ τὴν εἰρήνην τῷ συνήθει ὑμῶν εὐσεβεῖ θεσπίσματι.

Νομίσαντες γὰρ νῦν γοῦν αὐτοὺς σωφρονήσειν διὰ τὰ εὐσεβῆ γράμματα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν κορυφῆς, μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτοῖς τὸ πάσης εὐσεβοῦς προθέσεως γέμον θέσπισμα, καὶ ταῦτα ἡμᾶς ὑπαγορεῦσαι τὰ γράμματα, ἀπήλθομεν εἰς τὸ Ἀποστόλιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ εὐχαριστῆσαι καὶ προσεύξασθαι ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους καὶ τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν σκοποῦ. Οἱ δὲ θεασάμενοι ἡμᾶς παραχρῆμα τὸν ναὸν ἀπέκλεισαν. Ὡς δὲ ἔξωθεν προσευξάμενοι, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰπόντες ἐπανήειμεν, πλῆθος ἐξῆλθον οἰκετῶν τινων, καὶ τοὺς μὲν ἐξ ἡμῶν κατέσχον, τῶν δὲ τὰ ζῶα ἀπέσπασαν, ἄλλους δὲ τραυματίας ἐποίησαν· ἡμᾶς δὲ ῥοπάλοις καὶ λίθοις κατεδίωξαν μέχρι πολλοῦ διαστήματος, ὡς ἀναγκασθῆναι ἡμᾶς μετὰ πολλῆς ἐπείξεως (21) φυγεῖν, βαρβάρων διωκόντων. Ταῦτα δὲ ἐκ πολλοῦ ἠτρέπισεν ὁ Μέμνων, μὴ συγχωρῶν μηδενὶ, μήτε προσεύξασθαι ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, μήτε μετ' εἰρήνης

ad dextram, neque **1333** ad sinistram, quemadmodum divina Scriptura loquitur[81], declinare. Nam cum omne majestatis vestræ studium ad pietatem intendat, illi quidem qui paruerint, a vobis ipsis laudem, a Deo autem commendationem reportabunt, cæteros vero qui novitatibus dant operam, sibique imaginariam quamdam tumultuatione potentiam, proinde ac illi qui bene temperatis rebus publicis tyrannidem inducunt, comparare studeant, justam ignominiam tanquam justi regiminis corruptores, vestrarumque denuntiationum temerarii contemptores, incurrent.

Quapropter ne turbatio aut aliqua tumultuatio concilium infestet, vestra Christi amans celsitudo decernat, ut duo tantum cuilibet metropolitano adsint. Nam et nos pietatis vestræ litteris obsecuti, totidem adduximus, cum tamen, si quidem multitudine opus fuisset, plurimos egregie in divinis dogmatibus institutos, nec ulla ratione cum imperita divinarum rerum Asiaticorum et Ægyptiorum turba conferendos, nobiscum habere potuissemus. Nisi enim hoc statuatur, fieri non potest quin aliqua rursus oriatur confusio: siquidem quinquaginta sunt Ægyptii, sub Memnone tyrannidis duce quadraginta Asiatici, duodecim item ex Pamphylia hæretici, Messalianitarum nomine appellati: præter alios eidem metropolitano adhærentes, et alios a synodo vel ab episcopis diversis in locis excommunicatos et depositos, qui sane aliud nihil sunt, quam hominum turba divinorum dogmatum nescia, **1334** et ad tumultus seditionesque nata. Precamur proinde vestram pietatem, suppliciterque rogamus ut rursum cogitationem suscipiat, solitoque vestro pio decreto pacem concilii adaugeri curet.

Etenim rati vel nunc tandem fore ut propter pias devoti culminis vestri litteras resipiscerent, posteaquam decretum omni pietatis sensu plenum illis est lectum, nosque has litteras dictaveramus, profecti sumus ad Sancti Joannis evangelistæ apostolicam ecclesiam, gratias acturi, Deumque pro vestra majestate, proque pio animi vestri instituto consilioque rogaturi. Cum autem illi nos conspicati essent, repente templum nobis occluserunt. Itaque cum forinsecus adoravissemus, silentioque reverteremur, famulorum quorumdam multitudo erumpens, alios quidem nostrorum detinuerunt, nonnullis jumenta sua abstulerunt, quosdam etiam vulneraverunt; nos autem fustibus et lapidibus longo intervallo insectati sunt, ita ut tanquam Barbaris insequentibus magna cum festinatione fugam capessere cogeremur. Hæc autem multo jam ante præparaverat Memnon: nulli nostrum vel

[81] Deut. v, 32.

(18) Sic Mans. in margine. In textu habebat ἀξ. ἐπενεγκόντες αἰσχ. quæ verba exciderunt e Garnerii textu.

(19) Μεσαλιανιτῶν M. in marg.

(20) Ita legendum haud dubie pro vulg. τρόπους, quod et notatum erat in marg. Mans. recensionis.

(21) ἐπιδείξεως Mans. in margine inepte.

Digitized by Google

in aliquo oratorio precari, vel quiete debitoque ordine res ecclesiasticas tractare sinens.

Quare obtestamur vestram pietatem, ut præcipue Memnonem tyrannum, jam depositum ob has insolentias, et omnia turbantem ac miscentem, ne facta sua diligenti examini subjiciantur, hac civitate pelli jubeat. Nam nisi hic expellatur, fieri nequit ut pacem aliquando recuperemus, aut pietatis vestræ scopus ad exitum perducatur.

καὶ καταστάσεως διαθεῖναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα.

Δεόμεθα τοίνυν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἐξαιρέτως Μέμνονα τὸν τύραννον προστάξαι ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως ταύτης, διά γε τὰς ἀταξίας αὐτοῦ ταύτας καθαιρεθέντα, καὶ κυκῶντα, ὥστε μὴ ἀκριβῶς ἐρευνηθῆναι τὰ καθ' αὐτόν. Εἰ γὰρ οὗτος μὴ ἐξέλθοι, ἀδύνατον εἰρήνην γενέσθαι, ἢ τὸν σκοπὸν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας εἰς πέρας ἀχθῆναι.

CLXII. — *Epistola* (22) *Theodoreti ad episcopum Andream Samosatenum scripta ab Epheso.*

Ab Epheso scribens saluto tuam sanctitatem, quam beatifico quidem infirmitatis causa, amabilem autem (23) Deo existimo; quoniam auditu, non experimento, cognovit mala quæ hic facta sunt, mala omnem rationis vim superantia et historicam vincentia narrationem, continuisque lacrymis et perpetuis fletibus digna. Periclitatur enim Ecclesiæ corpus dirumpi (24) : magis id vero (25) jam incisionem suscepit, nisi ille sapiens medicus divisa et putrefacta membra reficeret et conjungeret (26).

Insanit iterum Ægyptus adversus Deum, et bellat cum Mose et Aaron, et famulis ejus (27), et plurima pars Israel adversariis consensit; nimis vero pauci sunt sani, **1335** qui et pro pietate labores sponte sustinent. Deculcata sunt pietatis venerabilia. Illi qui depositi sunt, sacerdotalia ministeria peragunt; et qui deposuerunt, domi sedent gementes. Illi qui cum depositis excommunicati sunt, depositos liberaverunt depositione, sicut arbitrati sunt.

Talem ludunt synodum Ægyptii, et Palæstini, et Pontici, et Asiani, et cum his Occasus. Plurima enim pars orbis terrarum morbum suscepit.

Quales mimi ridiculorum, in tempore impietatis, sic pietatem in comœdia (28) deluserunt? Qualis vero comœdiæ scriptor talem unquam fabulam recitaverit? Qualis vero tragœdiæ poeta, digne fletus eorum conscripserit? Tanta et talia Dei Ecclesiæ (29) mala (30) insultaverunt : quanquam (31) brevissimam particulam narravi eorum quæ præsumpta sunt (32).

(22) Exstat hæc ipsa epistola iisdem verbis inter acta concilii quinti Constantinopolitani collat. 5, apud Mansi in Collect. concil. ampl., tom. IX, p. 293, qui eam e Baluzii editione expressit. Alia Latina interpretatio est in Synodico a Baluzio edito, c. 20, quam vid. in eadem Mans. Collect., t. V, p. 787.

(23) Sic veteres libri apud Baluz., vulg. *vero*.

(24) *Disrumpi* habebant iidem libri.

(25) *Magis his autem*, s. *magis autem*. Illud codex Bellovacensis, hoc Parisiensis habet apud Baluzium.

(26) Sic apud Mans., Garn. *refecerit et conjunxerit*.

(27) *Bellati* (Paris. *Bella*) *Moyse et Aaron, fam. ejus*. Sic Bellov.

(28) *In Nichomedia* Paris. apud Baluz.

1336 CLXIII. — *Epistola prima* (33) *legatorum* (*Orientalium Calchedonem missorum, inter quos erat Theodoretus*).

Postquam Calchedonem (34) venimus (nam Constantinopolim neque nos, neque adversarii nostri intrare permissi sumus, propter seditiones bonorum monachorum), fama accepimus, quod ante octo dies priusquam compareremus (en gloriam pientissimi regis!), dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, ut eat quo liberet : unde valde doluimus, quandoquidem vere ea quæ illicite et absque judicio facta sunt, jam robur habere videntur.

Sciat autem vestra sanctitas nos promptos pro fide certamen inituros, et certare velle ad mortem usque. Exspectamus autem hodie, hoc est, undecima mensis Gorpiæi, transiturum pientissimum nostrum regem ad Rufinianum, et illic causam auditurum. Precetur igitur vestra sanctitas ut Dominus Christus nos adjuvet, quo valeamus sanctorum Patrum fidem roborare, et in damnum sanctæ Ecclesiæ exorta capitula radicitus discerpere. Eadem ut et vestra sanctitas sentiat ac faciat, obsecramus, maneatque in sua pro fide orthodoxa alacritate.

Porro cum scripta esset epistola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius : nam fortassis impeditus est in itinere. Cæterum nihil vos turbet. Speramus enim tristia exstinguenda, et veritatem effulsuram, modo vestra pietas strenue nos adjuvet.

CLXIV. — *Altera eorumdem epistola intempestive de victoria gloriantium, ad eosdem* (35).

Precibus sanctitatis vestræ datus est nobis ac-

(29) Vett. libri apud. Baluz. *Ecclesia*.

(30) *Æmula* Paris.

(31) *Magis vero* Mans.

(32) Plura adduntur in Synodico, l. c.

(33) Eamdem interpretationem hujus epistolæ habent acta concilii Orientalium Ephesini in Mansiana Collectione, t. IV, p. 1406 seq., aliam in Synodico, c. 26, t. V, Collect. Mans., p. 794. In quibusdam vett. libris ita inscribitur : *Sanctissimæ et sapientissimæ synodo, quæ in Epheso, Joannes, (Joannes) Paulus, Macarius, Apringius, Theodoritus, (Helladius), in Domino salutem.*

(34) *Chalcedonem* Mans.

(35) Hæc quoque exstat in actis commemoratis apud Mansi, t. IV, p. 1411 ; itemque ex alia interpretatione in Synodici c. 27, p. 795.

Digitized by Google

cessus ad pientissimum regem nostrum, divinaque gratia his, qui diversa sentiunt, in certamine superiores facti sumus; quia omnia quidem nostra accepta fuere apud Christi amantissimum regem. Lecta autem sunt oblata ab aliis, et quæ visa sunt indigna, ut reciperentur, neque ullam consequentiam habebant, rejecimus. Cyrilli enim sursum ac deorsum memores erant, orabantque illum accersiri, ut ipse pro seipso rationem redderet. Usque in præsentem diem non obtinuerunt (36), sed audierunt quod oportebat (37) sermones de pietate, hoc est, de religione (38) fidei, et confirmari fidem (39) beatorum Patrum.

Redarguimus et Acacium, qui in Commentariis posuerat, passibilem esse Deitatem. Quod usque adeo gravatim tulit pius rex noster, ut excuteret pallium, et retrorsum cederet præ blasphemiæ magnitudine. Scimus autem et totum consistorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus.

Visum igitur est pientissimo nostro regi ut unusquisque suum sensum exponat, et suæ pietati offerat. Respondimus autem nos quod impossibile est fieri aliam expositionem, quam ea, quæ in Nicæa a beatissimis Patribus facta est : et placuit ejus majestati. Proposuimus igitur illam, in qua vestra sanctitas subscripsit.

Cæterum omnis populus Constantinopolitanus jugiter ad nos venit, orans ut strenue pro fide pugnemus ; multumque laboramus ad retinendum eos, ne videamur occasionem dedisse adversariis. Misimus autem exemplar expositionis, ut duo exemplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

1337 CLXV. — **Eorumdem Epistola ad eosdem* (40).

Dominis maxime honorabilibus et pientissimis episcopis, qui in Epheso sunt, Joannes (40*), Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

Quinto accessus nobis contigit ; et quamvis multum de hæreticis capitulis disceptaverimus, juraverimusque sæpius pientissimo regi, quod impossibile sit nobis communicare his qui diversa sentiunt, si nondum exploserint capitula ; et quod Cyrillus, etiamsi rejecerit capitula, a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarches factus sit : nihil tamen profecimus, eo quod et adversarii instarent, et auditores hos tam impudenter obluctantes non compescerent, nec cogerent eos, ut ad inquisitionem et colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, ne capitula exa- A minentur, et de his disputari prorsus non sinunt.

Nos autem propter vestras preces usque ad mortem instare parati sumus ; et neque Cyrillum suscipere, neque capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquam explodantur, quæ male fidei adjecta sunt.

Obsecramus igitur (41) vestram sanctitatem, ut sapiatis eadem quæ **1338** nos, eumdemque laborem ostendatis. Certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, et propter quam exspectamus fruituros nos benignitate Salvatoris nostri futuro sæculo.

* De pientissimo et sanctissimo episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidem sermonem de illo inserere : sed nunc usque (42) non potuimus, eo quod omnes, vel ad ipsum nomen, hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic se (43) habeant, per opportunitatem temporis, ac auditorum benevolentiam, etiam hoc facere, siquidem nostro proposito Deus cooperatus fuerit.

Porro ut vestra sanctitas etiam hoc non ignoret ; scitote quod videntes Cyrillianos tyrannide, et fraudibus, et adulatione, et donis omnes, ut ita dicam, decepisse, non raro pientissimum regem, et magnificentissimos principes obsecravimus, ut et nos ad Orientem dimitteremur, et vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim quod in vanum moras nectimus, et instituta non perficimus, eo quòd Cyrillus ubique fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas.

Placuit autem pientissimo regi post multas adhortationes, ut singuli ad propria redeamus, ad hoc, ut et Ægyptius et Memnon Ephesinus in suis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis ; sic ut ille quidem, cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat ; iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur.

Omnem quæ vobiscum est, fraternitatem, et nos, et qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

CLXVI. — *Prima petitio* (44) *legatorum ex Calchedone* (45) *ad imperatorem missa.*

Optandum erat (46), ne a quopiam ullo (47), in expositionibus absurdis, sermo pietatis adulteraretur ; maxime autem, ne ab his qui sacerdotium præfecturamque Ecclesiarum sortiti sunt : quos, nescimus quomodo, præsidendi cupiditas et ambitio,

(36) Sic recte, quod et interpretatio in Synodico confirmat. Mans. *obedierunt.*
(37) Add. *moveri*, quod est in Synodico, aut simile.
(38) *Ratione* Mans.
(39) *Et firmatam esse fidem.* Mans.
(40) Est in iisdem actis Ephesinis apud Mansi, t. IV, p. 1420 seq. et alibi ; in Synodico quoque, c. 31, p. 801, ex alia interpret.
(40*) *Joannes* add. Mans.
(41) *Et* addit Mans.
(42) *Usque* abest a Mans.
(43) *Se* abest a M.
(44) In iisdem actis est a Manso edita, t. IV, p. 1401 seq. Alia interpretatio in Synodici c. 32, p. 802 seq. Mans.
(45) *Chalcedone* Mans. Synod.
(46) In eumdem sensum Synod. *Votivum fuerat.* Mans. *Orandum erat.*
(47) *Alio.* Mans. Synod.

Digitized by Google

frigidæque promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt; idque hoc solo animo, ut serviant viro, qui præsumit ac sperat se et auxilium sibi ferentes omnia recte gesturos, dicimus Alexandrinum Cyrillum; qui sola nugacitate in sanctas Dei Ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit se argumentis comprobaturum; et correctionem peccatorum effugere, solo Memnonis et prædictæ conspirationis episcoporum ministerio, speravit.

Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, et in cæteris philosophice agendum censemus, nunc silentium et ejus sapientiæ studium, fidei jacturam intelligentes, ad vos solos post supernam virtutem orbis servatores, precando vertimur : quandoquidem scimus pro pietate sollicitudinem vobis peculiariter convenire ; utpote iis, qui eam usque in hoc tempus custodierint, vicissimque per illam custodiantur.

Supplices (48) autem hos libellos offerimus, tanquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio ; non quod pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes, et pro ea sermonem facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere debeant (49), quam ut coram tam fideli rege testimonium ferant ; etiamsi parati essemus vitam ac corpora nostra, in fidei (50) discrimine, millies exponere.

1339 Idcirco per (51) Deum (qui videt omnia); et per Dominum nostrum Jesum Christum (qui judicaturus est omnes in justitia); et per Spiritum sanctum (cujus gratia regnum gubernatis); et per electos angelos (qui vos custodiunt, quosque (52) assistentes videbitis terribili throno, et horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur), pietatem vestram (quæ vafricie quorumdam obsidetur, aditum ad ipsam adimentium (53) et hæretica capita fidei introducta stabilientium, quæ omnino a sanis dogmatibus aliena sunt, et cum hæreticis opinionibus conveniunt) obsecramus, ut si quis illis vel subscribat (54), vel consentiat, et post promissam a vobis veniam contendere ultra velit (55); præcipiat (56) illum in medium venire, et ecclesiasticis pœnis subjacere (57).

Nihil enim, o rex, magis regium fuerit, quam pugnare pro pietate (58), pro qua et cum Persis et cum aliis Barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Christo pulchras victorias, pro hac tua in ipsum alacritate.

1340 Obsecramus autem ut fiant, apud pietatem tuam, quæstiones in scriptis : sic enim facilius dignoscentur, et in omne posterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem negligens sermones, pro quibus delinquens fuit, voluerit, per præceptum, rectæ fidei prævalere (59), tuæ justitiæ ac judicii fuerit attendere, num ipsam quoque doctorum appellationem (60) abjecerint ' ii, qui de dogmatibus quæ introducunt (61), periclitari gravantur, prædictis subjici nolentes, ut non redarguantur impie egisse; neque ea refutatione digna putantes (62), ut mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis.

Jam enim per ordinatos manifestum est quosdam ex illis, pro hac impietate, meditatos esse, ut dignitatibus concessis nonnullos demereantur, et alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius exsistet (63), et videbit eos pietas tua, non multo post, proditionis suæ mercedem, quasi spolia fidei Christi, distributuros.

At nos, ex quibus quidam (64) a pientissimo Juvenali Hierosolymorum episcopo olim ordinati, siluimus, quamvis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Neque nunc quoque illius studia, et præstigias tales, per Phœnicem secundam et Arabiam, ignoramus (65). Sane de illis nobis non vacat curam habere, ut (66) qui civitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum est, atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam ista pro fide promptitudine (67). Verum adversus illorum conatus, Dei ac vestræ pietatis judicium opponemus.

Nunc autem oramus, ut una ac primaria pietas curetur ; et ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiavit, et per beatissimos avum et patrem vestræ pietatis confirmatus est, a tua autem majestate etiam in alias Barbaras gentes et in Persarum gentem prorogatus est, nunc in ipsis regiæ aulæ penetralibus languescat, et apud vestram turbetur serenitatem.

Non enim duplices in Persidem, o rex, mittes

(48) In idem verbum consentit Synod. *Suspensos* est apud Mans.
(49) *Deceat* M. in margine.
(50) *Fideli* M. in margine.
(51) *Propter* M. Cæterum ea, quæ sequuntur, sic, uti fecimus, corrigenda esse et interpungenda, facile quisque viderit; quanquam perturbatum esse hunc locum in interpretationibus, vel ea, quæ in Synodico est, doceat. *Horrendam sanctificationem* alludere ad trisagium, Isa. vi, 3, nec ego cum Garnerio dubito.
(52) *Quos* M.
(53) *Id re ipsa adiment.* M.
(54) *Obsecravimus ut vel si quis illis subscribat* M.
(55) *Nolit* M.
(56) *Præcipias* M.
(57) Addit Mans. *quo pugnare pro pietate melius possis.*
(58) Hæc : *quam pugn. p. piet.* absunt a Mans. qui etiam habet : *pro quo.*
(59) In Græco forte erat, δι' ἐντολὴν, τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐπικρατεῖν, quasi diceret, non ratione, sed mandato, rectæ fidei dominari. Garn.
(60) *Et ipsam d. app.* M.
(61) *Q. d. d. introducunt, p. g. et p. s. m.* Mans.
(62) *Neque refutare ea digna p.* Mans.
(63) *Obsistet* Mans.
(64) *At ex nobis quidam* Mans.
(65) *Et nunc quoque... non ignoramus* M.
(66) *Ut* abest a Mans.
(67) *Amplitudine* Garn.

Digitized by Google

Christianismi doctrinas; neque nostra magnum aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque exsistente apud illos, qui dijudicet; neque quis geminis communicabit verbis et sacramentis; neque certe pie a tantis Patribus et incondemnatis sanctis desciscet. Sed neque regni commoda tribuenda erunt his, qui diversa inter se sentiunt; neque parvus inde risus (68) pietatis hostibus excitabitur; et innumera alia malignæ contentionis ipsorum quis enumerarit nocumenta?

Si quis autem est qui parvifaciat cœlestium rationem, talis sit potius quicunque olim, quam is, cui omnem orbis potestatem Dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, ut judicium a tua pietate accipiamus: mentem enim tuam ad exactam eorum, quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet.

Demum, si quid nunc prohiberet (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota esse possunt), petimus a tua serenitate, ut ad propria tuto et feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus civitates nobis commissas ex tali mora non parum offendi, propter eos, qui etiam in rebus piis, ut videtur, contentionem quærunt, nulla inde proveniente utilitate.

CLXVII. — *Altera eorumdem petitio* (69) *e Calchedone* (70) *ad Theodosium Augustum missa.*

Sæpenumero pietatem vestram, et per nos ipsos, et per eos, qui a nobis missi sunt, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, et quod ii discerpere videantur Ecclesiæ corpus, qui omnia susque deque **1341** faciunt, et omnem ecclesiasticam constitutionem, omnemque regiam legem conculcant, universaque simul confundunt (71), ut expositam hæresim a Cyrillo Alexandrino confirment.

Nam ubi (72) a vestra pietate in Ephesum vocati sumus, ad inquirendas (73) quæstiones, quæ pullularunt, et ad confirmandam fidem evangelicam et apostolicam a sanctis Patribus expositam, nondum omnibus præsentibus convocatis episcopis, ii qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arii, et Eunomii, et Apollinarii impietate conveniunt, scriptis commentariis roborarunt. Et alios quidem deceperunt; alios vero terruerunt; alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperunt, et aliis, qui non communicabant, mercedem, ut communicarent, dederunt; alios demum spe honorum (74), quibus indigni erant, accenderunt: et ita sibi multitudinem congregarunt, quasi nescientes, quod piam religionem non multitudo, sed veritas ostendit.

Iterum lectæ sunt vestræ pietatis litteræ per magnificentissimum comitem Candidianum, significantes quod pacifice et fraterne quæstiones, quæ nuper exortæ sunt, inquirantur; verum convenientibus omnibus pientissimis episcopis, nihil profuit lectio.

1342 Venit nobilis Palladius Magistrianus, alias vestræ majestatis litteras afferens, docentes rescindenda esse omnia quæ particulariter constituta fuerant, et concilium denuo congregandum, verumque dogma sanciendum. Contemptum est autem et hoc, more solito, pium vestrum mandatum ab his, qui omnia audent.

Advenit rursus magnificentissimus magister Joannes, qui tunc comes omnium largitionum, alias iterum afferens litteras, significantes, quod a vestra majestate trium depositiones decretæ sunt, tollendaque e medio suborta offendicula, solamque fidem in Nicæa expositam a sanctis et beatis Patribus, ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, ut solent, et hanc legem ii, qui omnia pro ludibrio habent.

Enimvero nec post lectionem a cœptis destiterunt, et communionem habuere cum depositis, memineruntque (75) eorum, tanquam episcoporum, non permittentes ut capitula ista, in damnum et corruptionem piæ fidei exposita, exploderentur; tametsi a nobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta.

Horum nobis testis est magnificentissimus magister, qui nobis et illis tertio ac quarto convocatis, et hæc nec prætendere audens, propter illorum inobedientiam, operæ pretium duxit posthac huc nos vocare.

Advenimus nihil remorati, nec quievimus, cum huc pervenimus (76), et apud vestram pietatem, et apud illustre consistorium, obsecrantes, ut ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tanquam aliena a recta fide exploderent, manentes in sola expositione fidei beatorum Patrum, qui in Nicæa convenerunt (77).

Et hi quidem nihil horum facere voluerunt; sed manentes in hæretica contentione, permissi sunt ecclesias frequentare, et sacerdotio fungi: nos vero synaxi destituti mansimus tanto tempore, et in Epheso, et hic (78) nunc; innumeraque pericula et illic et hic pertulimus: et cum lapidaremur, et tantum non perderemur a servis, monachorum habitu indutis, boni consuluimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes.

Post hæc visum est vestræ majestati, ut iterum nos ac illi convocaremur, ut (79) ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc ut fierent, nobis exspectantibus, vestra pietas in civitatem

(68) *Usus* Mansi in textu, in margine, *ausus*.
(69) Est l. c. apud Mansi t. IV, p. 1403 seq., ex alia versione in Synod. c. 34.
(70) *Chalcedone* M.
(71) *Confuderunt* Mans.
(72) *Ut* Mans.
(73) *Inquirendum* Mans.
(74) *Honoris* habebat vulg. textus.
(75) *Et meminerunt* Mans.
(76) *Donec huc perveniremus* Mans. Sed Garn. lectio etiam cum Synodico magis consentit.
(77) *Convenerant* Mans.
(78) *Hic* abest a Mans.
(79) *Et* addit Mans.

Digitized by Google

profecta est, et eos quidem, qui de hæresi accusabantur, et propter hoc, alios ex his depositos a nobis, alios vero excommunicatos, et deinde canonicis pœnis subjiciendos; præcepit in civitatem venire, sacerdotio fungi et ordinare (80). Nos vero, qui pro pietate tantum certamen suscepimus, et pro rectis dogmatibus nullum non periculum sustinuimus, neque ingredi in civitatem jussit, ut fidei periclitantis negotium ageremus, et pro rectis dogmatibus urgeremus, neque ad propria remigrare permisit; sed sumus in Calchedone (81) tristes, et gementes in Ecclesia, quæ exercetur schismate.

Idcirco qui nullum responsum obtinemus, necessarium duximus ut præsentibus litteris doceremus vestram pietatem, coram Deo et Christo ipso ac sancto Spiritu, quod si quis ordinatus fuerit (antequam discutiantur recta dogmata) ab his qui hæretica sentiunt, necesse sit ut tota Ecclesia scindatur, tam clero, quam plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum feret hæretica colentibus communionem dari, propriamque salutem annihilari.

Ubi autem hæc, quæ futura sunt, evenerint, tunc (82) vestra pietas præter suam mentem agere cogetur. Nam et schisma præter sententiam invalescet, et eos, qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes, ut suæ animæ pereant, et constent contentiosis **1343** impia Cyrilli dogmata, quæ justificare volunt.

Multi autem, qui pietati student, Cyrilli dogmata admitti non sinent: neque vero sinemus, qui sumus omnes nos ex Orientali diœcesi, vestræ provinciæ, ex diœcesi Ponti, et Asiæ, et Thraciæ, et Illyrici, et Italiarum, qui et vestræ pietati librum beatissimi Ambrosii miserunt (83), adversa pullulanti huic superstitioni docentem.

Quapropter ne hoc eveniat, et vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam nos congregavit vestra, quæ Christum amat, celsitudo.

CLXVIII.—*Tertia eorumdem postulatio* (84) *e Calchedone ad imperatores missa.*

Non hunc eventum sortituram vestræ pietatis exspectabamus evocationem: vocati enim honeste sumus, tanquam sacerdotes a rege, et vocati sumus ad confirmandam sanctorum Patrum fidem: propterea etiam, tanquam pio regi obedituri, advenimus. Ubi autem venimus, neque Ecclesiam minus secuti sumus, neque **1344** vestrum contempsimus edictum; sed vestros nutus secuti sumus continue ab eo die, quo Epnesum pervenimus, usque in hodiernum.

Verumtamen ut videtur, nihil nobis profuit in hoc sæculo modestia nostra; imo etiam plurimum, ut videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui sic nos habuimus, usque in præsentem diem Calchedone detenti sumus (85), nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero, qui omnia confuderunt, et orbem turbis impleverunt, et Ecclesias discerpere contendunt, et pietatem manifeste oppugnant, sacerdotio funguntur, ecclesias congregant, et, ut putant, auctoritatem ordinandi habent, nimirum illicite ab illis petitam; seditiones in Ecclesia excitant; quæ expendenda in usus pauperum, in suos insumunt milites.

Cæterum non illorum tantum, sed et noster rex es. Non enim parva portio regni tui est Oriens, in quo semper recta fides refulsit, et cum hoc etiam aliæ provinciæ et diœceses, e quibus congregati fuimus.

Proinde ne despiciat vestra majestas fidem, quæ adulteratur, in quam et vos baptizati estis, et vestri progenitores; in quam Ecclesiæ fundamenta sunt jacta; propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt; cum qua et Barbaros vicistis, et tyrannos destruxistis; qua et nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Futurus (86) est enim Deus omnium commilito vester, si pro piis ejus dogmatibus laboraveritis, et prohibueritis corpus Ecclesiæ disrumpi: disrumpetur (87) enim, si opinio, quam Cyrillus fidei superinduxit (88) et alii hæretici confirmarunt, invalescat.

Hæc sæpe quidem coram Deo, et in Epheso, et hic testati sumus, et vestram pietatem docuimus, rationem illius, ut coram omnium Deo, reddentes. Hoc enim exigit a nobis, sicut divinæ Scripturæ, propheticæ et apostolicæ, docent. Etenim beatus Paulus clamat: « Testificor coram Deo, qui mortuos vivificat, et Domino nostro Jesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem [81]. » Et Ezechieli præcepit Deus, ut annuntiet populo; et minas adjicit, dicens: « Nisi annuntiaveris, sanguinem ejus de manu tua requiram [82].

Timentes itaque hoc judicium, necessarium existimamus iterum docere vestram majestatem, quod ii, qui permissi sunt Ecclesias habere, in ecclesiis docent, quæ Apollinarius, et Arius, et Eunomius: illegitime et contra canones sacerdotio funguntur, et animas occidunt eorum, qui ad se accedunt, si

[81] I Tim. VI, 13. [82] Ezech. III, 18.

(80) *Ut in c. venirent, sacerd. fungerentur et ordinarent.* M.
(81) *Chalced.* Mans.
(82) *Ubi a. hæc futura sunt, tunc*, etc. M.
(83) *Et omnes nos, qui ex orientali diœcesi et vestræ provinciæ, ex diœcesi Pont. et As. et Thr. et Ill. et Italiarum, Cyrilli dogm. adm. n. sinent, qui et vestræ*, etc. Sic Mans.
(84) Et hæc est in actis illis apud Mansi, t. IV, p. 1405 seq., et in Synod., c. 55, t. V, p. 808 seq.
(85) *Tenti conservati sumus.* Mans.
(86) *Futurus* abest a Mans.
(87) *Disrumpitur* Garn.
(88) *Induxit* Mans.

Digitized by Google

quis tamen ipsos (89) volet audire. Nam per Dei gratiam (90), cui omnium hominum cura est, et qui omnes vult servari, maxima pars populi sana est, et pro piis sollicita dogmatibus : propter illos maxime dolemus.

Et quia cruciamur, timentes ne paulatim serpens morbus plures comprehendat, communeque malum fiat, hæc nos vestram serenitatem docemus et docere non desistimus, et precamur vestram majestatem, ut nostris precibus annuat, et nihil sinat adjici ad fidem sanctorum Patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt.

Quod si, et post hanc nostram obsecrationem, hanc, quæ coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam pulverem pedum excutiemus, et clamabimus cum beato Paulo : « Mundi sumus a sanguine vestro [84]. » Non enim cessamus nocte et die, ab eo die, quo in hanc celebrem synodum advenimus, et regi, et principibus, et militibus, et sacerdotibus, et laicis testari, ne amittamus traditam nobis a Patribus fidem.

CLXIX.—*Epistola Theodoreti episcopi Cyri e Calchedone ad Alexandrum Hierapolitanum scripta* (91).

Nullum humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus **1345** omisimus, quo apud pientissimum regem et illustre consistorium non simus usi, testificantes coram Deo, qui omnia videt, et Domino nostro Jesu Christo, qui judicaturus est orbem in justitia [85]; et Spiritu sancto, et electis ejus angelis : ne contemnatur fides, quæ ab his, qui hæretica dogmata suscepere et his subscribere ausi fuere, adulteratur; et ut præcipiatur, solam exponendam sicut in Nicæa, et abjiciendam superinductam hæresin ad damnum et perniciem pietatis : et usque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferentibus.

Attamen nos nihil horum dehortari potuit, ut ab urgendo propositum desisteremus, sed persecuti sumus causam, Dei gratia. Cum juramento enim pientissimo nostro regi suasimus, quod impossibile sit, nobis Cyrillum et Memnonem conciliari, et quod fieri nequeat, ut illis communicemus, qui non antea ejecerint hæretica capitula.

Itaque nos quidem hanc habemus mentem : studium autem est his, « qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ Jesu Christi [86], » ut reconcilientur eis, præter mentem nostram. At non est nobis ejus rei cura. Deus enim nostrum propositum exigit, et virtutem explorat, neque supplicia **1346** irrogat propter ea, quæ præter mentem fiunt.

De amico autem sciat tua sanctitas quod, si quando ejus faceremus mentionem, vel apud pientissimum regem, vel apud illustre consistorium, defectionis notabamur : tantæ sunt eorum, qui intro sunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc est molestissimum. Pientissimus rex præ omnibus aliis aversatur nomen, manifeste dicens : De hoc mihi nullus loquatur. Specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic sumus, non cessabimus omni virtute, et ejus patris curam gerere, scientes factam illi ab impiis injustitiam.

Nobis quoque studium est, ut hinc liberemur, et vestra liberetur pietas. Nihil enim hinc boni sperandum, eo quod judices ipsi omnes auro confidant, et contendant unam esse naturam deitatis et humanitatis.

Populus autem omnis gratia Dei bene habet, et jugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipsis etiam disserere, et celebravimus communiones maximas, et quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis de fide; et tanta audierunt voluptate, ut usque ad horam septimam non discesserint (92), sed perduraverint usque ad æstum solis. In aula enim maxima, et quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, et nos superne concionabamur e suggestu prope tectum.

Verum clerus omnis cum bonis monachis valde nobis erat infensus, ita ut fieret collapidatio, quando a Rufinianis post adventum pientissimi imperatoris rediremus, et vulnerarentur a laicis et falsis monachis, multi qui nobiscum erant (93).

Noverat autem rex pientissimus, quod multitudo congregaretur contra nos (94), et solis nobis occurrens, dicebat : Novi quod male congregamini. Dicebam autem ei : « Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Justum est hæreticos quidem excommunicatos in ecclesiis agere; nos vero, qui pro fide certamus, et propter hoc ab aliis communionis exsortes facti sumus (95), non intrare in ecclesiam? Et ille respondit : Et ego quid faciam? Respondi igitur illi : Quod fecit magister tuus comes largitionum in Epheso. Ille enim ut invenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos dicens : Si non fueritis pacifici, non concedam uni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret, neque illis, neque nobis congregari, donec conveniamus, ut justa tua sententia omnibus nota fiat.

[84] Act. xviii, 6; xx, 26. [85] II Tim. iv, 1. [86] Philipp. ii, 21.

(89) *Si q. et ipsos volet aud.* M.
(90) *Divinam grat.* M.
(91) In actis Orientalium Ephesinis legitur hæc interpretatio, p. 1407 seq., tomi IV Mans. Collect., alia in Synodic., c. 30, t. V, p. 799 seq.
(92) *Discederent* Mans.
(93) *Multi ex laicis et falsis monachis, qui nobiscum erant.* Sic Mans. Sed vel Garnerii lectio retinenda est, vel, accommodate ad Synodicum, legendum : *Multi e laicis, qui nobisc. erant, et falsis mon.*
(94) *Ad nos* non dubitem substituere; quod et contextus docet et Synodicon.
(95) *Exsort. factos* Mans.

Digitized by Google

Ad hæc dicebat : Equidem episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego : Igitur neque nobis imperes, et accipiemus ecclesiam, et congregabimur : et cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt, quam cum illis. Ad hæc diximus ei, quod nostra congregatio, neque lectionem sacrarum Scripturarum habebat, neque oblationem ; solas autem preces pro fide et vestra ma- A jestate et religione (96) colloquia. **1347** Approbavit igitur, et ultra non prohibuit hoc fieri.

Augentur igitur conventus multitudinis ad nos venientis, et cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur vestra pietas, ut causa nostra exitum habeat Deo placentem : nos enim quotidie pericli tamur, et insidias monachorum et clericorum suspicantes, et potentiam et incuriam videntes.

CLXX. — *Epistola quorumdam Orientalium, qui Constantinopolin missi fuerant, ad Rufum episcopum.*

Deo dilectissimo sanctissimoque comministro Rufo, Joannes, Himerius, Theodoretus, et reliqui episcopi, in Domino salutem. B

Arbitramur pietatem et ecclesiasticam concordiam ob sanctitatis tuæ absentiam non parvum detrimentum accepisse. Etenim si præsto fuisset, confusiones turbasque temere exsuscitatas compescuisset, et nobiscum debellasset hæreses superinvectas orthodoxæ fidei, et evangelicæ ac apostolicæ doctrinæ, quam filii a patribus semper acceptam ad nos usque transmiserunt.

Hæc citra causam non dicimus : siquidem ex litteris, quas pietas tua ad Julianum piissimum **1348** sanctissimumque Sardicæ episcopum misit, quid sanctitas tua spectet, cognovimus. Monebant enim, ut par est, litteræ piissimum illum episcopum, *ne fidei, quam beati Patres Nicæni exposuerunt, defensionem ulla ratione detrectet, neve permittat, ut infractis illis verbis reprehensio vel labes aliqua irrepat, ut quæ sola, et ad veritatem ostendendam, et ad falsitatem revincendam, sint satis.* C

Et hæc quidem sanctitas tua recte, et pie, et juste admonuit, atque is, qui accepit litteras, litterarum consilium secutus est.

Cæterum multi qui ad synodum venerunt, juxta Prophetam, « declinaverunt, inutilesque facti sunt[87]. » Fide namque relicta, quam a sanctis Patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus subscripserunt, quæ Apollinarii prava opinione D plena sunt, et cum Arii et Eunomii impietate conveniunt, omnesque qui manifestam illam impietatem non suscipiunt, anathemati subjiciunt. Huic fidei pesti strenue restitimus, tam nos, qui ex Oriente, quam alii quoque, qui ex diversis diœcesibus con-

[87] Psal XIII, 3.

PO'. — *Ἐπιστολὴ Ἀνατολικῶν τινων, τῶν εἰς Κωνσταντινούπολιν πεμφθέντων, πρὸς Ῥοῦφον ἐπίσκοπον* (97).

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥούφῳ, Ἰωάννης, Ἱμέριος, Θεοδώριτος, καὶ οἱ καθεξῆς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Λίαν βεβλάφθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀπὸ (98) τῆς ἀπουσίας τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἡγούμεθα. Ἔπαυσε γὰρ ἂν παραγενομένη καὶ τὰς γεγενημένας συγχύσεις, καὶ τὰς τετολμημένας (99) ἀταξίας, καὶ σὺν ἡμῖν (1) κατηγωνίσατο τὰς ἐπεισαχθείσας αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει (2), καὶ τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἣν παῖδες παρὰ πατέρων ἀεὶ δεχόμενοι (3), μέχρις ἡμῶν ταύτην παρέπεμψαν.

Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φαμεν, ἀλλὰ τὸν (4) σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθηκότες ἐκ τῶν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον Ἰουλιανὸν τὸν τῆς Σερδικῆς (5) ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας σταλέντων (6) γραμμάτων. Ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ, τὸν προειρημένον θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον *συναγωνίσασθαι τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει ἀπὸ* (7) *τῶν μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων* (8), *καὶ μὴ συγχωρῆσαι μῶμον ἐκείνοις τοῖς ἀῤῥαγέσι* (9) *ῥήμασιν ἐπεισαχθῆναι, ἀρκοῦσι καὶ τὴν ἀλήθειαν δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγξαι.*

Ταῦτα ἡ μὲν ὁσιότης ἡ σὴ ὀρθῶς, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο, καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ.

Πολλοὶ δὲ τῶν εἰς τὴν σύνοδον παραγενομένων « ἐξέκλιναν, κατὰ τὸν Προφήτην, καὶ ἠχρειώθησαν· » ἣν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τῆς (10) Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυπογράψαντες, ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας· συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ, καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὴν γυμνὴν ταύτην ἀσέβειαν. Ταύτῃ τῇ λύμῃ (11) τῆς πίστεως λίαν ἀντέστημεν, οἵ τε ἀπὸ τῆς ἑῴας συνεληλυθότες, καὶ

(96) Forte : *religionis* s. *religiosa*.
(97) Sic inscribitur epistola in actis concilii Orientalium Ephesini sæpe commemoratis apud Mans. t. IV, p. 1411 seq.
(98) ὑπό Mans.
(99) τολμηθείσας M. in margine.
(1) ἂν addit M.
(2) πίστει excidérat a Garn.
(3) διαδεχόμενοι M. in margine, quod est melius.
(4) ἄλλον additum habebat textus Mans. et Garn.
(5) Σερδ. s. Σαρδ. haud dubie rescribendum fuit pro vulgato Ἐριδικ·ς. Julianus quidem Sardicensis episcopus sæpe reperitur inter Orientales episcopos, qui a concilio Ephesino dissenserunt, ut in Synodici c. 13, 28, 190, alibi quoque.
(6) γραφέντων M. in marg.
(7) ὑπό M.
(8) συνελθόντων M. in marg.
(9) βραχέσι M. in marg.
(10) τοῦ M.
(11) τόλμῃ M. in Marg.

Digitized by Google

ἕτεροι οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων Πατέρων κρατυνθῆναι πίστιν. Οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἴς τε διδασκαλίαν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως.

Ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διατελοῦμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες τερπνῶν τε καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν πατρῷον τοῦτον κλῆρον. Τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα (τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι τὰ ἐπὶ διαφορᾷ (12) τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια), καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν· καὶ τοὺς ὑπογράψαι καὶ συνθέσθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν.

Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὤνησεν ἡ ἡμετέρα μακροθυμία. Μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμάχονται δογμάτων· περιέπειραν δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ τοῦ κανόνος ὅρῳ. Ὅς σαφῶς διαγορεύει· *Εἴ τις καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἑαυτῷ ἐπιτρέψειε τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ ἀναμείνειε συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας.*

Τούτῳ τῷ ὅρῳ περιπεπτώκασιν οἵ τε καθαιρεθέντες, οἵ τε ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ γνῶναι τὴν γενομένην καθαίρεσιν καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνελειτούργησαν, καὶ διατελοῦσι λειτουργοῦντες, ὡς ἀπιστοῦντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· « Ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

Ταῦτα ἐβουλευσάμεθα μὲν εὐθὺς τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ γνωρίσαι, προσδοκήσαντες δὲ ἔσεσθαί τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολὴν μέχρι τοῦ παρόντος ἀνεμείναμεν. Ἀλλ' ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος. Ἔμειναν γὰρ τῆς δυσσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντες, καὶ μηδὲ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὰς συμβουλὰς αἰδούμενοι. Πεντάκις γὰρ ἤδη καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν συντετυχηκὼς, προσέταξεν αὐτοῖς, ἢ ὡς ἐναντία τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια, ἢ τὸν ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι ὡς συμβαίνει τῇ τῶν μακαρίων Πατέρων ὁμολογίᾳ. Ἑτοίμως γὰρ ἔχομεν (13) ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι' ὧν ἀπεδείξαμεν ἂν, ὡς ἀντίκρυς μὲν μάχεται τοῖς τῆς ὀρθοδοξίας διδασκάλοις, συμφέρεται δὲ λίαν τῇ τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ.

Διδάσκει γὰρ διὰ τούτων αὐτῶν ὁ τὰ πονηρὰ ταῦτα κτίσας γεννήματα, ὡς ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπότης ἣν ὑπὲρ τῆς

venerunt, ut fides a beatis Patribus Nicææ exposita confirmaretur. Nihil enim, ut sanctitas tua novit, in illa desideratur, quod ad confirmandam evangelicorum dogmatum doctrinam, et ad quamvis hæresin confutandam faciat.

1349 Propter hanc omnibus lætis tristibusque, quæ humanæ vitæ accidere possunt, simul posthabitis, jugiter in acie versamur, ut hanc sortem a Patribus traditam incontaminatam conservemus. Hac etiam de causa Cyrillum et Memnonem deposuimus; illum quidem tanquam hæresiarcham, hunc vero tanquam illius fautorem et adjutorem in omnibus, ad confirmanda ac stabilienda capita, quæ exposita sunt in Ecclesiarum perniciem; cæteros vero, qui dogmatibus illis pietati dissentaneis subscribere et astipulari sunt ausi, tantisper excommunicationi subjecimus, dum ea anathematizaverint, et ad sanctorum Patrum Nicænorum fidem redierint.

Verum nostra lenitas illis nihil profuit. Nam usque hodie pro perversis illis dogmatibus decertant, et ultro in canonis sanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perspicuam sententiam : *Si quis episcopus a synodo, aut presbyter vel diaconus ab episcopo suo depositus, non exspectato synodi judicio, sacris ministeriis se ingesserit, nullus se expurgandi locus, ne in alia quidem synodo, huic relictus esto. Sed etsi qui sunt, qui cum eo communicaverint, hi penitus ab Ecclesia expellantur.*

In hanc sanctionem inciderunt tam hi, qui excommunicationis, quam illi, qui depositionis sententiam in se exceperunt. Nam cum primum se a nobis depositos atque excommunicatos resciverunt, statim una sacris operati sunt, et adhuc sacra facere perseverant; tanquam ei fidem non habentes, qui dixit: « Quodcunque ligaveritis **1350** super terram, erit ligatum et in cœlis [88.89]. »

Hæc in ipso mox exordio sanctitati tuæ indicare cogitavimus; verum mutationis alicujus, et a malis hisce emersionis spe ducti, hactenus exspectavimus. At ea nos spes fefellit. Nam neque impiam hanc hæresin propugnare destiterunt, neque piissimi imperatoris consilia reverentur. Etenim quintum jam nos et ipsos affatus, illis quidem mandavit, ut vel capita Cyrilli tanquam cum fide pugnantia rejiciant, vel certe suscepto in eorum defensionem certamine, sanctorum Patrum confessioni consentanea esse palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ ostensuri eramus, quod orthodoxæ fidei doctoribus manifeste adversantur, plurimumque hæreticorum doctrinæ consentiunt.

Enimvero homo perversorum germinum auctor per hæc ipsa docet, divinitatem unigeniti Filii Dei passam esse, non autem humanitatem, quam

[88.89] Matth. XVIII, 18.

(12) διαφορᾷ M. in marg.

(13) εἴχομεν M. in margine.

Digitized by Google

pro salute nostra suscepit, cum divinitas inhabitans passiones corporis, quasi proprii, sibi attribuerit, et tamen in propria natura nihil ipsa pateretur. Addit præterea ex divinitate et humanitate unam factam esse naturam : siquidem illud : « Verbum caro factum est [90], » ita exponit, quasi divinitas conversionem aliquam passa, et in carnem transmutata sit. Ad hæc eos exsecratur, qui evangelicas apostolicasque voces de Christo Domino distinguunt, ut humiles quidem ad humanitatem, divinas vero ad Christi divinitatem referant : quod **1351** Ariani et Eunomiani sentientes, humilesque dispensationis voces ad divinitatem referentes, Deum Verbum creaturam et facturam, alteriusque substantiæ, et Patri inæqualem esse affirmare non dubitarunt

* Quæ vero blasphemia ex hisce principiis consequatur, quivis facile intelligit. Nam et naturarum inducitur confusio, et Deo Verbo attribuitur illud : « Deus meus, Deus meus, utquid dereliquisti me [91]? » et illud : « Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste [92]; » rursum fames, sitis, angelica confortatio; et illud : « Nunc anima mea turbata est [93]; » et iterum : « Tristis est anima mea usque ad mortem [94]; » et quæcunque talia in Domini nostri humanitatem ceciderunt. Quæ perspicue cum Arii et Eunomii impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heterousion, naturarumque diversitatem astruere non valerent, perpessiones et humiles illas voces divinitati Christi, ut ante dictum est, ascribunt. Norit autem pietas tua, Arianorum doctores nihil aliud in ecclesiis suis hoc tempore docere, quam quod consubstantialitatis assertores jam demum cum Ario sentiant, quodque veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat.

Nos autem in dogmatibus beatorum Patrum, qui apud Nicæam convenerunt, et eorum qui post illos doctrina claruerunt, Eustathii Antiocheni, Basilii Cæsariensis, et Gregorii, et Joannis, et Athanasii, et Theophili, et Damasi Romani, et Ambrosii Mediolanensis, et reliquorum, qui cum his eadem docuerunt, perseveramus, **1352** piisque illorum vestigiis insistimus : quippe qui evangelica, et apostolica, et prophetica verba sequentes, exactam orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint : quam regulam nos inconcussam immobilemque retinere studemus omnes qui in Oriente habitamus; similiter qui Bithyniam, et Paphlagoniam, et Cappadociam secundam, et Pisidiam, et Thessaliam, et Mysiam, Rhodopenque incolunt, et alii quamplurimi diversarum provinciarum. Italos quoque certum est novitatem illam nequaquam laturos esse. Nam Martinus sanctissimus, Deoque dilectissimus Mediolanensium episcopus, ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de Dominica incarnatione ad piissimum im-

ἡμετέρας ἀνείληφε σωτηρίας, τῆς ἐνοικούσης δηλονότι θεοτητος οἰκειουμένης μὲν τὰ πάθη ὡς ἰδίου σώματος, οὐδὲν δὲ πασχούσης εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· οὕτω γὰρ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἑρμήνευσεν, ὡς τῆς θεότητος τροπήν τινα ὑπομεινάσης, καὶ εἰς σάρκα μεταβληθείσης. Πρὸς τούτοις, ἀναθεματίζει τοὺς διαιροῦντας τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὰς δὲ θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνοντας· ὅπερ φρονοῦντες Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοὶ, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς περὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἑτεροούσιον καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο.

Ἐντεῦθεν δὲ, εἴ τι κἂν συμβαίνῃ τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον κατιδεῖν. Σύγχυσις γὰρ εἰσάγεται τῶν φύσεων, καὶ προσάπτεται τῷ Θεῷ Λόγῳ τό· « Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες; » καὶ τό· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· » καὶ τὸ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ἀπὸ ἀγγέλου στηρίζεσθαι· καὶ τὸ λέγειν· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » καί· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Κυρίου συμβέβηκε. Ταῦτα δὲ ὡς σαφῶς τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνει, εὐχερῶς ἄν τις κατίδοι. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτεροούσιον κατασκευάσαι μὴ δυνάμενοι, τὰ παθήματα καὶ τὰς εὐτελεῖς φωνὰς τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς προείρηται. Ἴστω δέ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς οἱ τῶν Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν οὐδὲν ἕτερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν διδάσκουσιν, ἢ ὡς οἱ τὸ ὁμοούσιον διδάσκοντες νῦν τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι διὰ χρόνου μακροῦ τὸ ἀληθὲς ἀνεφάνη.

Ἡμεῖς δὲ τοῖς τῶν μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθυθότων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ διαπρεψάντων, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμάσου τοῦ Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολάνων, καὶ τῶν ταυτὰ τούτοις διδαξάντων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν αὐτῶν ἀκολουθοῦμεν ἴχνεσι· τοῖς γὰρ εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς καὶ προφητικοῖς ἑπόμενοι ῥήμασιν (14), ἀκριβῆ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κατέλιπον κανόνα· ὃν ἀκλινῆ καὶ ἀσάλευτον φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες οἱ τὴν Ἀνατολὴν οἰκοῦντες. Ὡσαύτως δὲ οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ δευτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισιδία, καὶ Θετταλία, καὶ Μυσία, καὶ Ῥοδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν. Δῆλοι δέ εἰσι καὶ Ἰταλιῶται τῆς καινοτομίας ταύτης οὐκ ἀνεξόμενοι. Ὁ γὰρ θεοφιλέστατος καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος (15), ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος, καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον

[90] Joan, I, 14. [91] Psal. XXI, 1. [92] Matth. XXVI, 39. [93] Joan. XII, 27. [94] Matth. XXVI, 38.

(14) δόγμασιν M. in margine.
(15) Μαρτινιανός scribi debebat, quod est verum eius nomen.

Digitized by Google

ἐξέπεμψε τοῦ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις.

peratorem misit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet.

Γινωσκέτω δέ σου ἡ ἁγιότης, ὡς οὐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ καὶ Μέμνονι, τὸ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν. Τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ διοικήσεων γενομένους ἀκοινωνήτους, εὐθὺς εἰς κοινωνίαν ἀνεδέξαντο (16). Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἑτέρους καὶ ἐπὶ αἱρέσεσιν ἐγκαλουμένους, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ καὶ Πελαγίῳ (Εὐχῖται γάρ εἰσιν, ἤγουν Ἐνθουσιασταί)· διὸ καὶ ἀκοινώνητοι ἦσαν τῷ τε διοικητῇ, καὶ τῷ μητροπολίτῃ· τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας καταφρονήσαντες εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο αὐτούς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς πανταχόθεν ἀθροίζοντες, καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ εὐσεβῶς δογματίζειν σπουδάζοντες. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐγεγύμνωντο, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέραν ἐπενόησαν δύναμιν, ἀνθρώπων τείχη, χρημάτων ῥεύμασιν οἰόμενοι τὴν τῶν Πατέρων καταγωνίζεσθαι πίστιν. Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν αὐτοὺς ὠνήσει τῆς ὑμετέρας ἐῤῥωμένης ὁσιότητος (17), καὶ συνήθως τῆς εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης.

Sed nec istud sanctitatem tuam prætereat, nempe Cyrillum et Memnonem non contentos fuisse orthodoxam fidem corrupisse, verum omnes quoque canonicas sanctiones proculcavisse. Nam qui a diversis diœcesibus atque provinciis excommunicationi perculsi fuerunt, illos ipsi statim in communionem receperunt. Alios præterea de diversis etiam hæresibus accusatos, eademque sentientes cum Cœlestio et Pelagio (Euchitæ enim sunt, sive Enthusiastæ), et ob id a suo diœcesano vel metropolitano excommunicatos, ecclesiastica disciplina contempta, communioni restituerunt, multitudine undecunque sibi coacta, ac tyrannice potius quam pie dogmata sua statuere laborantes. Nam cum pietate **1353** destituerentur, aliam necessario sibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, rati profusione pecuniæ se Patrum fidem expugnanturos. Verum pietate tua bene valente, religionisque defensionem more suo suscipiente, nihil illorum machinationes efficere poterunt.

Παρακλήθητι τοίνυν, δέσποτα ἁγιώτατε, τὴν μὲν κοινωνίαν τῶν ταῦτα τετολμηκότων, καὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην εἰσαγαγόντων φυλάξασθαι· γνωρίσαι δὲ πᾶσι καὶ τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακράν, ὡς ταῦτά ἐστι τὰ κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον τοὺς αἱρετικούς· καὶ ὅτι οὐ χρὴ τῇ ἐκπεμφθείσῃ ἐπιστολῇ παρ' αὐτοῦ ἁπλῶς προσέχειν, ἐν ᾗ τὸ μὲν αἱρετικὸν συνεσκίασε φρόνημα, τῷ δὲ τῆς εὐσεβείας αὐτὴν κατέχρωσε δόγματι· ἐν μὲν γὰρ τοῖς κεφαλαίοις σφόδρα αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν ἐγύμνωσεν, ἔνθα καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἐτόλμησεν. Ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ βλάψαι (18) πανούργως τοὺς ἁπλουστέρους ἐπεχείρησε.

Caveat itaque sanctitas tua, ne causam negligat, ne postea hæresin hanc corroboratam aspiciens, in vanum doleat, et quod pietatem vindicare deinde nequeat, se affligat.

Μὴ τοίνυν καταφρονήσῃ (19) τῆς ὑποθέσεως ἡ σὴ ὁσιότης, ἵνα μὴ ὕστερον ὁρῶσα τὴν αἵρεσιν κρατυνθεῖσαν ἀνονήτως ἀλγύνηται, καὶ ἀσχάλλῃ ἐπαμῦναι μηκέτι δυναμένη τῇ εὐσεβείᾳ.

Misimus etiam exemplum scripti, quod piissimo Christianissimoque imperatori nostro exhibuimus, quo sanctorum Nicænorum Patrum fides continetur, et hæretica Cyrilli capita recens inducta reprobantur, ea nobis judicantibus ab orthodoxa fide aliena.

Ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὸ ἴσον τοῦ τόμου, οὗ ἐπιδεδώκαμεν τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν, ἔχαν τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἐν ᾧ ἐξεβάλομεν τὰ πρόσφατον ἐπεισαχθέντα ὑπὸ τοῦ Κυρίλλου αἱρετικὰ κεφάλαια, ἀλλότρια κρίναντες αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

1354 Quoniam vero juxta piissimi imperatoris mandatum octo tantum in civitatem Constantinopolitanam venimus, scripsimus etiam exemplum mandati a sancta synodo nobis dati, quo provinciæ in illo recensitæ dignoscantur. Eas enim a metropolitanorum subscriptionibus sanctitas tua cognoscet. Salutamus universam, quæ tecum agit, fraternitatem.

Ἐπειδὴ μόνοι ὀκτὼ παρεγενόμεθα εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, οὕτω τοῦ εὐσεβεστάτου προστάξαντος βασιλέως, ὑπετάξαμεν (20) καὶ τὸ ἴσον τοῦ ἐντολικοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δοθέντος ἡμῖν, διὰ τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκειμένων αὐτῷ ἐπαρχιῶν, ἃς ἔστιν ἀπὸ τῶν ὑπογραφῶν τῶν μητροπολιτῶν γνῶναι τὴν σὴν ὁσιότητα. Πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν.

(16) ἀναδέξατο M.
(17) ὁρωμένης θεοφιλίας M. in margine
(18) κλεύαι M. in margine.
(19) καταφρονησάτω M. in margine.
(20) ὑπεγράψαμεν M. in margine.

Digitized by Google

CLXXI. — *Epistola Theodoreti ad Joannem Antiochiæ episcopum, postquam actum esset de pace.*

ΡΟΑ'. — *Θεοδωρίτου πρὸς τὸν Ἀντιοχείας Ἰωάννην μετὰ τὰς διαλλαγάς* (21).

Qui omnia sapienter gubernat Deus, nostræque prospicit concordiæ, et de populorum salute curam gerit, fecit ut in idem conveniremus, ac consonantes sibi invicem omnium ostendit voluntates.

Ὁ πάντα σοφῶς πρυτανεύων Θεὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμονοίας, καὶ τῆς τῶν λαῶν κηδόμενος σωτηρίας, συναθροισθῆναι ἡμᾶς κατὰ ταυτὸ (22) παρεσκεύασε, καὶ συμφώνους ἀλλήλοις τὰς πάντων (23) ἔδειξε γνώμας.

Cum enim in conventu perlegissemus Ægyptiacas litteras, earumque sensum curiose perpendissemus, reperimus eas, quæ illinc missæ fuerant, consonas quidem dictis, sed aperte contrarias duodecim capitulis, a quibus, velut alienis, a pietate, impugnandis hactenus non destitimus.

Ἐν κοινῷ γὰρ ἀναγνόντες τὰ Αἰγύπτια γράμματα, καὶ ἐξετάσαντες αὐτῶν ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, εὕρομεν σύμφωνα τοῖς εἰρημένοις ἀφ' ἡμῶν (24) τὰ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένα, καὶ ἀντικρυς ἐναντία τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις, οἷς μέχρι τοῦ παρόντος ὡς ἀλλοτρίοις τῆς εὐσεβείας, πολεμοῦντες διετελέσαμεν.

1355 Illa siquidem habebant, carnaliter carnem factum esse Dei Verbum, et unionem secundum hypostasin, et conventum secundum unionem naturalem, et Deum Verbum primogenitum factum ex mortuis. Reprobabant vero vocum, quæ de Domino prolatæ sunt, divisionem, aliaque insuper continebant, a seminibus quidem apostolicis aliena, hæreticorum vero germina zizaniorum.

Ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἶχε, σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ σύνοδον τὴν καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον πρωτότοκον γεγενημένον ἐκ νεκρῶν. Ἀπηγόρευσε (25) δὲ καὶ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου φωνῶν τὴν διαίρεσιν, καὶ ἕτερα δὲ (26) πρὸς τούτοις εἶχε τῶν μὲν ἀποστολικῶν σπερμάτων ἀλλότρια, τῶν δὲ αἱρετικῶν ζιζανίων βλαστήματα.

Quæ vero directæ sunt litteræ, evangelica generositate decorantur. Prædicatur enim in illis Dominus noster Jesus Christus perfectus Deus et perfectus homo : ad hæc, naturæ duæ, earumque differentia et inconfusa unio, quæ non temperatione, aut mistione, sed ineffabili quodam, et Deum decente modo facta sit, naturarumque proprietates impermiste conservet : tum passioni, mutationique non subjacens Deus Verbum, sed passibile templum, quod morti ad breve tempus traditum, virtute uniti Dei postea suscitatum est : denique Spiritus sanctus non ex Filio aut per Filium exstantiam habens, sed a Patre procedens, proprius vero Filii dictus, quia consubstantialis est.

Τὰ δὲ νῦν ἀπεσταλμένα (27) τῇ εὐαγγελικῇ εὐγενείᾳ καλλύνεται· Θεὸς γὰρ τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀναδείκνυται ἐν αὐτοῖς (28) καὶ φύσεις δύο, καὶ τούτων διαφορὰ (29), καὶ ἕνωσις ἀσύγχυτος οὐ κατὰ κρᾶσιν καὶ φυρμὸν, ἀλλ' ἀπορρήτως καὶ θεοπρεπῶς γενομένη· καὶ τῶν φύσεων τὰς ἰδιότητας ἀκρατῶς διαφυλάξασα (30)· καὶ ἀπαθὴς μὲν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ ἄτρεπτος, παθητὸς δὲ ὁ ναὸς, καὶ τῷ θανάτῳ πρὸς ὀλίγον παραδοθεὶς, καὶ πάλιν τῇ δυνάμει τοῦ ἑνωθέντος Θεοῦ ἐγερθεὶς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐξ Υἱοῦ, ἢ δι' Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ Υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον.

Hanc rectitudinem in litteris intuiti, hymnum ei cecinimus, qui balbutientes linguas sanaverat, et ingratum auribus * sonum in dulcem concentum transformat.

Ταύτην τὴν ὀρθότητα ἐν τοῖς γράμμασι θεασάμενοι (31), ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰατρεύσαντα (32), καὶ τὸν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἡδεῖαν ἁρμονίαν (33) μεταῤῥυθμίζοντα.

Et post pauca. Cum has vero vestras sacras **1356** voces nacti essemus, vosque ipsos sic sen-

Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν (34). — Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς

(21) Hanc epistolam primus e codice Vaticano ediderat Leo Allatius in *Vindiciis synodi Ephesinæ et S. Cyrilli* (Romæ 1661), p. 137 seq., ejus etiam partes aliquot, p. 45, 46, post alio e libro Cotelerius in *Eccles. Græc. monumentis*, tom. I, p. 48, quanquam uterque negat Theodoreti esse. Denique ex alio Vatic. codice Garnerius in Auctario. Cotelerii editionem sequitur Baluzius, repetit Mansus in Collect. ampliss. conciliorum, t. V, p. 381 seqq. Latina interpretatio vetus universæ epistolæ exstat in Synodico c. 95, apud Mansum l. c., p. 876 seqq. quæ sola videtur integram epistolam conservasse; facile enim est ad agnoscendum mancam eam esse in Græcis, quoad extremam quidem partem. Alius interpretationis veteris fragmentum est in synodi v, collat. 5, apud Mansum, t. IX, p. 294, usque ad illa verba : Τὰ δὲ νῦν ἀπεσταλμένα — καλλύνεται. Inscriptio epistolæ in Coteler. edit. et sequacibus tantum habet : Θεοδωρήτου πρ. Ἰωάνν. Ἀντιοχείας.

(22) ταυτόν All. Cotel.

(23) ἁπάντων Cot.

(24) ἀφ' ἡμῶν supplet Cotel Synodus v : *dictis a nobis.* Synodic. *consona nostris.*

(25) ἀπηγόρευε Cot.

(26) δέ abest ab All.

(27) ἐπεσταλμ. Cot.

(28) ἐν αὐτοῖς ἀναγορεύεται All. Cot.

(29) διαφορά male abest a Cotel.

(30) Ita omnes. Garn. habebat διαλλάξασα.

31) Addunt All. et Cotel. καὶ ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου τοῖς ἤδη πρότερον γραφεῖσιν εὑρόντες, consentiente Synodico.

(32) ἰατρεύοντα Cot.

(33) Sic. et Allat. p. 46, sed idem p. 138, itemque Cotel. εἰς ἠχὴν ἡδεῖαν. Synodic. : *In articulatam vocem suavemque.*

(34) Ineptum hoc corollarium quod sequitur, unus habebat Vaticanus, quem Garnerius descripserat. Alia pro illis addita reperiri in Synodico, jam diximus supra.

Digitized by Google

φρονοῦντας εὑρίσκοντες. « Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, A εἷς βάπτισμα, » ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων Πατέρων, συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίαι.

tientes reperiremus (unus enim Dominus, una fides, unum baptisma [35]), glorificavimus universorum Salvatorem Deum, invicem congaudentes, quod et quæ apud nos sunt, et quæ apud vos, Ecclesiæ fidem habeant divinis Scripturis sanctorumque Patrum traditioni consentaneam.

CLXXII. — *Epistola Theodoreti ad Nestorium* (35).

Versio antiqua inserta actis quintæ Collationis v Synodi.

Domino meo reverendissimo et religiosissimo, et sanctissimo patri, episcopo Nestorio, Theodoritus in Domino gaudere.

Quod non urbana conversatione delector, nec sæculari curatione, nec gloria, nec aliis sedibus B sum alligatus, arbitror scire tuam sanctitatem. Licet enim et nihil aliud, ipsa tamen solitudo civitatis, quam gubernare sortitus sum, sufficit hanc (36) me philosophiam docere. Non solum enim solitudinem, sed etiam plurimos habet rerum tumultus, qui possunt facere pigros, etiam eos qui valde eis gaudent.

Nemo igitur persuadeat tuæ sanctitati, quod ego episcopalem sedem cupiens, cohibendo (37) oculos meos, tanquam orthodoxas suscepi Ægyptiacas litteras. Ut enim cum ipsa veritate dicam, sæpius ea perlegi et subtiliter discussi, et hæretica illas amaritudine liberatas (38) esse inveni, et timui quamdam eis maculam imponere, et certe in odio C habens, quam alius quidam, patrem illarum, tanquam auctorem tumultuum exsistentem orbis terrarum : et spero nullas pœnas sustinere hujus gratia in die judicii, quoniam justus judex intentionem exquirit.

His vero quæ adversus tuam sanctitatem injuste et contra leges facta sunt, nec si ambas manus meas aliquis incidet (39), patiar consentire, divina videlicet gratia me adjuvante, et infirmitatem animæ supportante.

Et (40) hoc etiam certum exigentibus per litteras feci. Direxi vero etiam tuæ sanctitati, quæ rescripsimus ad ea quæ scripsit nobis, ut cognoscat, quod nullum nos tempus, propter (41) divinam virtutem mutavit, nec multipedes, vel versipelliones docuit, D quorum hi quidem petras, illi folia (42) per (43) colorem imitantur.

[35] Ephes. IV. 5.

(35) Etsi Græca hæc epistola periit, triplex tamen ejus interpretatio reperitur. Prima in Synodico, c. 120, apud Mansum, t. V, p. 898; altera in synodi quintæ collatione 5, apud eumdem, t. IX, p. 294, cujus quoque priorem partem Garnerius posuerat in Auctar. Theodoreti, p. 74. Tertiam edidit Marius Mercator e recensione Garnerii, t. II, p. 272 seq., et Baluzii, p. 333 seq. Secundam et tertiam hic, præeunte Garnerio, posuimus, utrique diversitatem lectionis in Baluziana editione et conciliorum et Marii Mercatoris adjicientes.

(36) *Hanc* abest a Paris. apud Baluzium.

(37) *Conhibendo* vett. libri ap. Baluz. qui interpretatur : connivendo.

CLXXII. — *Epistola Theodoreti ad Nestorium.*

Versio Marii Mercatoris.

Domino meo vere Dei amantissimo, et venerando sancto Patri Nestorio, episcopo, Theodoretus in Domino salutem.

Quod urbana me conversatio et obsequium gloB riaque non superet, nec excelsis indigeam sedibus, arbitror tuam cognoscere sanctitatem. Nam etsi nihil aliud, saltem solitudo civitatis, cujus dispensationem videor esse sortitus, hanc me philosophiam sufficienter edocuit, quam constat ad solitudinis cumulum, etiam turbas habere causarum, quæ retardare plurimos valeant, etiam qui rebus talibus nimis exsultant.

Nullus igitur tuæ persuadeat sanctitati, quod ego præsul esse desiderans, clausis oculis **1357** velut recta dogmata, Ægyptia scripta susceperim. Nam per ipsam fateor veritatem, sæpius ea revolvens et diligenter examinans, ab hæretica pravitate libera deprehendi, et aliquam illis imponere maculam formidavi, non tamen velut is approbetur, qui toti mundo causa perturbationis C exstiterit (44), et spero me pro hac re nullis delictis in die judicii subjacere, quia judex justus explorat propositum singulorum.

His autem quæ contra tuam venerationem injuste atque inique patrata sunt, nec si mihi utramque manum quis abscinderet (45), potero præbere consensum, divina procul dubio mihi cooperante gratia, et infirmitatem animæ sublevante.

Hoc autem etiam his, qui hæc exigunt, certum litteris feci, et vestræ (46) sanctitati, quid eis a me rescriptum sit, exempla transmisi, quatenus agnoscat quod nullum tempus nos per divinam gratiam commutabit (47), nec polypodas nec chamæleontas D ostendet : quod illi quidem petras, hi vero folia juxta colores proprios imitentur.

(38) *Libratas* Paris. ap. Baluz.

(39) *Incideret* rectius vett. libri ap. Baluz.

(40) *Et* abest a Paris. Baluz.

(41) *Præter* idem.

(42) *Vero* addit idem.

(43) *Pro* idem.

(44) *Alio quam illis imp. maculam formidabilis approbetur, velut qui toto mundo c. p. c.* Sic edit. Baluz.

(45) *Abscinderit* B.

(46) *Tuæ* B.

(47) *Commutavit — ostenat.* B.

Digitized by Google

Versio Marii Mercatoris.

Omnem quæ cum tua veneratione est in Domino, fraternitatem, ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

A

Versio act. v Synodi.

Universam fraternitatem, quæ tecum est, in Domino, ego et qui mecum sunt, plurimum (48) salutamus.

1358 CLXXIII. — *Epistola ad Andream monachum Constantinopolitanum* (49).

Fidelis autem Deus, qui non patietur neque nos, neque vos tentari supra (50) *id quod possumus, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut tolerare possimus* [96], et mendacium quidem redarguit, quamvis et nunc assertio probetur mendacii confutata, et veritatis ostensa potentia.

Ecce enim qui Salvatoris Christi naturas impia ratiocinatione confuderant, et unam naturam ausi fuerant prædicare, ac deitati passiones adjungere, propterea etiam sanctissimo et venerando summo Dei pontifici Nestorio insultarant (51), velut quodam chamo et freno, secundum Prophetam [97], maxillis omnino confractis, et a pravis ad recta perductis, veritatem iterum addidicerunt, utentes ejus assertione, qui pro veritate bella sustinuit. Pro una namque natura, duas in præsentiarum confitentur (anathematizantes eos, qui permistionem aut confusionem prædicant), et deitatem Christi impassibilem (52) venerantur, et carnis esse edisserunt (53) passiones, et evangelicas dividunt voces, et deitati quidem sublimes et Deo dignas ascribunt, humiles autem assignant humanitati (54). Talia namque nunc ab Ægypto scripta delata sunt.

B

C

CLXXIV. — *Epistola ad Himerium, episcopum Nicomediæ* (55).

Intentionem nostram certam tuæ facimus sanctitati, quod lectis ex Ægypto litteris destinatis, et apud nos sæpe discussis, invenimus eas doctrinæ quidem congruentes Ecclesiæ : duodecim vero capitulis contrarias esse probavimus, quæ usque impræsentiarum impugnare perstitimus.

Placuit igitur nobis, ut si sanctitas vestra receperit Ecclesias divinitus sibi commissas, Ægyptiis et (56) Constantinopolitanis communicare, aliisque qui contra nos cum eis militasse noscuntur (57), quia nostram fidem, magis autem apostolorum, se habere professi sunt; damnationi vero venerandi et sanctissimi Nestorii, quæ facta dicitur, non præbere consensum.

1359 Iniquum namque vere et impium comprobamus, si de (58) iisdem criminibus, de quibus et socius ejus reus exstiterat, illi quidem veniam largiri, huic autem ostium pœnitentiæ claudere. Multo igitur magis iniquum et magis impium est, innocentem morti tradere.

Sciat sanctitas vestra, quod non prius eis communicandum esse censemus, quam vestras recipiatis Ecclesias. Hæc autem non solus ego, sed omnes sanctissimi nostræ regionis episcopi, habito concilio (59) decreverunt.

CLXXV. — *Ad Alexandrum Hierapolitanum* (60).

Et ante jam tuæ sanctitati prædixi, quia si domini mei venerabilis et sanctissimi episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum, nec ego his, qui hoc faciunt, communicabo. Quod si tuæ sanctitati placuerit, id ipsum litteris inserere, quæ Antiochiam diriguntur, hoc fiat; ne ergo differatur, obsecro, tuis hærendo vestigiis.

CLXXVI. — *Ad eumdem Alexandrum, postquam rescivit Joannem Antiochenum episcopum anathematizasse dogma Nestorii* (61).

Non tuam lateat sanctitatem quod, postquam (62) legi epistolam, quæ imperatori directa est, nimis animo dolui : quia manifeste cognosco quod is qui hanc scripsit, id ipsum sentiens, indiscrete atque

[96] I Cor. x, 13. [97] Psal. xxxi, 9.

(48) *Plurima* vett. libri ap. Baluz.

(49) Hujus epistolæ fragmentum ita conservavit Marius Mercator, edit. Garner. t. II, p. 273, Balazianæ p. 335, Andreæ, monacho Constantinop. inscribitur e Garnerii conjectura, quanquam nihil dicit Marius Mercator, nisi eam pro consolatione Nestorianorum Constantinopolin destinatam esse.

(50) *Super* Baluz.

(51) *Resultarunt* B.

(52) *In passibilitate* Baluz. cui lectioni forte occasionem dedit error hæc verba *et deit. — venerantur* referens ad anathematizatos. Garnerius verba *anathematizantes — vrædicant* recte uncis seclusit a cæteris.

(53) *Diss.* B.

(54) Sic recte conjecit Garn. pro *humilitati. Human.* etiam Baluz.

(55) Et hoc fragmentum epistolæ Theodoreti Marii Mercatoris diligentia servavit, e Garnerii editione t. II, p. 275, et Baluz. p. 337. Integra epistola Latine exstat in Synodici c. 71, p. 847, edit. Mans.

(56) *Quidem* addit Baluz.

(57) *Monstrantur.* Eadem.

(58) *De* bis abest a Baluz.

(59) *Consilio.* B.

(60) Hæc est extrema pars epistolæ scriptæ ad Alexandrum Hierapol. inserta a Mario Mercatore collectioni suæ edit. Baluzii p. 338, qui in notis p. 467, recte convincit erroris Garnerium propterea quod edidisset hoc fragmentum tanquam partem extremam superioris epistolæ ad Himerium. Integram epistolam nostram Irenæus Latinam edidit in Synodici c. 99, ed. Mans., t. V, p. 880 seq.

(61) Ad Alexandrum hæc scripta est, non ad Himerium, ut Garnerius ediderat errore eo quo diximus ad superiorem epistolam. Integra exstat in Synodici c. 148, edit. Mans. p. 927 seq. Nos hic cum Garnerio non nisi extremam fere partem edidimus e Marii Mercatoris versione edit. Garn. t. II, p. 276, Baluz. p. 338.

(62) *Postea quam.* Bal.

Digitized by Google

impie damnavit eum, qui nihil præter doctrinam sanam novit aliquid et docuit (63). Sed anathematismus insertus, licet idoneus sit amplius quam consensus damnationis ejus turbare lectorem; tamen quia non indiscrete, sed sub quadam consideratione positus est, solatium præstitit. Nec enim dixit, anathematizamus doctrinam ejus; sed quæcunque aliter dixit aut sensit, quam doctrina apostolica continet.

1360 CLXXVII. — *Epistola ad Andream Samosatenum episcopum* (64).

Magnificus vir Aristolaus, ab Ægypto Magisterianum cum litteris Cyrilli destinavit, quibus anathematizat Arium, Eunomium, Apollinarem, eosque, qui deitatem Christi passibilem dicunt, et qui confusionem atque permistionem duarum asserunt naturarum : et super hoc quidem gavisi sumus, quamvis propositionem nostram ille diffugeret (65).

Exigit autem subscriptionem factæ dudum damnationis, et ut anathematizetur sancti episcopi dogma Nestorii. Scit autem vestra sanctitas, quod, si quis indiscrete doctrinam anathematizet ejusdem sanctissimi et venerabilis episcopi, idem est, ac si pietatem anathematizare videatur.

Oportet ergo, si omnino compellimur, eos anathematizare, qui purum dicunt hominem Christum, aut qui in duos filios unum Dominum nostrum Jesum Christum dividunt, et qui ejus abnegant deitatem, etc.

CLXXVIII. — *Epistola ad Alexandrum Hierapolitanum* (66).

Existimo præ omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo et venerando Joanni episcopo, quo nullatenus acquiescam in damnationem domini mei sanctissimi (67) et venerandi Nestorii episcopi præbere consensum, nec violare communem promissionem (68) quæ in Tarso, et Chalcedone, et Epheso facta est. Meminit enim et eorum, quæ nuper apud Antiochiam post nostrum regressum a nobis sæpe deprompta sunt. Nullus igitur tuam decipiat sanctitatem, quod ego acquiescam hoc aliquando facere, Deo procul dubio mihi cooperante, et me confortante (69).

Ἐπιστολὴ τοῦ Κυρίλλου Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας κατὰ Θεοδωρήτου (70).

CLXXIX. — **1361** *Epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum adversus Theodoretum.*

Est Cyrilli epistola 63. Vide tom. LXXVII, col. 327.

CLXXX. — **1362** *Epistola Theodoreti (ut quidam putant) ad Domnum* (71) *episcopum Antiochiæ scripta, cum mortuus esset Cyrillus episcopus Alexandriæ.*

Sero tandem et vix malus homo defunctus est : boni enim et benigni ante tempus inde demigrant; mali vero multo tempore vitam producunt.

Arbitror omnium dispensatorem bonorum providentem, celerius quam tempus est, humanis tribulationibus illos abducere, et tanquam victores liberare luctationibus, et in meliorem vitam transducere : quæ vita, morte, et tristitia, et sollicitudine libera (72), præmium est propositum his, qui pro virtute luctantur; malitiæ vero amatores et operatores diutius concessit (73) præsenti vita frui, ut aut satietatem caperent malignitatis, et virtutem postea discerent; aut pœnas darent etiam in hoc sæculo pro (74) molestia suorum morum longo tempore amaris et malis vitæ præsentis fluctibus æstuantes (74).

Illum vero miserum, nec ad (76) similitudinem aliorum dimisit nostrarum animarum gubernator, diutius eorum potiri quæ videntur esse delectabilia, sed crescentem quotidie viri malignitatem sciens, et corpori Ecclesiæ nocentem, quasi quamdam pestem amputavit, et « abstulit opprobrium a filiis Israel [98]. »

Lætificavit quidem superstites illius discessio,

[98] I Reg. xvii, 26.

(63) *Novi aliquid docuit* Baluz. *Nihil noviter d.* est in Synodico.

(64) Integra hæc epistola e Latina vetere interpretatione reperitur in Synodici c. 61, ed. Mans. p. 840. Maximam ejus partem sic exscripsimus, ut est apud Marium Mercatorem edit. Garn. t. II, p. 274, et Baluz. p. 336.

(65) *Diffugerit* Bal.

(66) Ad hunc directam esse epistolam, satis docuit Baluzius ad Synodici c. 66, ubi integra epistola ex alia Latina interpretatione legitur. Nos hoc ejus fragmentum secundum Marii Mercatoris interpretationem edit. Garn. t. II, p. 274; Baluz. p. 336, edidimus; quod Garnerius superiori epistolæ ad Andream Samosatenum tanquam ejus extremam partem male adjecerat.

(67) *Sanctissimi* abest a Baluz.

(68) *Nec — promiss.* Hæc absunt a B.

(69) *Me* abest a B.

(70) Theodoretus, etsi pacem Ecclesiarum non acceperat, nonnullum tamen habuerat cum Cyrillo, nihil tale cogitante, commercium litterarum, hac arte tegens conceptam animo erga Cyrilli capita ægritudinem, propter quam, ubicunque se occasio præberet, et paci detrahebat, et de Cyrillo obloquebatur; imo virulentos scripserat pro Diodori et Theodori defensione libros adversus eorumdem a Cyrillo accusationem. De his Cyrillus apud Joannem Antiochenum, Theodoreti primatem et amicum, queritur hac epistola, quæ ex Vaticano codice nunc exscribitur (Garnerius).

(71) Exstat in synodi v collat. 5, apud Mansum, t. IX, p. 295, 296, ubi Joanni Antiocheno inscriptus legitur. *Domni* nomen substituit Garnerius, secutus Petri de Marca conjecturam, de qua vid. Baluzii notas ad hanc epist. in Mansiana concil. Collectione.

(72) *Vita præmium propos. est his q. p. v. l. fine et trist. et sollicit. libera.* Mars. edit.

(73) *Concedit.* M.

(74) *Lætitia suorum* Cod. Paris. a Baluz. cit.

(75) *Stantibus.* Idem

(76) *Et ad.* Idem.

Digitized by Google

contristavit vero forsitan mortuos; et timor est, A ne prægravati ejus conversatione, iterum ad nos remittant, vel illos diffugiat, qui eum abducunt, sicut ille tyrannus Cynisci Luciani (77).

Procurandum igitur est, et oportet tuam sanctitatem maxime hanc suscipere festinantiam, et jubere collegio mortuos asportantium, lapidem aliquem maximum et gravissimum sepulcro imponere, ne iterum huc perveniat (78), et instabilem voluntatem iterum demonstret.

Infernis nova dogmata afferat, ibi diu noctuque, sicut vult, sermocinetur. Non enim timemus, ne et illos dividat adversus pietatem **1363** publice alloquens, et morte circumdans naturam immortalem. Lapidabunt enim eum, non solum qui divina scientia erudlti sunt, sed etiam et Nemrod, et Pharao, et B Sennacherib, et si quis eorum similis est Dei impugnator.

Sed enim sine causa multa loquar (79); silet enim miser invitus. « Egredietur enim, dicit Scriptura (80), spiritus ejus, et revertetur in pulverem ' suum, in illo die peribunt omnes cogitationes [99]. » Iste vero et aliud habet silentium. Nudata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, frenant sensum, silere faciunt, in terram inclinare cogunt.

Ideo plango miserum et ploro : nec enim puram mihi delectationem fecit mortis ejus nuntiatio, sed dolore permistam. Lætor enim et jucundor, ejusmodi pestilentia commune Ecclesiæ videns liberatum; contristor vero et ploro cogitans, quod nec requiem malorum miserabilis susceperit, sed majora et pejora pertentans, defunctus est. Somniavit enim, sicut dicunt, et regiam urbem perturbare, et piis iterum dogmatibus repugnare, et tuam sanctitatem accusare, utpote ea colentem. Sed vidit Deus, et non despexit (81). « Immisit vero φιμὸν in os ejus, et frenum in labia ejus, et avertit eum in terram (82), ex qua sumptus est[1]. » Fiat vero orationibus tuæ sanctitatis, ut misericordiam et veniam consequatur, et vincat immensa Dei clementia illius malignitatem.

Rogo vero tuam sanctitatem, solvere nobis animæ tumultus : plurimæ enim et diversæ famæ circumsonant, et nos perturbant, communes calamitates annuntiantes. Quidam vero tuam reverentiam proficisci dicunt ad comitatum, sine voluntate, et usque nunc despiciebam (83), utpote falsa, ista quæ divulgantur : quoniam vero vidi sola, eademque omnes dicentes, necessarium existimavi, veritatem a tua discere sanctitate : ut vel rideamus, utpote falsa, aut ut vera, merito lugeamus.

CLXXXI. — *Epistola ad Abundium Comensem episcopum* (84).

Domino vere amabili atque sanctissimo fratri Abundio, Theodoretus in Domino salutem.

Comperi, quod vestra religio veram et apostolicam fidem pia mente conservet; et gratias egi Deo omnipotenti, quod religio, quæ periclitabatur, renovata est per sanctitatem vestram, et venit in lucem.

Et sicut dudum in diluvio factum est, ut ad semen generis humani, Noe et filii ejus relicti sint, **1364** ita in præsenti occidentales Patres sunt reservati, ut ex iis etiam orientales sacrosanctæ Ecclesiæ veram custodiant religionem, quam vastare jam et devorare penitus sacrilega et nova hæresis tentabat. Ergo (85) opportune dici potest vox illa prophetica : « Nisi Dominus Sabaoth semen nobis reliquisset, similes facti essemus, quomodo Sodoma et Gomorrha [2]; » adeo nobis, quasi aliquod diluvium, et bellum evenit ira Dei ex impia hæresi.

Nunc vero Salvatoris nostri in corpore humano præsentiam, et unum Filium Dei, et perfectam ejus deitatem, et perfectam humanitatem confitemur, et non in duos filios unum Dominum nostrum Jesum C Christum dividimus; est enim unicus : sed differentiam Dei et hominis cognoscimus, et scimus quod alterum ex Patre est, alterum ex semine David et Abraham, juxta divinas Scripturas, quodque divina quidem natura sine passione est, corpus autem ante quidem erat in passione, nunc vero et ipsum alienum est a passione : nam postquam surrexit, ab omni passione constat esse liberatum.

Hæc ex litteris sanctissimi ac religiosissimi archiepiscopi domini nostri Leonis didicimus. Legimus enim quæ ad sanctæ et beatæ memoriæ Flavianum scripsit, et gratias egimus Domino nostro humanissimo Deo, quod advocatum et propugnatorem veritatis invenimus.

His et ego litteris consensi, et huic epistolæ meæ D exemplum earum copulavi, cui etiam subscripsi, et ex hoc probavi, quod regulas apostolicas, hoc est, vera dogmata sequor, hodieque in his permaneo, et ideo bellum patior.

[99] Psal. CXLV, 5. [1] Isa. XXXVII. 24. [2] Isa, I, 9.

(77) Ita legendum esse jam plures admonuerunt, cum alias in libris vett. sit : *Cyni Ciliciam* sine sensu, propius ad veritatem in aliis : *Cynicilitiani* f. *cuniculutiani*. Ad *Luciani* dialogum respicit, qui est inter dialogos mortuorum sub nomine Κατάπλους f. Τύραννος, ubi (§ 7, t. I, p. 628, edit. Reitz. coll. § 9, 10) inducit Cyniscum admonentem ut Megapenthem tyrannum vinciant, ne ad superos aufugiat ex orco.

(78) *Perveniret* et mox *demonstraret* Mans.

(79) *Loquor* libri vett. apud Baluz.

(80) *Scriptura* abest a Mans.

(81) *Videt* Mans.

(82) *Terra* Mans.

(83) *Sine voluntate ejus quæ nunc despiciebant.* Paris. apud Baluz.

(84) Hanc epistolam primus, quod scio, edidit Baronius *Annal. ad a.* 450, p. m. 124.

(85) *Et.* Bar.

Digitized by Google

Consensit (86) item dominus meus Ibas, et dominus meus Aquilinus, contra quos imperatorum potestatem inventores novæ hæresis armaverunt.

Superest, ut vos cum sanctissimis viris auxilium sacrosanctæ Ecclesiæ feratis, auferatisque impia bella quæ impendebant. Prohibete itaque sacrilegam sectam, quæ contra pietatem commota est; et

(86) *Consensit* abest a Bar.

A pristinam Ecclesiis reddite pacem, ut fructus laborum apostolicorum accipiatis a Domino, qui eosdem fructus redditurum se repromisit.

Omnes religiosissimos et Dei amantissimos presbyteros, et reverendos diaconos et fratres per vestram sanctitatem saluto, et nos et omnes qui nobiscum sunt, salutamus religionem vestram.

THEODORETI

REPREHENSIO DUODECIM ANATHEMATISMORUM CYRILLI.

Exstat inter Opera Cyrilli, nostræ editionis tom. IX, col. 393 (*Patrologiæ* tom. LXXVI).

INDEX EPISTOLARUM THEODORETI.

A

Abrahamo œconomo, epist. 106.
Abundio episcopo Comensi, 181.
Acacio presbytero, 108.
Agapio presbytero, 51.
Aerio sophistæ, 30, 66.
Alexandræ, 14, 100.
Alexandro Hierapolitano, 169, 175, 176, 178.
Anatolio patricio, 45, 79, 92, 111, 119, 121, 138.
Andiberi, 114.
Andreæ episcopo Samosateno, 24, 162.
Andreæ monacho Constantinopolitano, 143, 173, 177.
Anonymo, 1, 2, 9.
Antiocho præfecto, 93
Apellæ, 115.
Apellioni, 29.
Aphthonio Zeugmatensi, 125.
Apollonio, 73. Comiti, 105.
Aquilino diacono et archimandritæ, 27.
Archibio presbytero, 61.
Archidiacono Romæ, 118.
Arcobindæ patricio, 23.
Aspari consuli et patricio, 139.

B

Basilio episcopo, 85, 102.
Basilio presbytero, 19.
Berœensibus clericis, 78.

C

Casianæ diaconæ, 17.
Candido presbytero et archimandritæ, 128.
Celerinæ diaconæ, 101.
Ciliciæ episcopis, 84.
Ciliciæ monachis, 151.
Claudiano, 41, 59. Antigraphario, 99.
Constantinopolitanis monachis, 145.
Constantio præfecto, 42.
Cyro, 13. Magistriano, 136.

D

Damiano episcopo Sidonis, 49.
Dioscoro episcopo Alexandriæ, 60, 83.
Domno episcopo Antiochiæ, 31, 110, 112, 180.
Domno episcopo Apameæ, 87.

E

Epiphanio, 68.
Eugraphiæ, 8, 69.
Eulalio episcopo Persicæ Armeniæ, 77
Eulogio œconomo, 105.
Euphratesiæ monachis, 151.
Eusebio episcopo Ancyræ, 82, 109.
Eusebio episcopo (vel presbytero) Persicæ Armeniæ, 78.
Eusebio scholastico, 2
Eustathio episcopo Beryti, 48.
Eustathio episcopo Ægensi, 70.
Eutrechio præfecto, 57, 80.

F

Flaviano episcopo Constantinopolitano, 11, 86, 104.
Florentio episcopo, 117.
Florentio patricio, 89.

G

Gerontio archimandritæ, 50.

H

Heliæ scholastico, 10.
Heortastica, 4, 5, 6, 25, 26, 38, 39, 54, 55, 56, 63, 64.
Hermesigeni assessori, 72.
Himerio episcopo Nicomediæ, 174.

I

Ibæ episcopo Edessæ, 52, 152.
Irenæo episcopo Tyrio, 5, 12, 16, 35.

J

Jacobo presbytero et monacho, 28.
Joanni archimandritæ, 137.
Joanni episcopo Antiocheno, 150, 171, 180. Germanicíæ, 133, 147.
Joanni œconomo, 146.
Joanni presbytero, 62.
Joanni Zeugmatensi, 125.
Jobio presbytero et archimandritæ, 127.

L

Leoni episcopo Romæ, 115.
Longino archimandritæ Doliches, 131.
Lupicino magistro, 90.
Lupicio, 120.

M

Magno Antonino presbytero et archimandritæ, 129.
Maranæ, 67, scholastico, 124.
Marcello archimandritæ Acœmetarum, 141, 142.
Martyrio presbytero, 20.
Militibus, 144.
Monachis Constantinopol., 145.
Monachis Euphratesiæ, etc., 151.

N

Neoptolemo, 18.
Nestorio, 172.
Nomo consuli, 58, 81.

Digitized by Google

Nomo patricio, 96.
Nonno Zeugmatensi, 125.

O

Osroenæ regionis monachis, 151.

P

Panehario, 96.
Patricio comiti, 54.
Petro scholastico, 46.
Phœniciæ monachis, 151.
Pompeiano episcopo Emesæ, 36.
Proclo episcopo Constantinopolitano, 47.
Protogeni præfecto, 94.
Pulcheriæ Augustæ, 43.

R

Renato presbytero, 116.
Romæ archidiacono, 118.
Romulo episcopo, 135.
Rufo episcopo, 170.

S

Sabiniano episcopo, 126.
Salustio præsidi, 57.
Scylacio Zeugmatensi, 125.
Senatori patricio, 44, 93.
Silvano primati, 15.
Sophronio episcopo Constantinæ, 53.
Sporacio comiti, 97.
Stasimo comiti et primati, 53.
Syriæ monachis, 151.

T

Tauro patricio, 88.
Theoctisto episcopo, 32. Beroeæ, 134.
Theodoreto Zeugmatensi, 125.
Theodoro vicario, 46.
Theodoto presbytero, 107.
Theonillæ, 7.
Timotheo episcopo, 150.

U

Ulpiano comiti, 22.
Uranio episcopo Emesæ, 122, 123. Præsidi Cypri, 76.
Urbano, 74.

V

Vincomalo magistro, 140.

Z

Zenoni magistro militum, 65 et consuli, 71.
Zeugmatensibus, 125.

Accedunt epistolæ.

Cyrilli, 148, 179.
Joannis Antiocheni, 140, 155, 161.
Leonis papæ Rom., 113 *bis*.
Orientalium Ephesi congregatorum, 152, 161, et inde Chalcedonem missorum, 165, 168, 170.

INDEX RERUM

IN THEODORETI THERAPEUTICA MEMORABILIUM.

Revocatur Lector ad numeros, ut aiunt, Arabicos in textu Græco inter uncos positos.

A

Abasgi, pop. 125, q. Sanni.
Abelbal Berytiorum rex, 28, A.m.s. Ἀμμβάλ.
Abesse præsentem, 14.
Abortus qui permissi a Platone, 131.
Abrahamo et semini ejus promissio q. facta, 149. Abramiæa gens quibus beneficiis a Deo præ cæteris nationibus affecta, 20, 21.
Abyssum arefaciens, D. 142.
Academiæ bellum movit Aristoteles, 77.
Accipitres (in) et miluos animæ quæ immigrare creditæ, 157.
Accusatio accusationi, defensionis loco, opposita, 108.
Acherusia palus, 154.
Achilles Chirone educatore et præceptore usus, 114. Patroclo justa quæ fecerit, et quomodo, 116.
Achillis ira (i. Ilias Homeri) primum litteraturæ primordium, 6.
Acrisii sepulcrum, 115.
Acusilaus Argivus, 80.
Activam virtutem cognitioni et fidei comitem esse oportet, 165, 166, 168.
Adoratio quibus tribuatur a Christianis, 35. Adorabit Deum ex suo quisque loco, 148.
Adrianus Christianos delere non potuit, 126. Templum sibi fecit, 121. Antinoo suo divinos honores decrevit, 115.
Adyti arcana, 48.
Æacus judex infer., 156.
Æditui, dæmonum in oraculis edendis ministri, 136, ad martyrium excit, 122.
Æginæ filius, Æacus sc., 156.
Ægyptii sapientissimi a Græcis habiti, 79. Sapientiores Græcis, 82. De Græcis ut senserint, 11. Quæ invenerint, 6. Ab Hebræis acceperg multa, 10, 26 et 6. Primos homines sibi vindicant, 71. Deos quos coluerint, 39, 51, 105 et 47. Ægyptiorum deos Deus a Judæis sacrificari sibi voluit, 105. Ægyptiacam theologiam seu mythologiam conscripsit Manethos, 35. Ægyptius morbus, i. superstitio apud Æg contracta, 105.
Ænigmata mysteriorum, 18. Ænigmatica philosophia, 25, 116.
Æquali conditione omnes esse cur nequeant, 94.
Aer inexhaustus est, 67. Aer affectionibus quibus obnoxius, et cur, 40.
Æsculapius medicinam adauxit, 7. Ut exstinctus, 42. Inter deos unde cooptatus, 42. Ex quo Christus coli coeptus homines visere desiit, 179. Æsculapii tempora, 114 Ortus, educatio, miracula, mors, deificatio, 114. Filius, Machaon, 114.
Æthiopum dii, 49. Sacrificia, 104. Æthiopes Ægyptiis finitimi, suis usi legibus, 125, Evangelicas leges amplexi, 125.
Affectus necessarii sunt humanæ naturæ, 83. Ratione reguntur, 83. Deorum numero ascripti, 39, 43.
Afflatus in oraculis, 136. Afflatus seu inspiratio Dei quid, 78.
Agamemnonis anima migr., 158.
Agrauli Cecrop. sacra, 108.
Agri pulchritudo quid, 106. Agricultura Christiana, 5. Agrestes ut bestiæ quædam, ita et homines, 98. Agrestis vita, 9, 169.
Ajacis anima ut migr., 158.
Alcibiadis petulantia, 169.
Alcinoi apologum narrare, 159. Alcinoi de inferiis narrat Ulysses, 116. Ἀλκινόου, A. et rr. Ἀλκινοοῦ P.
Allegoriis fabularum turpitudinem texerunt philosophi, 44. Sed in eis dissentiunt, 46.
Amatoria necessitas, 130, 131. Amatoria venena ex dæmonibus inventa, 47. Amor initia et incrementa quæ habeat, 173.
Amicitia (de) ut Pythagorei tradiderint, et ut Christ doctrina, 176.
Amicus Plato ; at magis amica veritas, 131.
Ammonis oraculum, 136.
Ammonitarum principatus, 143.
Ammonius Saccas, phil., 96.
Amosi prophetæ locus, 148.
Amphiarai oraculum, 136, 142.
Ampilochi oraculum, 136, 142.
Amphitryonis stirps, 113.
Amplexus mortuum, 116.

Digitized by Google

Anabis : quære Annabis.
Anacharsis Scytha philos., 7, 172. Græcis admirationi fuit, 79. Inter septem Sapientes refertur, 80. Anacharsidi omnes Græci scythissant, 81.
Anæbos Ægyptius, 47, 48. A. Ἀνεβώ habet, media brevi; itemque 11.
Anaxarchus constans in tort., 120.
Anebos : q. Anæbos.

Angelis (de) cæterisque cœlestibus spiritibus ut sentiant Christiani, 52. Angeli præsidio suo humanum genus contra dæmones tuentur, 54 et 52. A Platone appellantur dii et dæmones, 61. Angelorum habitacula, 19.
Anima mundi, universum hoc regens, gemina secundum Platonem, 55, 11. Anima universi, Platonicis Spiritus sanctus, 53. Anima universi hujus, animas hominum e corporibus emigrantes ad se recipere putata quibusdam, 73. Anima quid sit, variatum a philosophis, 72. Immortalis quibus visa, 73. A corpore nec emolumenti quid accipit, nec detrimenti, secundum Stoicos, 153. De anima ut credant Christiani, 81, 85. Sacræ Litteræ quæ tradant, 78, 12. Anima e nihilo creatur homini, at non item cæteris animantibus, 68. Libera suique arbitrii esse visa Platoni, 74. Secum ipsa luctatur in affectuum motibus, 74. Animarum medicus ut se gerat in verbi prædicatione, 69. Animæ partes quot a quibus constitutæ, 72. Pars divina quæ, 76. Pars quæ mortalis visa, 73. Pars principalior seu principatum tenens, sedem ubi habeat, 75. Animæ voluntas, bonorum et malorum optionem accepit divinitus, 75. Conversatione et consuetudine habitum contrahit, 75. De anima e corpore emigrante qui quomodo senserint, 73, 77, 157. Animæ corporibus inditæ ob suppliciа quædam putantur nonnullis, 71. Periodis quibus alas ad evolandum nanciscantur, 158. Animarum populus incorporeus, 71. Animæ seu manes ad inferias sibi factas concurrunt, 116. Animas post excessum e corporibus solas vel gaudio sempiterno vel supplicio affici putavit Plato, 179. Animæ piorum post obitum quid agant, 117, 118, 119. An humanarum rerum curam agant, 119.

Animal Aristoteli quid, 73. Animantes a Deo ut propagentur, 68. Animalia immolari diis nefarium censet Porphyrius, 108, 138. Ab animatis abstineri voluit Porphyrius, 108.
Animus cœlestia et terrestria peragrans, et perscrutans omnia, 169. Animi bona quæ et qualia, 92.
Annabis, vicus Ægypti, 47, rr ἐν Ἀνεβῷ. Ortelio Anabis est ex Eusebio et Ptolemæo.
Anni temporum ordo, 66.

Antinous deificatus, 115. Antinoi marmorea imago apud Petrum Bembum exstat; et alia in æreo numismate cum litteris Græcis; ut ab Acciaolo adnotatum est.
Antiochus deus, 121.
Antiphontis jocus, 88.
Antoninus primus, i. Pius, 96. Christianos delere nequiit, 126.
Antonini martyris festum, 122, RR Ἀντωνίου.
Antyllus redivivus, 159.
Anytus Socratis accusator, 109, 120.
Apes mel e diversis collig., 20. Non omni ex parte innoxiæ, 138. In apes et vespas animæ quæ immigrare creditæ, 157, 158.

Apis medicinæ inventor, 7. Diis cur ascriptus ab Ægypt., 42. Apis Argivorum legisl. 121.
Apis bos, lunæ sacer Æg., 45.
Apollo coactus responsa dat, 139. Suo ipsius templo monodiam canit, 141. Vitii arguitor, 138, 139. Apollo Daphnensis fulmine percussus, 142. Pythio pæan cani solitus, 68. Apollinis amores, 103. Filius Æsculapius, 114.

Apostoli quales a Deo ad verbi præconium adhibiti, et quomodo, 111. Mandatis et prædictionibus quibus a Christo instructi, 163. Ad Judæos primum missi : a quibus rejecti, ad gentes se converterunt, 147, 149. Evangelium de Christo prædicare quando cœperint, 96. Quomodo docuerint, et quomodo ab auditoribus excepti fuerint, 125. Quanta fide prædíti; quanta item ii qui doctrinam eorum acceptarunt, 154. Elogio quo decorati a dæmone, 142. Mortui peragunt eadem quæ vivi, et majora, 111. Scripta qualia reliquerint, 111. A Græcis paganis cur rejecti, 1 et 10. Apostolorum lingua Galilaica in omnium gentium linguas dispertita est, 148. Dictis eorum fidem et auctoritatem quæ concilient, 163. Scripta, ut cœlitus delata, passim acceptantur, 129. Vita, supra humanæ naturæ modulum, 5. Vise et Piscatores, Publicani. Apostolus ille divinus Paulus, 107, 163, 167, 169, 176.

Apparitio divina, 100
Aqua (in) scribere, et aquam haurire cribro : proverb., 60. Aquæ calentes originem unde sumant, 151.
Aquilam (in) immissa anima, 158.
Arabes quæ invenerint, 6.
Ararum et templorum figuræ prorsus oblitteratæ, 122.
Arbitrium homini liberum a Deo datum, 69, 86.
Arbores frondibus et fructibus æstimantur, 165.
Arcadum jactantia, 71.
Arcesilai jocus, 88.
Archias Cnid. legisl., 124.
Archilochi elogium, 141.
Areus pagus Athen., 126.
Argentum et signatum et rude vilibus extrinsecus involucris tegitur, 123.
Argos Pelasgicum, 141.
Aridæus apud inferos ut tractatus, 154. Ἀρίδαιος etiam A. et RR Ἀριδαῖος Justin., 19. Ἀρδιττὸς Plat. 615.
Aristarchus de Pythagora, 7.
Aristides justus, 120.
